niunt, neque sic nullam eorum hypostasin scinderent vel dividerent, verum neque compositam eorum ullam ostenderent. Quemadmodum vero Pater minime divisus est, quia ex ipso Filius et Spiritus (neque enim hi partes sunt Patris, neque secundum sectionem quamdam aut fluxum cujusque eorum progressio cognoscitur): ita nec Spiritus divisus, quia ex Patre et ex Filio est; neque illud quidem ex Patre habet, hoc vero ex Filio; sed illud simplex et unum quod ipse est, ex Patre est et ex Filio, ex indivisibilibus, ex simplicibus simplex. Si vero quæris: *Quomodo?* noveris, modum esse ineffabilem et non enuntiabilem, cum sit supra omnem modum. Aut dicito mihi, quomodo Pater generet Filium, quomodo Spiritus ex Patre procedat, quænam horum sit differentia, et ego dicam tibi, quomodo ex Patre et ex Filio procedat. Si vero placet, disce ex Patre non eodem modo ac ex Filio, et ex Filio non eodem modo ac ex Patre Spiritum procedere. Ex Patre enim mediata processio est, quum sit per Filium, ex Filio vero immediata, cum non amplius sit per alium quempiam. Hoc ergo pacto nulla compositio est neque in Filio neque in Spiritu, licet Spiritus ex Patre procedens ex Filio quoque procedat, neque etiam hoc absurdum, ut tu dicebas, dogma nostrum consequitur.

6. GR. (n) Verum si ex Patre et ex Filio procedit Spiritus secundum dicta tua, erit ipsi duplex processio; si vero duplex processio, duplex et procedens quod duplex est, non est amplius simplex; ergo ex te Spiritus non est simplex; quod vero non est simplex, id compositum est et divisum; quod ejusmodi non est Deus. Jam vero Spiritus est Deus, non ergo duplex; quod si non duplex, neque compositus, neque duplex erit processio. Si vero non duplex est processio, non erit una quidem ex Patre, altera vero ex Filio, sed aut ex Patre erit aut ex Filio. Cum vero ex Patre sit, ut tum Patres dicunt tum Evangelium, relinquitur eam non esse ex Filio.

LAT. Neque hoc pacto ratiocinatio tua, o sapientissime Græce, ad assentiendum cogit. In primis enim minime duplicem dicimus processionem, sed unam eademque et simplicem, quum et Spiritus simplex sit utpote Deus; nulla namque in Deo duplicitas est aut compositio. Neque enim quia ex duobus, idcirco processio duplex, sed quia (Spiritus) simplex, idcirco processio simplex, eadem aliam atque aliam in eodem habens relationem, mediata quidem existens quatenus ex Patre, immediata vero quatenus ex Filio. Quemadmodum enim luminis in aere effusio ex sole et ex solis radiis prodiens, et immediate quidem ex radiis, mediate vero ex sole (videlicet per radios), tamen neque ipsa duplicitatem quamdam habet secundum suam ipsius existentiam, quum lumen in aere simplex

καὶ ἀφραστός· ὑπὲρ τὸ πῶς γὰρ ἡ φράσον μοι, πῶς ὁ Πατὴρ γεννᾷ τὸν Υἱόν; πῶς τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται; τίς ἡ τούτων διαφορὰ; καὶ σοὶ φράσω, πῶς ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται. Εἰ δὲ βούλει, μάθνανε, ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς οὐχ ὡς ἐκ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ οὐχ ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς. Ἐκ μὲν γὰρ τοῦ Πατρὸς ἕμμεσος ἡ ἐκπόρευσις (διὰ τοῦ Υἱοῦ γὰρ), ἐκ τῆς Υἱοῦ δὲ ἕμμεσος, ὅτι μηκέτι δι' ἑτέρου τινός. Οὕτως οὖν οὐδεμία σύνθεσις οὔτε περὶ τὸν Υἱὸν οὔτε περὶ τὸ Πνεῦμα, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται (18)· καὶ οὐδὲ τοῦτο τὸ ἄτοπον, ὡς ἔφηρς αὐτὸς τῷ δόγματι ἠκολούθησεν.

ζ'. GP. 'Ἄλλ' εἰ (19) ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται καθὰ φῆς, ἔσται αὐτῷ διπλῆ ἡ ἐκπόρευσις. Εἰ δὲ διπλῆ ἡ ἐκπόρευσις, διπλοῦν καὶ τὸ ἐκπορευόμενον. Τὸ δὲ διπλοῦν οὐχὶ ἀπλοῦν· οὐχ ἀπλοῦν ἄρα τὸ Πνεῦμα, κατὰ σε· τὸ δὲ μὴ ἀπλοῦν σύνθετον καὶ μεριστόν· ὃ δὲ ἐστὶ τοιοῦτον, οὐ θεός. Ἀλλὰ μὴν τὸ Πνεῦμα θεός. οὐκ ἄρα διπλοῦν· εἰ δὲ μὴ διπλοῦν, μὴδὲ σύνθετον, οὐδὲ διπλῆ ἡ ἐκπόρευσις· εἰ δὲ μὴ διπλῆ ἡ ἐκπόρευσις, οὐκ ἔσται ἡ μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἡ δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλ' ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἡ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Ἐπεὶ δὲ ἐκ τοῦ Πατρὸς (τοῦτο γὰρ καὶ οἱ Πατέρες φασὶ καὶ τὸ Εὐαγγέλιον), λοιπὸν οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ.

LAT. Οὐδ' οὕτως ὁ λόγος ἔχει τὸ ἀναγκαῖον, ὃ σοφώτατε Γραικέ. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐ διπλῆν φασιν τὴν ἐκπόρευσιν, ἀλλὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν καὶ ἀπλῆν, καὶ ἀπλοῦ ὄντος τοῦ Πνεύματος ὡς Θεοῦ· οὐδεμία γὰρ ἐν Θεῷ διπλῆ ἡ (20) σύνθεσις. Οὐ γὰρ διότι ἐκ δυοῖν, διὰ τοῦτο διπλῆ, ἀλλὰ διότι ἀπλοῦν, διὰ τοῦτο ἀπλῆ, ἡ αὐτὴ ἄλλην καὶ ἄλλην ἐκ ταυτῆς τὴν σχέσιν ἔχουσα καὶ οὕσα ἕμμεσος μὲν ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἕμμεσος δὲ ὡς ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Καθάπερ γὰρ ἡ ἐκ τῆς ἀέρος τοῦ φωτὸς λάμψις (21) ἐκ τοῦ ἡλίου καὶ τῶν ἡλισκόων ἀκτίνων προΐουσα, καὶ ἀμέσως μὲν ἐκ τῶν ἀκτίνων, ἕμμεσως δὲ ἐκ τοῦ ἡλίου (διὰ τῶν ἀκτίνων γὰρ), ὁμοίως οὔτε αὐτὴ διπλῆ ἔχει τινὰ κατὰ τὴν ἐαυτῆς ὑπαρξιν (ἀπλοῦν γὰρ τὸ ἐν τῷ ἀέρι φῶς καὶ ἀσυνθετον. Τίς γὰρ ἡ τούτου σύνθεσις; καὶ ἐκ τίνων σύγκειται, φράσον, τὸ φῶς; ἀλλ' οὐδὲ ἡ

(18) Cod. Vat. ἐκπορεύεται.

(19) Nota. marg. Ἐνταῦθα εἰσαγωγὴ ἑτέρου ἀτόπου ὅτι διπλῆ ἔσται ἡ τοῦ Πνεύματος ἐκπόρευσις, καὶ διὰ τοῦτο διπλοῦν καὶ τὸ Πνεῦμα, καὶ πρὸς ταῦτα λόγους.

(20) Ms. ἡ.

(21) Frequens Theologis comparatio. Vide Beccum, orat. 2, injusta depos. cap. 13, g. o. ii, p. 57 seq.

(n) Nota. Hic aliud absurdum inducitur, nimirum duplicem fore Spiritus sancti processionem, ideoque etiam Spiritum duplicem. Et ad hoc solutio.

Cf. Photium, De Spirit. sancti mystagogia, cap. 4 et 45.

τουτου πρόδος διπλή, καίτοι δύο τὰ ἐξ ὧν ἡ πρό- A
 οδος, ὁ ἥλιος καὶ ἡ ἀκτίς, οὕτω καὶ ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς
 καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπόρευσις ἀπλή καθ' ἑαυτήν, εἰ
 καὶ δύο πρόσωπά ἐστι τὰ ἐξ ὧν, καὶ τὸ Πνεῦμα
 ἀπλοῦν. Ἄλλως τε εἰ σύνθεσις τις ἐθεωρεῖτο περὶ
 τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν, ἐξ ὧν ἡ ἐκπόρευσις, ἦν
 ἂν διπλοῦν καὶ σύνθετον καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν, διπλόη
 δὲ καὶ περὶ τὴν ἐκπόρευσιν, ἐπεὶ δὲ ὁ Πατήρ καὶ ὁ
 Υἱὸς ἐν ὄντι κατ' οὐσίαν καὶ ἐν ἀλλήλοις ὑπάρχοντα
 κατὰ τὸ Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ καὶ ὁ Πατήρ ἐν ἐμοί
 (22), οὐδεμίαν σύνθεσιν ἔχει νοεῖται πρὸς ἀλλήλα
 (ὑπερ σύνθεσιν γὰρ ἡ ἐνότης αὐτῶν), οὐ σύνθεσις
 ἐστὶν ἡ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ σύνταξις (ἦν
 γὰρ ἂν καὶ ἡ τῆς ὅλης Τριάδος σύνταξις σύνθεσις),
 οὐδὲ ἡ ἐξ ἀμφοῖν λεγομένη παρ' ἡμῶν τοῦ Ηνεύ-
 μματος πρόδος σύνθετος, οὐδὲ τὸ Ηνεῦμα ἐντεῦθεν
 σύνθεσιν ἔχει τινά. Οὕτω καὶ τῶν μετὰ Θεὸν ἀπλῶν
 οὐσιῶν ἡ ἐνεργεῖα οὐ σύνθετος, διότι ἐκ τῆς οὐσίας
 καὶ ἐκ τῆς οὐσίας (23) δυνάμεως πρόεσις, οὐδὲ
 ἡ τῆς ἐνεργείας ἐξ ἀμφοῖν πρόδος σύνθετος.
 Καὶ γὰρ οὐδὲ ἡ συνύπαρξις τῆς οὐσίας καὶ τῆς
 δυνάμεως σύνθεσις, Ἦν γὰρ ἂν οὐδεμία οὐσία ἀπλή
 διὰ τὸ μὴ εἶναι ἄνευ δυνάμεως· οὐδὲν γὰρ ὅλως τῶν
 ὄντων ἀδύνατον (24) κατὰ τὸν σοφὸν Διονύσιον. Εἰ
 δὲ ἐπὶ τῶν μετὰ Θεὸν ἡ ἐκ δυοῖν πρόδος οὔτε αὐτὴ
 σύνθετος ἐστὶν, οὔτε τὸ προερχόμενον δείκνυσι σύν-
 θετον, πόσῃ μᾶλλον ἐπὶ Θεοῦ; Δῶμεν δὲ, εἰ βούλει,
 καὶ διπλῆν ἡμᾶς τίθεσθαι τὴν ἐκπόρευσιν, καὶ τὴν
 μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς, τὴν δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, τὴν μὲν
 ἡμεσον, τὴν δὲ ἄμεσον, ἀλλ' οὐδὲ οὕτω διπλόη
 περὶ τὸ Ηνεῦμα, οὐδὲ διὰ τοῦτο σύνθετος ἔσται τοῦ
 Ηνεύματος ἡ ἐκπόρευσις. Περὶ γὰρ τὴν οὐσίαν
 ταῦτα, οὐχὶ κατὰ τὴν οὐσίαν, ἡ ἀγεννησία, ἡ γέν-
 νησις καὶ ἡ ἐκπόρευσις, καὶ ὑποστάσεων διακριτικά,
 ὡς τμητικά φύσεως, καὶ οὐδὲν ἄτοπον δύο ἔχειν τὰς
 ιδιότητας τὸ ἀπλοῦν. Καὶ γὰρ καὶ ὁ Πατήρ καὶ
 ὁ Υἱὸς ἐστὶ καὶ προβολεὺς, καὶ οὐδεμία σύνθεσις
 ἐστὶν ἐν αὐτῷ καὶ ἄλλως δὲ τὸ ἡμεσον καὶ τὸ
 ἄμεσον σχέσεις τινές εἰσιν, ἡ δὲ διάφορος σχέσις
 σύνθεσιν οὐκ ἐργάζεται. Τριῶν γὰρ ἐφεξῆς ἀλλήλαις
 ἐκαιμένων μονάδων φέρε εἶπεῖν ἡ μεταξὺ τῶν
 ἐκῶν πρὸς μὲν τὴν πρώτην ἔχει δευτέραν τάξιν,
 πρὸς τὴν τρίτην, πρώτην· καὶ ὅτι πρώτη τε καὶ
 δευτέρα ἡ αὐτή, διὰ τοῦτο οὐ σύνθετος. Καὶ πρὸς
 μὲν τὴν πρώτην νοεῖται τυχὸν τὸ δεξιὸν ἔχουσα
 μέσος, πρὸς δὲ τὴν δευτέραν τὸ εὐώνυμον, καὶ ὅτι
 ἡ αὐτὴ δεξιὰ καὶ εὐώνυμος, οὐ διὰ τοῦτο ἀπόλλυσι
 τὴν οἰκειαν ἀπλότητα. Πάλιν ἐκάστη τῶν τριῶν
 μονάδων οὐχ ἄπλως μονάς, ἀλλὰ καὶ τάξιν ἔχουσα·
 διὸ ἡ μὲν μονάς πρώτη λέγεται ἂν, ἡ δὲ μέσος, ἡ δὲ
 ἰσχάτη· ἀλλὰ περὶ οὐδεμίαν αὐτῶν σύνθεσις εἶναι
 λέγεται. Εἰ γὰρ ἐκ τῶν περὶ τὴν οὐσίαν θεωρουμέ-
 νων ἡ σύνθεσις κρίνεται, καὶ ἡ ἀπλή νοουμένη οὐσία
 καὶ χωρὶς τῆς κατ' αὐτὴν ἐνεργείας καὶ τῆς ἐνε-
 ταρχούσης δυνάμεως ὅπερ ἐστὶ φανερὴ ἂν σύνθετος,
 δεῖ τε οὐσία καὶ ὅτι ἀπλή· ἀλλ' οὐ σύνθετος. Οὐ γὰρ

sit et compositionis expers; quænam enim ejus
 foret compositio? et ex quibusnam, quæso, ele-
 mentis componitur lumen? neque etiam ipsius
 progressio duplex est, licet duo sint, ex quibus
 progrediat, sol nimirum et radius: ita et pro-
 cessio ex Patre atque ex Filio simplex est secun-
 dum seipsam, licet duæ personæ sint, ex quibus
 processio fiat, et ipse Spiritus simplex. Præterea si
 compositio quædam cerneretur in Patre et Filio,
 ex quibus processio, duplex quoque et compositum
 foret id quod ex ipsis procedit, et duplicitas quoque
 esset in processione. Quoniam vero Pater et Filius
 cum unum sint secundum essentiam et in se in-
 vicem existant secundum Christi verba: *Ego in
 Patre et Pater in me*, nullam ad invicem composi-
 tionem habere noscuntur (nam super composi-
 tionem omnem est eorum unitas), nulla compositio
 est Patris et Filii conjunctio et consociatio (secus
 enim et totius Trinitatis conjunctio foret composi-
 sitio), neque quæ a nobis asseritur Spiritus ex
 utroque processio composita, neque Spiritus exinde
 aliquam habebit compositionem. Eodem quoque
 pacto substantiarum simplicium creaturarum ope-
 ratio non est propterea composita, quia ex essentia
 et ejus potentia procedit, neque operationis ex
 utraque progressio composita; neque enim essen-
 tiæ et potentiæ coexistentia compositio est, secus
 nulla substantia foret simplex, quia nulla sine po-
 tentia est; nihil enim eorum quæ sunt, ut sapiens
 Dionysius ait, potentiæ est expers. Si vero in rebus
 creatis progressio ex duobus neque ipsa composita
 est, neque quod inde progreditur compositum
 ostendit, quanto magis in Deo id locum habet!
 Demus autem, si vis, et duplicem nos asserere proces-
 sionem, et alteram quidem ex Patre, alteram vero
 ex Filio, illam mediatam, hanc vero immediatam,
 neque sic in Spiritu erit duplicitas, neque idcirco
 composita Spiritus processio. Circa essentiam enim
 hæc sunt, non secundum essentiam, innascibi-
 litas, generatio et processio, et personarum dis-
 tinctiva, non naturæ dissectiva; neque ullum
 absurdum, enti simplici duas inesse proprietates.
 Nam et pater est tum Pater tum spirator et nulla
 in ipso compositio. Præterea mediatum et imme-
 diatum relationes quædam sunt; diversa vero re-
 latio non importat compositionem. Si tres monades
 juxta se, una post aliam, positæ fuerint, ea quæ
 inter duas extremas, media est ad primam quidem
 secundum ordinem habebit, relate vero ad tertiam
 primum; neque idcirco composita erit, quia eadem
 et prima est et secunda; atque relate ad primam
 forsitan intelligitur dexteram partem obtinens,
 relate vero ad secundam, partem sinistram; et quod
 eadem et dextera et sinistra, non ideo amittit pro-
 priam simplicitatem. Rursum quævis trium mo-
 nadum non simpliciter est monas, verum et or-

(22) Joan. x, 38, xiv, 14.

(23) Cod. Vat. f. 6, b. αὐτοῦ.

(24) Cod. ἀδύνατον.

dinem habens. Quare alia dicenda fuerit prima, alia media, alia extrema; verum circa nullam earum compositio esse dicitur. Si enim ex iis quæ circa essentiam spectantur compositio iudicatur, etiam simplex intellecta substantia et sine operatione, quæ secundum ipsam est, et sine potentia ei insita, quod est, appareret composita, quia et essentia et simplex est. Verum non est composita; neque enim simplicibus simplicitas essentia est, quia neque compositis compositio, sed circa essentiam; quæ vero circa essentiam sunt, licet unius sint plura, essentiam neutiquam compositam reddunt. Quamobrem sive simplex est processio sive non simplex, Spiritus est simplex et non compositum id quod procedit (procedendi proprietas), neque enim procedendi proprietas essentia est, sed circa essentiam processio, proprius hypostaseos character.

(7.GR. Deinde (o) sidis procedere Spiritum quidem ex Patre, procedere vero etiam ex Filio, et proinde processionem alteram ex Patre esse, alteram vero ex Filio, quomodo non imperfecta erit utraque, vel altera inutilis? Vel enim perfecta est processio ex Patre, tunc inutilis ea quæ ex Filio; vel perfecta processio ex Filio, tunc inutilis ea quæ ex Patre. Si enim una, quæcunque tandem ex utraque, perfecta est, quæ alterius necessitas? Vel utraque erit imperfecta si sine altera spectatur. Verum sic foret et Pater secundum se ipsum consideratus imperfectus. At enim vero utraque persona perfecta et perfectam operationem reddens, tum per se et in se tum cum consubstantiali altera considerata. Si vero altera est perfecta, altera imperfecta, utram diceres perfectam, utram imperfectam? Primo una illa persona imperfecta est, ex qua processio imperfecta; deinde quomodo perfecta indiget imperfecta? Si vero simplex processio, et perfecta est ex Patre, cur et ex Filio? Si vero perfecta ex Filio, cur etiam ex Patre? Superfluum enim et vanum sic videtur, Spiritum quoque ex altero procedere.

LAT. Sed fortassis non aliam et aliam esse quis ait processionem, alteram ex Patre, alteram ex Filio, sed unam et eandem et simplicem ex Patre atque ex Filio, tanquam Patre per medium Filium spirante Spiritum. Ex Patre enim Filius, et ex Filio Spiritus, ideoque et ex Patre, ita ut eadem processio immediate quidem sit ex Filio, mediate vero ex Patre; *mediate* (p) vero dico, non quasi tempus quoddam sit intermedium (neque enim Pater prius generat Filium, postea vero per Filium Spiritum emittit), verum quia Filium generans Spi-

(25) Nota marg: "Ετερον ἄτοπον· ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορευομένου τοῦ Ἁνεύματος, ἢ ἀτελής ἢ ἐκπόρευσις ἑκατέρα ἢ περιττή ἢ ἑτέρα."

(o) Nota marginalis: Aliud absurdum: Si ex Patre Filioque procedit Spiritus, vel imperfecta utraque processio vel superflua altera. Et ejus absurdi refutatio. Hoc quartum Græci argumentum respondet ex parte Photii, *De Spirit. sanct. mystagogia*, cap. 7, et Nicolai Methonensis capiti 11, quod vide in adnotationibus ad hunc Photii locum.

(p) Hæc sane non satis accurate dicta sunt atque

οὐσία ἢ ἀπλότης τοῖς ἀπλοῦ, ὅτι μὴδὲ τοῖς συνθέτοις ἢ σύνθεσις, ἀλλὰ περὶ τὴν οὐσίαν. Τὰ δὲ περὶ τὴν οὐσίαν, κἄν ἐνδὸς εἴη πλείω, τὴν οὐσίαν σύνθετον οὐ ποιεῖ· ὥστε, κἄν ἀπλῆ ἢ ἐκπόρευσις, κἄν οὐχ ἀπλῆ, τὸ Πνεῦμα ἀπλοῦν καὶ οὐ σύνθετον τὸ ἐκπόρευτον· οὐκ οὐσία γὰρ, ἀλλὰ περὶ τὴν οὐσίαν ἐστὶν ἢ ἐκπόρευσις τῆς ὑποστάσεως ἴδιον χαρακτηρισμα.

Z. GP. Ἔτα (25) εἰ φησὶ ἐκπορευῆσθαι μὲν αὐτὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἐκπορευῆσθαι δὲ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἐκπόρευσιν τὴν μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι, τὴν δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, πῶς οὐκ ἀτελής ἢ ἑκατέρα, ἢ περιττή ἢ ἑτέρα; "H (26) γὰρ τελεία ἢ ἐκ Πατρὸς, καὶ περιττή ἢ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἢ τελεία ἢ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, καὶ περιττή ἢ ἐκ τοῦ Πατρὸς. Τῆς γὰρ μιᾶς ὁποτέρωθεν οὕσητ τελείας, τίς χρεῖα τῆς ἑτέρας; ἢ ἀτελής ἑκατέρα δίχα τῆς ἑτέρας θεωρουμένη. ἀλλ' οὕτως ἂν εἴη καὶ ὁ Πατὴρ καθ' ἑαυτὸν νοοῦμενος ἀτελής· ἀλλὰ μὴν ἑκάτερον πρόσωπον τελειόν καὶ τελείας ἐνεργείας ἀποδοτικόν, αὐτὸ τε καθ' ἑαυτὸ καὶ μετὰ τοῦ ὁμοφυοῦς θεωρούμενον. Εἰ δὲ ἢ μὲν ἐστὶ τελεία, ἢ δὲ ἀτελής, ὁποτέραν ἂν φαίης ἢ τοῦτο ἢ ἑκατέρωθεν; πρῶτον μὲν τὸ ἔν πρόσωπον ἀτελής, ἐξ οὐπερ ἢ ἐκπόρευσις ἀτελής. Ἐπειτα τίς χρεῖα τῆς τελείας τῆς ἀτελεῦς; εἰ δὲ ἀπλῆ ἢ ἐκπόρευσις, εἰ μὲν τελεία ἐστὶν ἐκ τοῦ Πατρὸς, διὰ τί καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ; εἰ δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, διὰ τί καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς; περιττόν γὰρ οὕτω δοκεῖ τὸ καὶ ἐκ τοῦ ἑτέρου τὸ Πνεῦμα προέρχασθαι.

AAT. 'Αλλ' ἴσως οὐκ ἕλλην φησὶ τις καὶ ἄλλην τὴν ἐκπόρευσιν εἶναι, τὴν μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς, τὴν δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν καὶ ἀπλῆν ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ὡς τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ, μέσου προβαλλομένου τὸ Ἁνεῦμα· ἐκ τοῦ Πατρὸς γὰρ ὁ Υἱός, ἐκ τοῦ Υἱοῦ δὲ τὸ Ἁνεῦμα, δὲ καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς, ὡς εἶναι τὴν αὐτὴν ἐκπόρευσιν ἀμέσως μὲν ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἐμμέσως δὲ ἐκ τοῦ Πατρὸς· Ἐμμέσως δὲ φημι, οὐχ ὡς χρόνου τινὸς μεσιτεύοντος (οὐ γὰρ πρῶτον μὲν γεννᾷ τὸ Υἱόν, εἶτα διὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ Ἁνεῦμα προβάλλεται), ἀλλ' ὅτι

καὶ ἀνασκευὴ τοῦτο.

(26) Vat. εἰ.

voces *mediate et immediate*, prout in hac materia usurpantur, non recte explanant. Non enim ideo solum Spiritus ex Patre quia est ex Filio, qui est ex Patre; quod unum veluti quæstionis respectum duntaxat exhibet. Verum rem melius expositam vide apud Thomam, *Summæ* p. 1. q. 36, a. 1. In sequentibus tamen auctor noster hæc rite pertractat.

γεννῶν τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα δι' αὐτοῦ προβάλλεται καὶ οὐκ ἄνευ τοῦ Υἱοῦ ἢ τοῦ Πνεύματος πρόβλησις.

ΓΡ. Κατὰ τοῦτον τὸν λόγον φαίη ἂν τις ὅτι καὶ διὰ τοῦ Πνεύματος ἐκπορευομένου γεννᾷ τὸν Υἱὸν, καὶ οὐκ ἄνευ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐκπορεύσεως ἢ τοῦ Υἱοῦ γέννησις καὶ εἴη ἂν καὶ ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Πνεύματος γεννώμενος.

ΛΑΤ. Ἀλλὰ τάξις καὶ ἐν τῇ Τριάδι τις ἦν δεῖ φυλάττειν ἡμᾶς· οὐχὶ φύσιν ἐξαλλάττουσα, ἀλλὰ διαφορὰν ὑποστάσεων παρεμφαίνουσα καὶ ἐκάστης ὑποστάσεως ἀμετάπτωτον παριστώσα τὴν ἰδιότητα. Ὁ μὲν οὖν Πατὴρ γεννῶν τὸν Υἱὸν δι' αὐτοῦ καὶ τὸ Πνεῦμα προβάλλεται· ὁ Υἱὸς δὲ γεννώμενος ἐκ τοῦ Πατρὸς προβάλλεται καὶ τὸ Πνεῦμα ἐξ ἑαυτοῦ· τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ὡς διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται· ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς ὡς ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἀμέσως ἐκπορευόμενον τοῦ γεννώμενου ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι λέγεται· καὶ τοίνυν καὶ ἡ αὐτὴ καὶ μία ἐκπόρευσις τῷ Πνεύματι ἐκ τοῦ Πατρὸς μὲν ἐστὶν ἕμμεσος, ἐκ τοῦ Υἱοῦ δὲ ἄμεσος ὡς περ πολλὰκις εἰρήκαμεν (27). Ὅμως, εἴτε ἀπλῆν ταύτην βούλει καλεῖν εἴτε καὶ μὴ, τελεία ἐστὶν ἐκατέρωθεν ἢ ἀμφοτέρωθεν ἥτοι ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ· ὅτι καὶ ἐκ τελείων καὶ τελεία (28) καὶ τελείως· καὶ οὐδὲν περιττόν ἐν τῇ τελείᾳ Τριάδι, εἴ δὲ ζητεῖς, δι' ἣν αἰτίαν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον τὸ Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, καὶ τίς ἡ χρεια, ἐρωτήσω κάγω σε, τίς χρεια τῷ Πατρὶ τοῦ γεννᾶν τὸν Υἱὸν ἢ τὸ Πνεῦμα προβάλλεσθαι, καὶ διὰ τί μὴ ἢ ἄμφω γεννᾷ ἢ ἄμφω προβάλλεται, καὶ τίς ὁ λόγος τῆς τοῦ λόγου γεννήσεως ἢ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐκπορεύσεως. Οὐδὲ γὰρ ἦν τοῦ Λόγου λόγος ἀνώτερος οὔτε τοῦ Πνεύματος. Οὐκ οὖν οὐδὲ ἐγώ σοι λέγω, τίς ὁ λόγος τῆς ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύσεως, οὐδὲ διὰ τί ἢ πῶς ἐξ ἄμφοιν ἢ ἐκπόρευσις. Ἡ γὰρ τῆς ἁγίας Τριάδος ὑπαρξίς ὑπέρχεται τοῦ πῶς καὶ τοῦ διὰ τί, καὶ τῶν τοιούτων ζητήσεων. Ὅσπερ δὲ οὐδὲ ἡ γέννησις ἀτελής, ὅτι οὐκ ἄνευ τῆς ἐκπορεύσεως, εἰ καὶ διακρίνεται τῇ τοῦ τρόπου διαφερότητι, οὔτε ἡ ἐκπόρευσις, ὅτι τῆς γεννήσεως οὐ χωρὶς, ἀλλὰ τελεία τὴν ἐστὶν ἐκάτερα, καὶ ἕτερα τῆς ἕτερας, καὶ οὐ δίχα τῆς ἕτερας οὐδετέρω. Ὡς γὰρ οὐ πρῶτον μὲν γεννᾷ τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ, εἶτα τὸ Πνεῦμα φῆς ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, ἀλλ' ἄμφω ἅμα ἀεὶ, καὶ ἡ γέννησις καὶ ἡ ἐκπόρευσις, καὶ ἐκάτερα τελεία καὶ καθ' ἑαυτὴν καὶ μετὰ τῆς ἕτερας· οὕτω καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, καὶ μὴ ἕν καὶ τὸ αὐτὸ καὶ ἀπλοῦν λέγειν, ἀλλ' ἕτερον καὶ ἕτερον, ὅμως ἐκάτερον τέλειον καὶ καθ' ἑαυτὸ καὶ μετὰ τοῦ ἕτερου, καὶ οὐ τοῦ ἕτερου χωρὶς. Οὐ γὰρ διότι ἐν τῷ αὐτῷ πυρὶ καὶ ἡ θερμότης αἰεὶ καὶ τὸ φῶς, διὰ τοῦτο τὸ ἕτερον αὐτῶν ἀτελές,

(27) Vat. p. 7, b: εἰρήκαμεν.

(g) Cf. dicta ad Photium, *De Spirit. sancti my-
stagogia*, cap. 64 fin.

A ritum quoque per ipsum emittit, et non sine Filio Spiritus spiratio perficitur.

GR. Secundum hanc rationem dicere quis posset, etiam per Spiritum procedentem Patrem generare Filium, neque absque Spiritus processionem perfici Filii generationem, ita ut et Filius generatus sit ex Patre atque ex Spiritu (g).

IAT. Sed ordo in Trinitate quoque est, quem nos servare debemus, non quidem naturam commutans, sed personarum distinctionem indicans et singularum hypostaseon proprietatem inalterabilem exhibens. Pater itaque generans Filium per ipsum quoque Spiritum emittit, Filius vero generatus ex Patre emittit et ex se Spiritum: ac Spiritus ex Patre procedens ex Filio quoque ut per Filium procedit; sed et ex Patre ut ex Filio immediate procedens a genito ex Patre procedere dicitur; ideoque et una eademque processio Spiritui ex Patre quidem est mediata, ex Filio autem immediata, prout sæpenumero diximus. Attamen, sive simplicem eam vocare vis sive non, perfecta est ab utraque parte sive ex ambobus, sive ex Patre per Filium, quæ et ex perfectis et perfecta et perfecte, neque quidquam supervacaneum in perfecta Trinitate. Si vero quæris, quam ob causam Spiritus ex Patre procedens etiam procedat ex Filio, et quænam hæc sit necessitas, quæram et ego ex te (r) quænam necessitas sit Patri, ut Filium generet vel Spiritum emittat, et cur non vel utrumque generet vel utrumque spiret, et quænam sit ratio generationis Verbi vel processionis Spiritus. Neque enim erat verbum Verbo sublimius neque Spiritu. Itaque neque ego tibi dico, quænam sit ratio processionis Spiritus ex Patre et Filio, neque quam ob causam vel quam ratione ex utroque sit processio. Nam sanctæ Trinitatis existentiæ elevata est supra omnem modum et rationem et supra tales quæstiones. Quemadmodum vero neque generatio imperfecta, quia non est sine processione, licet modi differentia ab ea sit distincta, neque processio, quia non est absque generatione, sed perfecta utraque et altera alterius, ac neutra sine altera; sicut enim Pater non prius generat Filium, deinde Spiritus, ut ais, ex Patre procedit, verum utrumque semper simul, et generatio et processio, et utraque perfecta tum secundum se tum una cum altera: ita et procedere ex Patre et ex Filio, licet non unum idemque ac simplex dicat, sed alterum et alterum, tamen utrumque perfectum tum secundum se tum cum altero, et non absque altero. Non enim propterea quod in eodem igne et calor semper et lumen alterum eorum imperfectum est, sed quia utrumque cum altero et idcirco perfectum. Perfectus enim

(28) Vat. τελείων.

(r) Imitatur Gregorii Nazianzeni responsum orat. 37, p. 597-598, ed. Billii.

ignis et ut perfecte illuminans et ut perfecte calefaciens sive urens; perfecto enim et eminenti modo habent utrumque; perfectus vero, quia utrumque operatur simul et omnimode, duplex enim perfectum; alterum secundum utramque proprietatem, alterum secundum conjunctionem cum altero. Sic et in Trinitate. Nam perfecta est Trias, et quia Trias, non monas personalis vel dyas; perfecta vero, quia etiam quælibet persona secundum se considerata, etsi non ab invicem separantur, omnimodam habet perfectionem et eminentiam perfectionis. Secundum hæc ipsa vero etiam processio perfecta et ex Patre et ex Filio, et ex utroque perfecta et ex ambobus, et supra rationem utrumque, etiamsi non simplicem neque unam eandemque illam dicas. Et tali pacto difficultas tua solvitur nullumque absurdum hanc consequitur doctrinam. Si autem unam illam dicas, nihil omnino adversatur; sicut si quis quæreret: Cur generat Pater? Cur Filius generatur? Cur Spiritus procedit? nil aliud haberemus, quod responderemus, nisi quod horum quodlibet proprietates est singularum divinarum hypostaseon. Sic et si tu interrogas: Quam ob causam Pater quidem generat Filium et Spiritum producit mediante Filio, Filius vero et ipse generatur ex Patre et Spiritum producit nullo alio amplius mediante, Spiritus denique et ex Patre procedit et ex Filio, et ex illo quidem mediate, ex hoc vero immediate? — nullum aliud audies responsum nisi quod ita se habent quæ ad proprietates spectant. Vides ea quæ asseris doctrinam nostram sequi absurda, aut minime sequi aut non vera, sed apparentia esse absurda demonstrari.

8. GR. Attamen aliud video absurdum, quod consequitur processionem Spiritus ex Patre atque ex Filio.

LAT. Edissere et istud. Fortasse enim adversus hoc quoque sermonem aptum reddere potero, si dederit Spiritus sanctus.

GR. (s) Si ex Filio esset Spiritus, tunc Filius foret Spiritus pater, et Spiritus filius Filii, nepos autem Patris, et Pater Spiritus avus. Sed hæc sunt ridicula atque a veritate et pietate longe aliena.

LAT. Contra hanc rationem respondere licitum est, eam non contra dogma nostrum valere deductionem propositionum ridicularum et impiarum. Nam posset quis dicere, quando quidem non vereretur in sermonibus de Deo quidquid in buccam venerit eloqui eaque quæ divinitus inspirata oracula minime suppeditant, ut et ipse dicis, posset quis, inquam, dicere: Si ex Patre est etiam Spiritus, tunc filius Patris et Filii frater erit.....

(20) Ad marg. Vat. f. 8, a: "Ἐτερον ἄτοπον, ὅτι ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα υἱὸς ἔσται τοῦ Υἱοῦ τὸ

(s) Quintum argumentum: Si ex Filio Spiritus, erit Filii filius Spiritus et Filii pater Spiritus etc.

A ἄλλ' ὅτι ἐκίτερον μετὰ θατέρου καὶ διὰ τοῦτο τέλειον. Τέλειον γὰρ τὸ πῦρ, καὶ ὡς τελείως φωτίζον καὶ ὡς τελείως θερμαῖνον ἦτοι καῖον· ἔχει γὰρ ἄκρως ἐκίτερον. Τέλειον δὲ, ὅτι καὶ ἄμφω ἐνεργεῖ ἅμα καὶ παντελῶς· διπλοῦν γὰρ τὸ τέλειον, τὸ μὲν καθ' ἐκατέραν ιδιότητα, τὸ δὲ κατὰ τὴν πρὸς τὸ ἕτερον συμφύαν· οὕτω καὶ ἐν τῇ Τριάδι. Τελεῖα μὲν γὰρ ἡ Τριάς καὶ ὅτι Τριάς, οὐ μονὰς προσωπική ἢ δυὰς, τελεῖα δὲ, ὅτι καὶ ἐκάστη ὑπόστασις καθ' αὐτὴν θεωρουμένη, εἰ καὶ μὴ ἀλλήλων χωρίζονται, παντελὲς ἔχει τὸ τέλειον καὶ ὑπερτελές. Κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ἡ ἐκπόρευσις τελεῖα καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς, τελεῖα καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ καὶ ἐξ ἐκατέρων τελεῖα· καὶ ἐξ ἀμφοῖν καὶ ὑπὲρ λόγον ἐκίτερον, κἂν μὴ ἀπλῆν μηδὲ τὴν αὐτὴν καὶ μίαν ταύτην εἴπῃς. Καὶ οὕτω λέλυται σοι τὸ ἀπόρον, καὶ οὐδὲν ἄτοπον τῷ λόγῳ ἀκολουθεῖ. Εἰ δὲ καὶ μίαν αὐτὴν εἴποις, τὸ ἀντίξουν οὐδέν. Ὡσπερ γὰρ εἰ τις ἔροιτο· Διὰ τί γεννᾷ ὁ Πατήρ; διὰ τί ὁ Υἱὸς γεννᾷται; διὰ τί τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεται; οὐκ ἂν τι ἕτερον εἴπῃς ἔχοιμεν ἢ ὅτι τούτων ἕκαστον ιδιότης ἐστὶν ἐκάστης τῶν θείων ὑποστάσεων· οὕτως κἂν αὐτὸς ἐρωτᾷς, Διὰ τί ὁ μὲν Πατήρ γεννᾷ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα προβάλλεται τοῦ Υἱοῦ μεσιτεύοντος, ὁ δὲ Υἱὸς καὶ αὐτὸς γεννᾷται ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα προβάλλεται μηκέτι τινὸς μεσιτεύοντος, τὸ δὲ Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἐκ τοῦ μὲν ἐμμέσως, ἐκ τοῦ δὲ ἀμέσως; οὐδὲν ἄλλο ἀκούσεις, ἢ ὅτι οὕτως ἔχουσι τὰ τῶν ιδιοτήτων. Ὅρας ὅτι ἢ λέγεις ἔπεισθαι τῷ λόγῳ ὡς ἔποπα, ταῦτα δείκνυται ἢ μὴ ἐπόμενα ἢ μὴ ὄντα, ἀλλὰ φαινόμενα ἄτοπα.

H'. GP. Καὶ μὴν ἄλλο ἄτοπον ἐπόμενον συνορῶ τῇ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπόρευσι τοῦ Πνεύματος.

AAT. Ἐπεὶ δὴ καὶ τοῦτο. Ἴσως γὰρ εὐπορήσω καὶ πρὸς αὐτὸ λόγου τινὸς, εἰ δοίη τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

GP. (29) Εἰ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, πατήρ ἂν εἴη τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα υἱὸς μὲν τοῦ Υἱοῦ, υἱωνὸς (δὲ) Πατρὸς, καὶ ὁ Πατήρ πάππος τοῦ Πνεύματος· ἀλλὰ ταῦτα γελοῖα καὶ τῆς ἀληθείας καὶ τῆς εὐσεβείας ἀλλότρια.

VAT. Πρὸς τοῦτον τὸν λόγον ἐξῆν ἀντεπᾶγειν, ὡς οὐ περὶ τὸ δόγμα ἡμῶν ἢ ἀκολουθήσεις τῶν γελοίων καὶ ἀσεβῶν· ἐπεὶ εἶπεν ἂν τις, εἰ μὴ εὐλαβῶς εἶχεν ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ λόγοις καὶ τὰ τυχόντα φθέγγεσθαι καὶ ἢ μὴ τὰ θεόπνευστα λόγια δίδωσι, καθὼς φησὶ καὶ αὐτὸς, ὅτι Εἰ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τὸ Πνεῦμα, υἱὸς ἂν τοῦ Πατρὸς καὶ ἀδελφὸς τοῦ Υἱοῦ ..

Πνεῦμα καὶ ὁ Υἱὸς Πατήρ τοῦ Πνεύματος, καὶ τὰ ἐξῆς· εἶτα λύσις αὐτοῦ.

Confer Phot. *De Spirit. sanct. mystagogia*, Nicol. Methon. c. 21.

Hucusque cod. Vat. Vaticani verba (f. 2^{us}que ad f. 8, a) ; Latinus deinde præter alia (ibidem f. 8, b) adducit Athanasii ad Serapionem locum, quem etiam profert Beccus Epigr. XIII (Gr. orthod. II, p. 639). Finis dialogi f. 9, b, med. legitur hoc pacto :

ΓΡ. Τὰ μὲν εἰρημμένα εἰρήσθω, ὡς εἴρηται· καὶ Ἀ πρὸς ἑκαίνα ἀντεροῦμεν οὐδέν. Ἔτερα δὲ ἄτοπα οὐκ ἄλλοις δεῖξομεν τῷ σὺ ἐπόμενα δόγματι. Πλὴν ἀλλὰ διὰ τὸ τοῦ λόγου μῆκος καὶ πρὸς ἀκοῆς πρόσκορον καὶ τὸν κάματον νῦν μὲν ἐνταυθοῖ τὰ λεγόμενα περὶ τῶν πνεύματων· ἐξῆς δὲ ὡς ἀπ' ἑλλης ἀρχῆς ἀναλαβόντες τὸν λόγον κακεῖνα φιλαλήθως ἀνακαλύψωμεν.

GR. Quæ dicta sunt, dicta sunt, ut dicta fuerunt et ad illa nihil opponemus. Alia vero absurda, eaque non pauca, ex tuo dogmate consequentia ostendemus. Attamen propter sermonis prolixitatem et propter fastidium ac laborem aurium nunc quidem hic sermocinationem terminemus, postea vero velut ex alio principio disputationem resumentes et illa veritatis amore patefaciemus.

ΒΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ ⁽³⁰⁾

DIALOGUS SECUNDUS.

α. ΛΑΤ. Ἐπιγγεῖλω μὲν ἑναγχος, ὡ Γραικὲ, πολλὰ ἄτοπα δεῖξαι παρομαρτοῦντα τῷ ἡμετέρῳ περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως δόγματι....

ΓΡ. Οὐκ ἔν ἀρηθρίην τὰ τῆς ὑποσχέσεως, ἀλλ' ἰδοὺ προσθεῖναι πρόθυμός εἰμι καὶ τὰ λείποντα. Σὺ δὲ, ὡ Λατίνε, μὴ ἀποκάμης ἀντιτιθείς, εἴ τι ἔχεις γενναῖον καὶ ἐσχυρόν.

ΛΑΤ. Λέγε δὴ ταῦτα.

ΓΡ. (31) Εἰ ἐκ τοῦ Πατρὸς μὲν ὁ Υἱὸς γεννητῶς, ἐκ τοῦ Υἱοῦ δὲ τὸ Πνεῦμα ἐκπορευτῶς, ἐκ τοῦ Πνεύματος δὲ οὐδὲν οὔτε γεννητῶς οὔτε ἐκπορευτῶς, τὸ μείζον ἐξεῖ πρὸς τὸ Πνεῦμα καὶ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ ὁ φερεῖς τῷ Πνεύματι ἔψεται, ὅτι ὁ μὲν Υἱὸς ἀμέσως ἐκ τοῦ Πατρὸς, τὸ δὲ Πνεῦμα οὐκ ἀμέσως ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ ὅτι οὐδὲν ἕτερον ἐξ ἑαυτοῦ τὸ Πνεῦμα προεῖται, τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐχόντων τὸ κτῆρας ὑποστάσεως προετικόν· καὶ χώραν ἐξεῖ λοιπὸν Εὐνόμιος καὶ Μακεδόνιος καὶ Ἀπολλινάριος τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐλαττούμενον παρεστίνοντες.

ΛΑΤ. Ἄλλ' οὐ κατ' οὐσίαν, ὡ οὗτος, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ τὸ μείζον πρὸς τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' ἢ ἄρα κατὰ τὴν ἰδιότητα, ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, οὐ μὴν ὁ Πατὴρ ἢ ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πνεύματος, καὶ ὅτι τοῦ Πνεύματος ἰδιότης οὐ τὸ γεννᾶν ἢ προβάλλεσθαι (32), ἀλλὰ τὸ ἐκπορεύεσθαι. Οὕτω δὲ τὸ μείζον ἐστὶ τῷ Πατρὶ πρὸς τὸν Υἱόν· μείζων γάρ ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, καθὼς φησιν αὐτὸς ὁ Κύριος· Ὁ Πατὴρ μου μείζων μου ἐστίν (33)· ἀλλὰ τῷ αὐτῷ ἢ ἑτέρῳ λόγῳ τινί, οὐ τῇ οὐσίᾳ.

(30) In Vat. cod. f. 9, b. med.

(31) Ad marg. : Ἐτέρου ἀτόπου εἰσαγωγῇ, ὅτι εἰ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, ἐλαττον ἐστὶ καὶ τοῦ

(1, Nota marg. : Novi absurdi inductio : si etiam ex Filio Spiritus, tunc minor erit et Patre et Filio ;

PATROL. GR. CXXXIX.

1. LAT. Promisisti non ita pridem, o Græce, te multa ostensurum absurda, quæ nostrum de processione Spiritus sancti dogma concomitentur...

GR. Haud negaverim promissionem ; imo ecce promptus sum ad ea adjungenda quæ adhuc reliqua sunt. Tu autem, o Latine, noli gravari et desistere ab opponendo, si quid habes rectum atque firmum.

LAT. Edico ista.

GR. (1). Si ex Patre quidem Filius per generationem, ex Filio vero Spiritus per processionem, ex Spiritu vero nihil, neque per generationem, neque per processionem, major erit præ Spiritum tum Patrem tum Filium, et Spiritum sequetur minoratio ; quod Filius quidem immediate ex Patre, Spiritus autem non immediate ex Patre, et quod nihil aliud ex se Spiritus producit, dum Pater et Filius habent vim aliam personam producendi. Et locus cæterum erit Eunomio, Macedonio atque Apollinario, qui Spiritum minorem Patre et Filio esse falso placito asseruerunt.

LAT. At non secundum essentiam, o bone, Pater et Filius Spiritu majores sunt, sed secundum proprietatem tantum ; quia ex Patre et ex Filio Spiritus, non vero Pater vel Filius ex Spiritu, et quia Spiritus proprietas non est generare vel producere, sed procedere. Hoc vero pacto et Pater majus habet præ Filio ; major enim est Pater Filio, sicut ait ipse Dominus : *Pater meus major me est* ; sed eadem vel alia quapiam ratione, nonessentia...

Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ· καὶ πρὸς τοῦτο λύσις.

(32) Προβάλλεσθαι med. ut alias προβάλλειν.

(33) Joan. xiv, 28.

et ad hoc solutio. Cf. Phot. *De Spirit. sanct. mystagogia*, cap. 37, 38.

Sequitur proluxa de hoc argumento tractatio, cui innectitur et Athanasii celeberrimus textus Orat. I contra Arianos, f. n. 50, quo et Andron Camaterus (apud Beccum Gr. Orthod. t. II, p. 382) aliique plurimi utuntur, de quo confer De Rubeis Dissert. in opp. Theophylacti t. I, p. xlv, n. 75 fin. Posequitur deinde in Vatic., cod. 1115 f. 11 b. med. Latinus.

Majus igitur secundum vestram assertionem **A** secundum utrumque sortitus est Pater et non magis nobis, quam potius vobis ipsis hoc absurdum intulistis, siquidem absurdum dicitis majus secundum proprietatem; si vero vobis hoc non est absurdum, neque nobis absurdum esse dicite.

2. (u) GR. Quid igitur? Nonne duo facis principia, si quidem ais Spiritum ex Patre et ex Filio procedere?

LAT. Equidem non puto. Nam duo quidem dicere principia absurdum est, sicut asserunt hæreticorum pueri, qui unum statuunt bonum, alterum malum, illud quidem omnis boni fontem, hoc vero omnis mali causam, principia sibi invicem contraria atque rerum contrariarum.

GR. Attamen multo magis, quam dicere contrariorum contraria principia et duo duabus rebus tribuere principia, alteri alterum, absurdum plane est duo unius ejusdemque principia ponere. Rationi enim magis est consentaneum, unum duorum principium statuere, quam duo unius.

LAT. Verum non duo principia, o bone, dicimus, quando quidem dum ex duobus decimus unum rursum duorum alterum ad alterum referimus, ita ut et sic unum principium duorum sit unum...

His uberius demonstratis Latinus f. 12, a. med. ait :

Dic igitur, si habes, aliud absurdum dogma nostrum sequens: quæ prædicta sunt, ea vel non vera esse absurda vel non inde consequentia ostensa sunt. Sophisticum vero est quæ non sunt consecraria appellare consecraria et quæ non sunt absurda pro absurdis obtrudere.

3. GR. (v) Sed si Spiritus procedit quidem ex Patre, procedit vero etiam ex Filio, et si Spiritus productor est Pater, et productor quoque Filius, quænam est differentia inter productorem et productorem, inter processionem ex Patre et processionem ex Filio?

LAT. Dic mihi prius et ipse, quænam sit differentia inter generationem et processionem, et ego tibi dicam, quæ sit differentia inter processionem ex Patre et processionem ex Filio. In præsentia tantum dicam, haud dividere tempus ullum processionem ex Patre et processionem ex Filio. **D** Neque enim prius quidem ex patre procedit

(34) Nota marginalis: Ἐτερον ἄτοπον, ὅτι δύο συνάγονται ἀρχαὶ τοῦ Πνεύματος, ὁ Πατήρ καὶ ὁ Υἱός· καὶ πρὸς τοῦτο λύσις.

(u) Alterum absurdum, quod duo inducuntur principia Spiritus sancti, Pater et Filius. Et ad hoc solutio. Cf. Phot. *De Spirit. sanct. mystagogia*, cap. 4.

Τὸ μείζον ἄρα κατὰ τὸν ὑμέτερον λόγον ἐλίχε κατ' ἀμφοτέρων ὁ Πατήρ· καὶ οὐχ ἡμῖν μᾶλλον τοῦτο τὸ ἄτοπον, ἀλλ' ἑαυτοῖς συνηγάγετε, εἴ γε φατέ ἄτοπον τὸ μείζον κατὰ τὴν ἰδιότητα. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο ἄτοπον, μὴ δὲ ἡμῖν ἐκείνο φατέ.

β'. GR. Τί οὖν; οὐχὶ δύο ποιεῖς ἀρχάς, εἴ γε φησὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι (34);

ΛΑΤ. Οὐκ ἔγωγε οἶμαι· τὸ μὲν γὰρ δύο λέγειν ἀρχὰς ἄτοπον· ὁποῖόν φασὶ παῖδες αἰρετικῶν, τὴν μὲν τιθέντες ἀγαθὴν, τὴν δὲ πονηρὰν, καὶ τὴν μὲν πηγὴν παντὸς ἀγαθοῦ, τὴν δὲ αἰτίαν κακοῦ παντὸς, ἐναντίας ἀλλήλαις καὶ ἐναντίων πραγμάτων.

GR. Καίτοι πολλῶ πλεον ἄτοπώτερον τοῦ λέγειν ἐναντίων ἐναντίας ἀρχὰς καὶ τὰς δύο δυσὶν ἀπονέμειν ἑκατέραν ἑκατέρῳ τὸ δύο τιθέναι τοῦ αὐτοῦ καὶ ἐνός. Εὐλογώτερον γὰρ τὸ ἓν μᾶλλον τῶν δύο ἀρχὴν τιθέναι ἢ τὰ δύο τοῦ ἐνός.

ΛΑΤ. Ἄλλ' οὐ δύο ἀρχὰς, ὡ οὗτος, φημὲν, ἐπειδὴ ἐξ ἀμφοῖν τὸ ἓν λέγοντες πάλιν τῶν δύο τὸ ἕτερον εἰς τὸ ἕτερον ἀναφέρομεν, ὡς μίαν καὶ οὕτως ἀρχὴν εἶναι τῶν δύο τὸ ἓν...

Λέγε τοίνυν εἰ ἔχεις ἕτερον ἄτοπον τῷ ἡμετέρῳ ἐπόμενον δόγματι· ὡς τὰ γε προειρημένα δέδεικται ἢ ὄντα μὴ ἄτοπα ἢ μὴ ἐπόμενα. Σοφιστικὸν δὲ τὰ μὴ ἐπόμενα λέγειν ἐπόμενα, καὶ τὰ μὴ ἄτοπα ὡς ἄτοπα τίθεσθαι.

γ'. GR. Ἄλλ' εἰ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεται μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἐκπορεύεται δὲ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἔστι τοῦ Πνεύματος προβολεὺς καὶ ὁ Πατήρ, προβολεὺς καὶ ὁ Υἱός, τίς ἡ διαφορὰ προβολέως καὶ προβολέως, ἐκπορεύσεως τῆς ἐκ Πατρὸς καὶ ἐκπορεύσεως τῆς ἐκ τοῦ Υἱοῦ (35);

ΛΑΤ. Φράσον μοι πρότερον καὶ αὐτὸς, τίς ἡ διαφορὰ γεννήσεως καὶ ἐκπορεύσεως, κἀγὼ σοὶ ἐρῶ, τίς ἡ διαφορὰ ἐκπορεύσεως τῆς ἐκ Πατρὸς καὶ ἐκπορεύσεως τῆς ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Νῦν δὲ τρσοῦτον λέξω, ὅτι οὐ χρόνος διατέμνει τις τὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύσιν καὶ τὴν ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Οὐ γὰρ πρότερον μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ὕστερον δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἢ

(35) Nota marginalis: Ἀπορία· τίς διαφορὰ προβολέως καὶ προβολέως καὶ ἐκπορεύσεως καὶ ἐκπορεύσεως καὶ λύσις.

(v) Difficultas: Quænam differentia inter productorem et productorem, atque inter procedere et procedere. Et solutio.

ἀνάπαλιν, ἀλλ' ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ
 Υἱοῦ ἐκπορεύεται, καὶ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ Υἱοῦ,
 ὡς διὰ μέσου τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἐκ Πατρὸς, ὡς ἐκ πηγῆς
 τοῦ Υἱοῦ, ἐκπορεύεται· καὶ οὐκ ἔστι τῆς ἐκπορεύσεως
 ταύτης διαφορά, εἰ μὴ τις λέγοι τὸ ἕμμεσον καὶ τὸ
 ἕμμεσον καὶ κατὰ ταῦτα δυάζεσθαι βούλοιο τὴν ἐκ-
 πόρευσιν, ἐπαί κατὰ γέ τι ἄλλο οὐκ ἔστιν οὐδεμίαν
 αὐτῆς ἐπινοῆσαι διαφορὰν.

δ. ΓΡ. Εἰ οὖν ὁ Πατήρ μὲν διὰ μέσου τοῦ Υἱοῦ τὸ
 Πνεῦμα προβαλλόμενος ἐμμέσως τοῦτο προβάλλεται,
 ὁ Υἱὸς δὲ ἀμέσως τὸ αὐτὸ προίεται, ὅτι μὴ δι' ἐτέρου
 τινός, εἴη ἂν ὁ Υἱὸς προσεχὲς τοῦ Πνεύματος αἴτιον,
 ὁ δὲ Πατήρ οὐ προσεχὲς· καὶ οὕτως ἔστα· ὁ μὲν
 Πατήρ πρῶτον αἴτιον, ὁ δὲ Υἱὸς μετ' αὐτόν, καὶ
 οὕτω δὲ πάλιν ἀκολουθήσει ἡ ὕψις τῶν Υἱῶν μὲν
 πρὸς τὸν Πατέρα, τῶν Πνεύματι δὲ πρὸς τὸν Υἱόν, καὶ
 ἔξει οὕτως χώραν Ἄρειος καὶ Εὐνόμιος καὶ Μακε-
 δόνιος καὶ Ἀπολλινάριος.

ΛΑΤ. Ἀλλὰ θάρβει, ὡ ἀγαθὲ· οὐ Χώραν παρ' ἡμῶν
 ἔξει οὔτε Ἄρειος οὔτε Εὐνόμιος οὔτε Μακεδόνιος ἢ
 Ἀπολλινάριος. Οὗτοι γὰρ ἅπαντες τὴν θεότητα ἢ εἰς
 διαφόρους θεότητας κατατέμνουσι, καὶ τὴν μὲν μεί-
 ζονα τίθενται, τὴν δὲ ἐλάττονα, τὴν δὲ μέσως ἔχου-
 σαν, ἢ τῆς ἀκτίστου φύσεως τοῦ Πατρὸς ἀλλοτριού-
 σιν, ἢ καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα ὁπαλλήλους
 φάσκει, ἵν' οὕτως εἴπω ταῦτα, καὶ κτίσμα τὸδε τοῦδε
 καὶ τοῦτο ἐκείνου τιθέμενοι, ἢ τὸ Πνεῦμα πάντως
 εἰς τὴν τῶν κτισμάτων τάξιν κατὰγοντες· παρ' οἷς
 καὶ τὸ πρῶτον οὐκ εὐλαβὲς καὶ τὸ προσεχὲς ἀσεβὲς
 καὶ τὸ μέσον παρόμοιον, καὶ τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλατ-
 τον καὶ ἡ τάξις ἀπλῶς καὶ τὸ πρὸ τοῦδε καὶ τὸ μετὰ
 τούδε καὶ τὰ ἐξῆς καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ὀνομάτων τῆ
 σφῶν ἀσεβεῖς κατὰλλήλως νοούμενα. Παρ' ἡμῶν δὲ καὶ ἡ
 τάξις, εἰ λέγοιτο, κατ' εὐσεβεῖς λογισμοὺς ἐπὶ τῆς
 ἀγίας Τριάδος παραλαμβάνεται καὶ τὸ πρῶτον καὶ τὸ
 πρότερον...

Inter plura alia Athanasii et Gregorii Nazianzeni testimoniis utitur Latinus f. 13, 14. Atque deinde
 latius explicat, quid sit ordo, primum secundum, etc.

Ἴνα δὲ ὁ λόγος ἐξεταστικώτερος γένηται, ἄλλοθεν
 πάλιν ἀρχόμενοι περὶ ἐκτίστου τῶν εἰρημένων ὀνο-
 μάτων λέγομεν, ποσαχῶς τε λέγεται καὶ ὅπως ἐπὶ
 τῆς ἀγίας Τριάδος παραλαμβάνεται· καὶ πρῶτον περὶ
 τάξεως (36).

ε'. Ἡ τοίνυν τάξις ἢ ἐν οὐσίαις θεωρεῖται ἢ ἐν
 ποσοῖς ἢ ἐν ποιῶσις ἢ ἐν τοῖς πρὸς τι ἢ ἐν τοῖς ποιεῖν
 ἢ πάσχειν λεγομένοις ἢ ἐν τοῖς ποῦ ἢ ἐν τοῖς πότε
 ἢ ἐν τοῖς ἔχειν καὶ ἔχουσιν ἢ ἐν πᾶσι τούτοις πρὸς
 ἀλληλα· ἐν πᾶσι μὲν ὡς οὐσία, ποσὸν, ποιὸν, πρὸς
 τι· καὶ τὰ ἐξῆς προσεπιννοῖται· μὲν γὰρ ὡς ὑποκαί-
 μενον τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ἢ οὐσία, εἴτα ἐπιθεωρεῖται
 τὸ ποσὸν, μεθ' ὃ τὸ ποιὸν καὶ ἐφεξῆς τὸ πρὸς τι
 καὶ τὰ ἐξῆς ἐν οὐσίαις δὲ ὡς Θεός, νοῦς, ψυχῆ,
 σώματα· ἐν ποσοῖς δὲ ἐν μὲν τοῖς συνεχέσιν ὡς
 σιμεῖον, γραμμῆ, ἐπιφάνεια, σῶμα· ἐν δὲ τοῖς

A Spiritus, et posterius ex Filio vel vice versa : sed
 procedens ex Patre per Filium procedit, et proce-
 dens ex Filio, ut per medium Filium, et ex Patre,
 ut ex fonte Filii, procedit. Et non est hujus pro-
 cessionis differentia, nisi forte quis mediatum et
 immediatum proferat et secundum hæc duplicari
 velit processionem, cum secundum aliud quid-
 piam nulla ejus differentia posset excogitari.

GR. Si igitur Pater quidem per medium Fi-
 lium Spiritum producentem mediate cum producit,
 Filius vero immediate eum emittit, quia non per
 alium quempiam, Filius foret proximum seu con-
 tiguum Spiritus principium, Pater vero non con-
 tiguum. Et sic erit Pater quidem primum princi-
 pium, Filius vero post ipsum, et sic rursus se-
 quetur inferioritas tum Filium quoad Patrem tum
 Spiritum quoad Filium ; et sic locum habebunt
 Arius et Eunomius, Macedonius atque Apollina-
 rius (x).

LAT. Verum bono animo esto, o bone ; non ha-
 bebunt apud nos locum neque Arius, neque Euno-
 mius, neque Macedonius, neque Apollinarius. Ut
 enim omnes Deitatem vel in diversas dissecant
 deitates, et aliam quidem majorem statuunt, aliam
 vero minorem, aliam in medio se habentem, vel
 ab increata natura Patris separant vel etiam Fi-
 lium atque Spiritum subalternas naturas, ut ita
 ea dicam, et creaturam alterum alterius et hoc il-
 lius ponunt, vel Spiritum prorsus in creaturarum
 ordinem deprimunt. Apud hos primum non prius
 et contiguum impium et medium simile, et majus
 et minus et ordo simpliciter, et unum ante aliud
 et alierum post aliud et cætera atque etiam ejus-
 modi alia nomina eorum impietate excogitata.
 Apud nos vero etiam ordo, si dicatur, secundum
 religiosas cogitationes in sancta Trinitate accipitur
 et primum ac prius...

Ut vero probata et expolita magis fiat ratiocina-
 tio, aliunde rursus incipientes de qualibet præ-
 dictarum vocum disseremus, quotupliciter ea di-
 catur et quomodo in sancta Trinitate accipiatur.
 Ac primo quidem de ordine.

D 5. Ordo igitur consideratur vel in substantiis
 vel in quantis ael in qualibus vel in relatis vel in
 iis quæ dicuntur agere aut pati vel ubi vel quando
 vel habere et haberi vel demum in his omnibus
 aut invicem. In omnibus, inquam, ut substantiis,
 quantum, quale, ad aliquid ad reliqua : nam sub-
 stantia ut subjecta cæteris omnibus simul intelli-
 gitur, deinde consideratur quantum, post hoc
 quale, postea relatum et reliqua. In substantiis
 vero ut Deus, mens, animæ, corpora. In
 quantis iisque continuis ut punctum, linea, su-

(36) F. 16, a marg. Περὶ τάξεως τεχνολογία

(x) Confer. Phot. De Spirit. sancti. mystagogia, cap. 62, 42.

perficies, corpora ; in discretis autem, et quidem in numero, ut unitas, binarium, ternarium ; eto., in sermone vero ut litteræ, syllabæ, nomina, verba, et oratio. In qualibus ut passio, affectio, habitus ; et in figuris, ut sunt circulus, triangulum, quadrangulum et cætera ; et in iis quæ qualitatum capacia sunt et secundum plus et minus considerantur, quale est minus album et magis album, et adhuc magis album et maxime album : et minus calidum et magis calidum, et adhuc calidius et maxime calidum, atque his similia ; unde et medicorum pueri alia medicamenta primi ordinis dicunt, alia secundi, alia tertii, imo et alia quarti. Ita pariter et in faciundo et patiendo : nam magis et minus ut et maxime et in his locum habet, sic etiam in loco, nam supra vel infra, ad dexteram vel ad sinistram, ante et post vel circum vel in medio ordinem quemdam habent. Sic et in tempore, heri, hodie, cras, prius, nunc et posterius, ad ordinem spectant. Item et in relatis ; sive enim prius et posterius, sive simul in ipsis invenitur, hæc quoque sunt ordinis. Eodem modo et in omnibus et universim in quolibet eorum, quæ singulariter et secundum se ipsa considerantur, non erit ordo ; ubi vero numerus quidam vel habitudo ad alterum percipitur, ibi et ordo est, sive res est naturæ corporeæ cognitioni subdita, sive ad rationem spectans, sive mathematicè considerata, sive etiam theologiæ conveniens. Verbi gratia : monas, quando secundum se ipsam consideratur, absque habitudine, et sola est atque supra ordinem, quando vero consideratur ad binarium et ternarium ac sequentes numeros, non simpliciter dicitur monas, sed et prima et numerorum principium. Sic pariter elementum, quale est terra, aqua et cætera, dum secundum se ita considerantur et dicuntur, relate vero ad mundum universum et ea quæ ex ipsis sunt, elementa et principia sunt. Viginti quatuor litteræ secundum se sunt litteræ, elementa vero ut initia syllabarum et eorum quæ sequuntur. Idem die die ; dies enim unus est secundum se, primus vero relate ad dies qui post ipsum sunt, unde fortasse Moses quoque primum diem secundum se considerans, tanquam nondum factis sequentibus diebus « unum » appellavit, cum vero et sequentes dies successerint, licet eum et primum dicere relate ad istos. Et non ignoro causas, propter quas dixerunt sancti unum esse et nominari diem illum, neque sciens eas repudio vel mihi proprias facere detrecto, imo et novi et tota mente amplector. Rursum Deus et unus et solus est ; sed quando consideratur relate ad mentem, animam et corpora, tunc et primus secundum ordinem ut omnium principium et est et dicitur. Verum etiam in divina natura numerus est trinitas supra numerum elevata, et in angelorum natura atque in natura hominis congruus numerus ; multi enim sunt angeli et multi homines ; tunc et ordo in his consideratur, verum

(37) ἢ γῆ, al. ἡ γῆ.

Α διωρισμένοις, ἐν ἀριθμῶ μὲν ὡς μονάς, δυάς, τριάς, τετράς καὶ ἐξῆς, ἐν λόγῳ δὲ ὡς στοιχεῖα, συλλαβαί, ὀνόματα, ῥήματα καὶ λόγος· ἐν ποιοῖς δὲ ὡς πάθος, διάθεσις, ἐξίς· καὶ ἐν τοῖς σχήμασιν, ὡς κύκλος, τρίγωνον, τετράγωνον, καὶ ἐξῆς· καὶ ἐν τοῖς τῶν ποιότητων δεκτικοῖς κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον θεωρουμένοις, οἷόν ἐστι τὸ ἧττον λευκὸν καὶ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἔτι λευκότερον καὶ τὸ μάλιστα, καὶ τὸ ἧττον θερμὸν καὶ τὸ μᾶλλον, καὶ τὸ ἔτι θερμότερον καὶ τὸ μάλιστα, καὶ τὰ τοιαῦτα. Ὅθεν καὶ ἱατρῶν παῖδες τὰ μὲν πρώτης τάξεώς φασὶ τῶν φαρμάκων, τὰ δὲ δευτέρας, τὰ δὲ τρίτης, ἄλλα δὲ τετάρτης. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν τῷ ποιεῖν καὶ πάσχειν· τὸ μᾶλλον γὰρ καὶ τὸ ἧττον καὶ ἐν τούτοις καὶ τὸ μάλιστα. Ἀλλὰ καὶ ἐν τόπῳ· τὸ γὰρ ἄνω ἢ κάτω ἢ δεξιῶ ἢ ἀριστερῶ, ἢ ἔμπροσθεν ἢ ὀπίσθεν ἢ πᾶρτις ἢ ἐν τῷ μέσῳ τάξιν ἔχει τινά. Καὶ ἐν χρόνῳ, τὸ χθὲς καὶ τὸ σήμερον καὶ τὸ αὔριον καὶ τὸ πρότερον καὶ τὸ νῦν καὶ τὸ ὕστερον τάξεως. Ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πρὸς τι· εἴτε γὰρ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον, εἴτε καὶ τὸ ἅμα ἐν αὐτοῖς, καὶ τὰς τάξιν. Ὡσαύτως καὶ ἐπὶ πάντων. Καὶ ἀπλῶς ἐφ' ἑκάστου μὲν τῶν μοναδικῶς καὶ καθ' ἑαυτὴ θεωρουμένων οὐκ ἂν εἴη τάξις· ἐνθα δὲ ἀριθμὸς τίς ἐστι θεωρούμενος ἢ σχέσις πρὸς ἕτερον, ἐκεῖ καὶ ἡ τάξις ἐστίν, εἴτε φυσιολογούμενον ἐστίν εἴτε λογικότερον, εἴτε μαθηματικῶς θεωρούμενον, εἴτε καὶ θεολογούμενον· οἷόν τι λέγω. Ἡ μονάς, ὅταν θεωρῆται καθ' ἑαυτὴν, ἀσχετὸς τὴν ἐστὶ καὶ μόνη καὶ ὑπὲρ τάξιν· ὅταν δὲ πρὸς δυάδα καὶ τριάδα καὶ τοὺς ἐξῆς ἀριθμοὺς, οὐχ ἀπλῶς λέγεται μονάς, ἀλλὰ καὶ πρώτη καὶ ἀρχὴ ἀριθμῶν. Τὸ στοιχεῖον ὡσαύτως· οἷον ἡ γῆ (37), τὸ ὕδωρ, καὶ τὰ λοιπὰ, καθ' ἑαυτὰ οὕτω θεωρούμενα καὶ λεγόμενα, πρὸς δὲ τὸν ὅλον κόσμον καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν στοιχεῖα τε καὶ ἀρχαί· τὰ κδ'· γράμματα γράμματα μὲν καθ' ἑαυτὰ, στοιχεῖα δὲ ὡς ἀρχαὶ τῶν συλλαβῶν καὶ λοιπῶν τῶν ἐφεξῆς. Ἡ ἡμέρα ὁμοίως· καὶ γὰρ καὶ αὕτη μία μὲν καθ' ἑαυτὴν, πρώτη δὲ ὡς πρὸς τὰς μεθ' ἑαυτὴν. Ὅσον ἴσως καὶ ὁ Μωϋσῆς, τὴν πρώτην ἡμέραν καθ' ἑαυτὴν θεωρῶν, ὡς μήπω τῶν ἐξῆς ἡμερῶν γενομένων, μίαν ὠνόμασεν· ἐπακολουθησασῶν δὲ καὶ τῶν ἐξῆς, ἐστὶν αὕτην καὶ πρώτην εἰπεῖν πρὸς αὐτάς· καὶ οὐκ ἄγνοῶ γε οὐδὲ τὰς αἰτίας, δι' ἧς εἶπον οἱ ἅγιοι μίαν εἶναι ἐκείνην (καὶ) κληθῆναι, οὕτως μὲν εἰδῶς αὐτὰς ἀποπροσποιοῦμαι, ἀλλὰ καὶ οἶδα καὶ ὑπεραποδέχομαι. Ἡλίην ὁ Θεὸς εἰς τε καὶ μόνος· ἀλλ' ὅταν πρὸς νοῦν καὶ ψυχὴν καὶ σώματα θεωρῆται, τότε καὶ πρῶτος κατὰ τάξιν ὡς ἀρχὴ πάντων ἐστὶ τε καὶ λέγεται. Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ θεῖᾳ φύσει ἀριθμὸς ἢ ὑπεράριθμος τριάς, καὶ ἐν τῇ τοῦ ἀγγέλου φύσει καὶ ἐν τῇ τοῦ ἀνθρώπου ὁ κατάλληλος ἀριθμὸς· πολλοὶ γὰρ ἄγγελοι καὶ πολλοὶ ἄνθρωποι· τότε καὶ τάξις τούτοις ἐνθεωρεῖται, ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ κατὰ τινὰς ἰδιότητας· καὶ ὁ μὲν οἷον ἀρχὴ τις ἐστίν, ὁ δὲ ἕτερον ἔχει τάξιν. Οὕτως ἀρχῶν τις ἐν ἀγγέλοις καὶ ἀρχαγγέλοις καὶ γηγε-

νάρχης ἐν τοῖς ἀνθρώποις Ἀδάμ· καὶ ἐν τῇ Τριάδι τοῖνυν ἀρχὴ ὁ Πατήρ. Ἀλλὰ μοι, ὅτι πολλοὶ ἄγγελοι καὶ πολλοὶ ἄνθρωποι, μὴ σύναγε ὅτι καὶ πολλοὶ θεοί. Ἄπαγε τῆς Ἑλληνικῆς μωρολογίας! ἄλλ' ὅτι καὶ ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Ἡνεύματι τάξις ἐστίν, ἀλλὰ πάσης τάξεως ἀνωτέρα. Ὡς γὰρ ἡ φύσις ὑπέγκαιται τῶν φύσεων ἀπασῶν (ὑπὲρ φύσιν γὰρ καὶ ὑπερουχία). οὕτω καὶ ἡ τάξις τῶν τάξεων ἀπασῶν (ὑπὲρ τάξιν γὰρ καὶ ὑπερταγής) (38) καὶ ἀρχὴ ὁ Πατήρ ὑπεράρχιος. Μηδ' ὅτι πάλιν ὁ Ἀδάμ γηγενάρχης ἐν τοῖς ἀνθρώποις καὶ ὁ ἀρχιστράτηγος Μιχαὴλ ἀγγελάρχης, ἴν' οὕτως εἰπω, ἐν τοῖς ἀγγέλοις, συμπεραίνει πατέρα τινὰ καὶ γεννήτορα τῆς τῶν ἀγγέλων πληθῆος τὸν ἀρχάγγελον, ὡς τῆς τῶν ἀνθρώπων ἐφημεν τὸν Ἀδάμ ἢ τοὺς ἐκ τοῦ Ἀδάμ. Καίτοι ὡς ἐπὶ τῆς γῆς πατριὰ, οὕτως καὶ ἐν οὐρανοῖς, ἀλλ' ἐκατέρω φύσει κατάλληλος ἡ πατριὰ καὶ τῆ φύσει προσήκουσα. Ἔστι τοῖνυν τάξις τις καὶ ἐπὶ τῆς Τριάδος· ἀλλ' οὐ φύσεως διαίρεσιν περιεσίουσα (μία γὰρ ἡ φύσις καὶ ἀπαράλλακτος τοῖς τρισίν) οὐδὲ τοπικὴν θέσιν (ἀπερίγραπτος γὰρ ἡ Τριάς καὶ ὑπὲρ πάντα τόπον) οὐδὲ χρονικῆς κινήσεως ἢ ἄλλου τινὸς ἔμφασιν (39) τῶν ἐν τοῖς μετὰ θεὸν θεωρουμένων (καὶ αἰῶνες γὰρ καὶ χρόνοι μετὰ θεόν), ἀλλὰ κατὰ τὰς τῶν ἰδιοτήτων ἐκάστης θεαρχικῆς ὑποστάσεως διαφορὰς καὶ ὅτι ἀναρχος (μὲν ὁ Πατήρ καὶ ἀρχὴ τοῦ Υἱοῦ, ἀρχὴ, ἀρχὴ δὲ ὁ Υἱὸς καὶ οὐκ ἀναρχος κατὰ γὰρ τὸ ἔχειν τὸν Πατέρα ἀρχὴν, ἐπεὶ κατὰ χρόνον ἀναρχος καὶ αὐτὸς, τὸ δὲ Ἡνεῦμα καὶ ἀρχὴ καὶ αὐτὸ μετὰ τῆς ἀρχῆς (40)· ἀρχὴ γὰρ καὶ ἀρχὴ καὶ ἀρχὴ, ἀλλ' οὐ τρεῖς ἀρχαί, ἀλλὰ μία καὶ οὕτως ἀρχὴ, εἰς μίαν ἀρχὴν ἀναφερομένων τοῦ τε Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος διὰ τοῦ Υἱοῦ· οὕτω καὶ θεὸς καὶ θεὸς καὶ θεός, ἀλλ' οὐ τρεῖς θεοί, ἀλλ' εἷς θεός. Ἐἰ δ' οὖν τάξις ἐστὶ καὶ ἐν τῇ Τριάδι, καθὼς καὶ οἱ ἄγιοι εἶπον, τάξις δὲ τὸ πρῶτον καὶ τὸ πρότερον ἢ δεύτερον καὶ τὸ ἅμα (ἐν οἷς γὰρ αὐτῆ καὶ τούτων τι (41), ἀνάγνη καὶ τῆς Τριάδος ἢ τὸ ἅμα θεωρεῖσθαι ἢ τὸ πρῶτον καὶ τὸ πρότερον καὶ τὸ δεύτερον ἢ ἀμφοτέρω (42).

Filius tum per Filium Spiritus sanctus. Sic et Deus et Deus, sed non tres dii, verum unus Deus. Si itaque ordo est etiam in Trinitate, sicut et sancti affirmarunt, ordo vero est primum ac prius vel secundum et simul (in quibus enim ordo, et horum quidquam est), nec esse est etiam in Trinitate vel simul considerari vel primum et prius atque secundum vel utrumque...

Hisce late tractatis finem imponit auctor dialogo f. 18 a. Cod. Vaticani.

ΛΑΤ. Ἔστω καὶ ταῦτα, καθά σοι δοκεῖ καὶ ἐχέτω πῆρας ὡδὶ ἡ παροῦσα διάλεξις.

LAT. Sint et hæc, ut tibi videtur, et habeat hic finem præsens disputatio.

(38) Vide Chrys. in Genes. xiv, 2 apud Constant. Melit. orat. 1, c. 33 (Gr. Orth. t. II, p. 724).

(39) Schedæ, quas ex viri docti Romæ morantis benevolentia accepimus et quibus solis in his dialogi 2 fragmentis nitimur, lectionem hic dubium relinquunt.

(40) Hisce vocibus utitur Gregorius Nazianzenus

In or. habita coram Patribus secundi Concilii orat. 32, p. 520, ed. Bill.

(41) Apogr. habet: ἐν οἷς γὰρ ταῦτα ἢ τούτων τι ἀνάγκη.

(42) Cod. f. 17, a. Nota marg.: Περὶ πρώτου, προτέρου, δευτέρου, ἅμα καὶ τῶν λοιπῶν.

ἡ Πατριὰ hic non est genus, gens, origo, sed paternitas, ut Ephes. III, 15, ad quem textum alluditur.

ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

DIALOGUS TERTIUS.

GR. Adhuc hoc initium et rursum ponimus dis-
ceptationis, quam vobiscum habemus de Spiritu
sancto, quomodo non sit absurdum dicere eum non
ex Patre solo, verum etiam ex Filio procedere. Et-
enim necesse est ut vel ex essentia Patris sit pro-
cedens vel ex proprietate. Atqui si quidem ex es-
sentia, cum essentia communis sit atque eadem
Patris et Filii et Spiritus sancti, non ex Patre et
Filio tantum procederet Spiritus, verum etiam ex
se ipso quoque, quod esse nequit. Si vero ex pro-
prietate, cum proprietas non sit essentia, sed circa es-
sentiam, quomodo id quod secundum se est videlicet
Spiritus, erit procedens ex eo, quod non secundum
se est, sed circa aliud, hoc est ex proprietate?
Itaque vel nullo prorsus modo est procedens, vel
si procedens est, dum ex Patre et ex Filio procedit,
etiam ex se ipso procedens erit, quod nunquam
fieri potest.

LAT. Hæc ratiocinatio ostendit, non quod proce-
πέτραν, καὶ πύροδον ἐν αὐτῇ ποιήσας τοῦ ποταμοῦ, ἐξ ἐκείνου μέχρι καὶ τοῦ νυν παροδείων ὄραται χωνεόμενος. *Invidentiā contubescens propter mira quæ fiebant in templo militiarum principis Michaelis viri gentilium religioni addicti, proxime fluentem fluvium in templum ipsum convertere sibi proposuerunt, ut et templum submergerent et virum in eo commorantem venerandum Archippum perderent. Verum tantummodo apprensus divinus hic militiarum dux, et ut bono esset animo Archippo imperans, pulsat baculo saxum, et transitum in eo aperiens fluvii fecit, ut exinde ad hoc usque tempus fluvius veluti per infundibulum infusus prætergreteretur.* Et legitur de hac re proluxa narratio de quinta Septembris apud Lipomanum, quam in manuscriptis codicibus ab Archippo etiam ipso scriptam invenies. Sed elegantior atque accuratior est omnibus Sisinnii patriarchæ Constantinopolitani, qui et fluminum nomina, et singularia reliqua commemorat, oratio (f). Quare referam illius verba adhuc inedita. Postquam enim Archippi mores, et loco pellere conabantur, ne idolorum cultus, ob tot archangeli Michaelis erga genus humanum atque ejusdem necessitates subsidia, minueretur, Christi accresceret, tandemque fluminis Chrysæ in templum corrivationem, et illius divisionem, et intactum ab illuvie sanctuarium recensuisset, subdit: Συμμορῶν γὰρ οἱ τῆς τῶν εἰδώλων θρησκείας ὡσεὶ πεντακισχιλίων ἀνδρῶν συναρχοῦντες, ἐν τῇ Λαοδικείᾳ γενόμενοι, συμβούλιον ἐπὶ ὀλίθῳ τῆς ἐκκενῆς κακοτέχνης ψυχῆς τίθενται, ὅπως τοὺς ἐξ ἑφῶς ἐκείνου δύο ποταμοὺς κατείνοντας, καὶ οὐ πολὺ τοῦ εὐκτηρίου διαίχοντας, ὧν τὸν μὲν Κοῦφον, τὸν δὲ Λυκόκαπρον προστηγρόρευον, ἀλλήλους τε κατὰ τὴν τοῦ ὄρους κορυφῆν συνεισβάλλονται, καὶ μέχρι τῶν τῆς Λυκίας ἕρως, διαίχοντας, κατὰ τοῦ θείου τεμένου ἐκείνου καὶ ἀγιάσματος ἐπαφίθωσι. μὴ πολλοῦ πόνου δεήσειν αὐτοῖς λέγοντες εἰς τὴν τοῦ τόπου κατάκλιψιν, τῶν ποταμῶν ὑψόθεν κατερχομένων, καὶ κατὰ πρηνοὺς φερομένων οὐκ ἔσται γὰρ οὐδὲν τὸ τὴν φορὰν ἐρέξον αὐτῶν, πρὸς τὸ μὴ πάντα βραδίως ἐπικλυσθῆναι τῷ ὕδατι. Καὶ δὲ ἀπὸ τῆς ἀκρωρείας ἀρξάμενοι, ἔνθα οἱ ποταμοὶ συνέρχονται, βαθεῖαν διώρυγα πεποιθήσασιν, ἵν' ἐν ταύτῃ τὸ ὕδωρ καθελκύσασιν, καὶ οὕτω τὸ ἀγίασμα τοῦ Θεοῦ ἐπικλύσῃσι. Ἀνατομωσάντων δὲ τὰς τῶν ὄρων διεξόδους, τὸ ὕδωρ, ὅτι μάλιστα πλεῖον συρρέουσιν, τὰς τῶν ὄρων πεπληρωκε φάραγγας καὶ ἰδοὺ τὸ ὕδωρ, βαθαὶ τοῦ θαύματος! περιστρεφόμενον τε καὶ ἐλισσόμενον, ἤχη τε πολλῶν καὶ βραδείως φερόμενον, τῷ τόπῳ οὐ εἰστίθει ὁ ἀρχιστράτηγος προσεπέλασε μὲν, τῷ δὲ αὐτοῦ νεύματι (g) ἐπιτιμηθὲν, θάπτον ἢ λόγος ἀνεχαίτισθη, καὶ ἐπὶ πολὺ μετεωρισθὲν, τρόμῳ οἴοντι πως δεδιτόμενον, ὡς ἀπ' ὑψοῦς τινὸς ἀπτήρητο. Καὶ τῆνικαῦτα ὁ ἀρχιστράτηγος τὸ παράδοξον ἐκείνο καὶ λόγου κρείττον ἐνεδείξατο θαύμα βράδου γὰρ πληγῆ καὶ μόνῃ προσπέλασε τὴν τῶν ποταμῶν ὑδάτων πλημμύραν κατὰ τῆς ἕδη ἀποβραχίτης πέτρας καὶ δίχην οὕτως χιονεῖας προύτρεψατο εἰς αἰετὰ μεταφέρεσθαι· αὐτίκα δὲ τῶν ὑδάτων ἐν τῇ πάλαι χωνεῖα καταβράχυντων, καὶ πάτης ἐνετύθει τῆς περιχώρου κατασεισθεῖσας, καὶ ὡς εἰκὸς πάντων καταπλαγέντων τῶν ἐν αὐτῇ, ὁ ἀρχιστράτηγος σφραγίδα τῷ χάσματι ἐπέθηκε, καὶ τὰ ἐξῆς.

Verba tamen altius consideranda sunt, eoque potissimum cum dicat, τῶν ὑδάτων ἐν τῇ πάλαι χωνεῖα καταβράχυντων, aquis in antiquo infundibulo immersis atque delapsis. An in novam et a se factam terræ scissuram, vel potius veterem, copiam illam aquarum exoneravit? Et scissuras veteres fuisse, habeo ex Herodoto in *Polymnia* (vn, 30), qui refert Lycum (Sisinnio Lycocaprum) apud Colossas fluvium in hiatus terræ immersum, postmodum exsiliens in Meandrum demergi. Xerxes ἀπίκιστο ἐς Κολοσσάς· πόλιν μεγάλην Φρυγίας, ἐν τῇ Λύκος ἐς χάσμα γῆς ἐσβάλλον ἀπηνίχεται· ἔπειτα διὰ σταδίων ὡς μάλιστα πῆ πέντε ἀναφινόμενος, ἐκδιδοὶ καὶ οὕτως εἰς τὸν Μαίανδρον. *Pervenit Colossas magnam Phrygiæ urbem, ubi Lycus amnis hiatus terræ subiens occultur, deinde fere quinque post stadia emergens, illabitur ipse in Meandrum.* Maximus Tyrius (Diss. viii, 8) Meandrum quoque et Marsyam antequam Cælnas perveniant, terræ hiatus occultari rursusque emergere, oculatus ipse testis enuntiat, Φρύγες οἱ περὶ τὰς Κελαινὰς νεμόμενοι τιμῶσι ποταμοὺς δύο, Μαρσύαν καὶ Μαίανδρον· εἶδον τοὺς ποταμοὺς· Ἀφίησιν αὐτοὺς πηγῇ μία, ἣ προσελθοῦσα ἐπὶ τὸ ὄρος ἀφανίζεται κατὰ νότον τῆς πόλεως, καὶ οὕτως ἐκδιδοὶ ἐκ τοῦ ἄστερος διελοῦσα τοῖς ποταμοῖς καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὰ ὄνματα ὁ μὲν ἐπὶ Λυδίᾳ βεῖ ὁ Μαίανδρος, ὁ δὲ αὐτοῦ περὶ τὰ πεδία ἀναλίσκεται. Θύουσι Φρύγες τοὺς ποταμοὺς, οἱ μὲν ἀμφοτέροις, οἱ δὲ τῷ Μαίανδρῳ, οἱ δὲ τῷ Μαρσύᾳ καὶ ἐμβάλλουσι τὰ μέρη εἰς τὰς πηγὰς, ἐπιφθίμιστατες τοῦνομα τοῦ ποταμοῦ, ἔποτρυν ἔθουσιν ἀπανεχθέντα δὲ ἐπὶ τὸ ὄρος, καὶ ὑποδύντα τῷ ὕδατι, οὗτ' ἂν ἐπὶ τὸν Μαρσύαν ἐκδοθεῖν τὰ τοῦ Μαίανδρου, οὐδ' ἐπὶ τὸν Μαίανδρον τὰ τοῦ Μαρσύου· εἰ δ' ἀμφοῖν εἴη, διαίρουσιν τὸ ὕδωρ. *Qui Cælnas accolunt Phryges fluvios duos Marsyam colunt Meandrumque, quorum ipse spectator sui. Duo hi fluvii e fonte oriuntur uno, qui cum ad montem processit usque, ad posteriorem urbis partem, se subducit; rursusque ex urbe oritur, simulque aquam distinguit fluvii et nomen. Atque ex iis quidem Lydium Meander petit, alter ibidem in campis finitur ac consumitur. His fluvii rem divinam Phryges faciunt: alii utrique simul, scorsum vero alii Meandro, Marsyæ. Femora victimæ quæ maclatur, in fontes, addito alterutrius cui maclatur fluvii nomine, projiciuntur. Quæ a fluvio ad montem deferuntur usque, ubi sub aquam demerguntur: nec unquam fit, ut quæ Meandro facta sunt, Marsyam pelant, aut quæ Marsyæ Meandrum. Nam si utriusque sint, dividunt victimam.* Et Marsyam in Lycum postmodum degenerare, habeo ex Q. Curtii libro III, 4: *Cæterum quamdiu intra muros fluit, nomen suum retinet. At cum extra munimenta se voluit, majorem vi ac mole agentem undas, Lycam appellant.* Hinc colligo Lycum qui et Marsyas, sæpius in terræ viscera penetrare, rur-

(f) Sisinnii patriarchæ scripta multa mihi occurrant in codicibus Vat. A. M.

(g) Allatus scribit βέματι. Verum tamen νεύματι: aut βέματι scribendum putabam. A. M.

susque inde exortum per apertos campos exspatiari, quod mirum haud videbitur, si soli illius natura consideretur. Quare de alio flumine Cadmo, iisdem atque Lycus fontibus exsiliante, scribit Strabo lib. x (p. 578): Ὑπέρκειται δὲ τῆς Λαοδικίας ὄρος Κάδμος, ἐξ οὗ καὶ ὁ Λύκος βεῖ, καὶ ἄλλος ὁμώνυμος τῶν ὄρει τὸ πλεόν δεῦρος ὑπὸ γῆς βυεῖς, εἰς ἀνακτύχας συνίπτεσεν εἰς ταυτὸ τοῖς ἄλλοις ποταμοῖς, ἐμπαίλων ἅμα τὸ πολύρητον τῆς χώρας, καὶ τὸ εὐστατον· εἰ γὰρ τις ἄλλη, καὶ ἡ Λαοδικία εὐστατος, καὶ τῆς πλησιοχώρου. (Καὶ μετ' ὀλίγα.) Σχεδὸν δὲ τι εὐστατός ἐστι καὶ πᾶσα ἡ περὶ τὸν Μαλιανδρὸν χώρα καὶ ὑπόνομος περὶ τε καὶ ὑπὲρ μέγχι τῆς μετογαίας. *Supra Laodiccam situs est mons Cadmus, e quo Lycus defluit, itemque alius monti cognominis, qui cum haud exiguo spatio terram subiens, rursusque emergens, reliquis misceatur fluminibus, simul et multis foraminibus perviam demonstrat esse regionem, et obnoxiam terræ motibus, et viciniam item. Et mox. Fere autem tota ad Mæandrum regio facile terræmotibus concutitur, et cuniculos habet igne et aqua plenos usque ad Mediterranea.* Sed quidquid sit de hoc, ante quam alio oratio procedat, invisamus veneremurque templum ipsum Michaelis munificentissimum, quod Nicetas nobis conterraneus, lib. vi, in quo de Manuele imperatore, paucis repræsentat: καὶ τὸν ἀρχαγγελικὸν ναὸν εἰσιὼν μεγέθει μέγιστον, καὶ κάλλει κάλλιστον ὄντα, καὶ θαυμαστὰς χειρὸς ἅπαντα ἔργον. *Et ædem archangeli magnitudine maximam, pulchritudine pulcherrimam, et admirabilis omnino artificii opus, ingressus.*

Ex his itaque Chonis natus Choniatas Nicetas, novennis a patre ad Michaelē matu majorem Byzantium mittitur, litteris aliisque disciplinis instruendus, quod tanta cura, studio et labore a fratre perfectum est, ut quemadmodum successu temporis Michael in Athenarum præsidem, ita Nicetas inter primariæ auctoritatis viros in aulam exceptus, in scribarum imperialium numerum sub Manuele Comneno allectus sit, et virtutum ac doctrinarum fama inter primos illius ævi inclauerit. Postmodum Andronici tyrannidem fugiens, juris civilis studio sese dedit, atque adeo profecit, ut quadricennio post, Andronico misere enecto, sub Isaacio Angelo Byzantium reversus ad majores honorum gradus evectus sit: quibus ad excisum a Francis Byzantium integre perfungitur. Namque in Thraciam mittitur, ut ibi arcibus reficiendis, civitatibusque communiendis præesset, atque adeo militarium ordinum delectus haberet. Sic etiam in provincias et municipia ab aliis imperatoribus missus, rerum summæ præfuit. Quos honores et magistratus, ut Michael Choniatas illius frater scribit, continua imperatorum successio integros illibatosque, nec uquam interruptos conservavit: imo qui subsequerentur, præcedentibus erga illum benevolentia anteire quasi contententes, ad pristinos illius honores aliquid insuper adjiciebant, viri nimirum virtute obstupentes, tantumque ex imperio suo imminui existimantes, quantum de honoribus illius imminueretur. Uxorem habuit ex illustri Belissariotarum progenie, cujus nomen, quemadmodum et patris, et an ex ea suscepit liberos Choniatas, incommode tacuit Michael Choniatas, cum Michaelis et Joannis Belissariotarum fratrum laudes adeo ampliter commemoraverit. Verum Byzantii clade afflictis Græcorum rebus, et illius ædibus pulcherrimis atque amplissimis in Sporacio sitis incendio absumptis, licet ad illius habitaculum porticibus obsitum, ideoque obscurum et aditu difficile, ex quo tamen opportunus erat ad proximum templum maximum accessus, confluerent, cum ab aggressionē militum, qui nihil investigatum relinquebant, sese defendere non valerent, ope cujusdam Veneti, cui victum tutumque receptum ipse suppeditabat, armis et militari habitu pro mercatorio sumptis, prædatores aliquandiu fortiter ædium ingressu depulsi sunt, dum se commilitonem eorum, et ædes illas præoccupasse simulat, colloquiturque cum illis patria lingua, quæ res postulabat. Sed cum, illis catervatim irruentibus, et inhumanis atque efferatis ingeniis, resistere non posset, tandem Nicetæ auctor fuit inde discedendi, ne capti in vincula ipsi conciderentur, mulieres ad supra et libidines raperentur. Veneto itaque duce, et ut prædam suam comitante, tristes et male vestiti ad ædes, ubi noti illis Veneti habitabant, ducebantur. Verum ubi ad partem urbis Francis adsignatam pervenere, a famulis inhumaniter deserti, liberis qui nondum progredi poterant humeris impositis, per medios vicos incedere coguntur, tandemque postquam dies quinque in urbe commorati fuerant, discessere. Calamitatem augebat dies aspera, et uxor Nicetæ partui vicina: et ut omnia perquirentium militum crudelitatem atque libidinem effugerent, quicumque tum in unum convenerant mulieres in medium agmen recipiunt, et adolescentulas faciem cæno illinere, atque ita genarum ruborem extinguere jubent. Ut ad inclyti martyris Mocii templum vere, insolens ac nefarius quidem miles puellam formosam, judicis cujusdam filiam, e medio eorum tanquam lupus agnam abripuit. Consternatis spectaculo cæteris, puellæ pater senio et morbo afflictus, et in cœnum prolapsus, crebro Nicetam orare, ut pro virili ad puellam recuperandam sibi esset adjumento. Ille, vestigia raptoris persequens, vim factam non sine lacrymis proclamans, et gestibus opem prætereuntium militum implorans, quosdam etiam manibus prehensens, eorum animos ita flexit, ut impudentis illius domum perducere passi sint: quo cum ventum esset, licet raptor reluctaretur, et in foribus stans vim facturos repelleret, verbis tamen Nicetæ persuasi, puellam minis ab impudico illo extorquent, et patri restituunt. Sic urbe excedunt Nicetas una et comites, præstante patriarcha sine baculo, sine calceis, una tunicula induto. Urbe egressi, Selybriamque profecti, pedem sistant familia inviolata. Sed cum horrido oblectaret pane vitam, et pannis et inopia nimis miser, qui copia rerum antea et splendore dignitatum celebris fuerat, ad Ascanium lacum et Bithyniæ metropolim Nicetæam, tanquam captivus cum reliquis inquilinum egit, sibi vivens et saluti animæ providens. Voluerunt itaque Græci illi, qui tum Nicetæ habitabant, et eorum imperator, in alios adeo effusi, tan-

tum virum suarum opum esse indigentem, ut ipse existimo, quod suspicarentur eundem, et reliquos patres conscriptos urbis excidiit causam fuisse, de quorum sane iniquis iudiciis exstat apud eundem in fine historiae querela gravissima. Sic ille sibi redditus, et publicis curis exemptus, scriptioni animum pacatum, ut ut tamen poterat, addixit. Puellæ servatæ facinus Michael ejus frater, ut fratri gratificaretur, magnificentiorem et generosiorum in modum extulit; qui non supplicationibus et lacrymis et aliorum auxiliis, sed propria Nicetæ virtute et robore rem peractam fuisse narrat. Scribit enim, quod cum jam puellæ stuprum illaturus esset barbarus, ille sine ulla mora in hostem irruens armatus, et uxorem legitimam esse clamitans, atque adeo acerbissimis afflicti modis quiritans, et adulterii crimine avertens, ambarum tenacitate manuum prehensam, pancratice cum hoste colluctatus, cujus animum amore ebrium libido efferaverat, ad se retraxerit; nec prius conquieverit, quam a violenti hostis manibus ereptam virginem et illasam sine ullius cæde, patri restituerit. Quæ tamen in Michaele tolerari, oratore agente, poterant: at in Athenarum præside et viro ecclesiastico quis ferat, Nicetam in eo facinore Abrahamo, Isaaco, Davidi, Danieli, Levi et Simeoni præferri, et quod pejus est, Christo ipsi comparem fieri?

Plurima scripsit. Ad nos pervenere *dogmatica* illius *Panoplia*. Opus equidem singulare, eruditione, doctrina, fide, pietateque, et rebus aliis instructissimum, si quæ ille ex schismate immiscuit atque concinnavit demas. Illis siquidem pulcherrimum alias opus veluti maculis et nævis contaminat: cum multa ibi ex Photii, Nicolai Methonensis, Nicetæ Stehpati, Joannis Hierosolymitani, Joannis Phurnes, Euthymii Zygabeni, Theodori Smyrnæi, et aliorum cænoso penu, de processione Spiritus sancti, azymis, et aliis congerat. Priores tamen libri tali luto minime obducti, et ob gravitatem materiæ, et solidam hæresum refutationem, necnon earum auctorum non adeo cognitæ historias, et sanctorum Patrum testimonia, digni sunt qui a catholico homine volvantur revolvanturque. Exemplar a Niceta descriptum, post Nicetæ obitum, ut narrat Petrus Morellus, ad Michaelem Choniatam Atheniensium præsulem hæreditario jure transiit: quo item mortuo, in manus Theodori Scutariotæ levitæ Cyziceni venit: Cyzicoque a Turcis vastata, in frequentissima montis Athonis monasteria deportatur, atque inde tandem Lutetiam advectum, venaleque expositum, cum propter sui deformitatem emptores non nancisceretur, Joannes a sancto Andrea redemptum a se, Morello evolvendum mittit, a quo epigraphe deprehensa, et non carbonibus, sed thesauro in paginis illi situ et squalore ita obductis, ut nisi post multas vigiliis legi potuerit reperto, non universa operis moles, sed quinque tantum libri priores in linguam Latinam versi, Latine solummodo eduntur, Parisiis in-8, anno 1580. Reliqui in suo squalore relictis ubinam modo lateant, scripserint alii (h). Addit Morellus: *Mox se index quoque aperit, seu elenchus, quo summam librorum Thesauri capita notantur, a Niceta ipso et compositus et scriptus, quemadmodum et libri omnes hujus operis, exceptis duobus ultimis, qui a Theodoro Scutariota scripti sunt, qui monodium quoque Michaelis scripsisse videtur. Theodori ἀπογράφου esse, ex appendice ad indicem libri XXV colligo. Et, ut ex verbis pauculis Scutariotæ, indici Nicetæ aeditis videre est, qui appendicem illam, quæ antea desiderabatur, in fine vicesimi quinti libri alicubi repertam se attexuisse affirmat.* In codice Vaticano titulus ita se habet. Νικήτα τοῦ Χωνιάτου, τοῦ καὶ γεγονότος ἐπὶ τῶν κρίσεως καὶ φόρου, ἔπειτα δὲ καὶ λογοθέτου τῶν σεκρήτων δογματικῆ Πανοπλία, ἤτοι συλλογὴ τῶν ὄλων σχεδὸν δοξῶν, καὶ ἱστορίᾳ τῶν ἀποτεκόντων τούτων ἀνδρῶν, ἔτι δὲ ἀντιῥήσεις ἐπ' ἐνίαις τούτων, καὶ μάλιστα τῶν παλαιότερων, καὶ ἕτερα ἅτινα. Ρ. Θεῶ καὶ θεοφιλέσιν ἀνδράσι: τίς ἂν ἀξία προσεργωγῆ γένοιτο; In bibliotheca Bavarica ex eodem opere asservantur. cod. 119: *Nicetæ Choniatæ de Armeniorum hæresi tomus decimus septimus. Ejusdem decimus octavus contra Paulicianos, et decimus nonus contra Bogomilos, et vigesimus contra Saracenos. Modus recipiendi illos, qui a Saracenis ad Christiana sacra transierunt.*

Neque hoc thesauro minus illustris est ejusdem *historia*, quam auspiciatus, ut tradit in principio ab iis rebus, quæ post Alexii, primi ex Comnena familia imperatoris, obitum acciderunt, ultra quæ superioris ætatis historici non sunt progressi Joannes Zonaras, Constantinus Manasses, Georgius Cedrenus, Joannis imperatoris vitam, qui Alexio successit, breviter perstringit: nec earum commemorationi diutius immoratur, quas ille non viderat, sed ab iis accepit, qui eas viderunt, eumque in expeditionibus comitati sunt: subsecula vero reliqua uberius tractat. Ἐν κεραιαῖσι δ' ἐπιτομαῖς τὰ κατὰ τὸν αὐτοκράτορα Ἰωάννην τὸ ἱστορεῖν διεγρήσεται, ὅς Ἀλεξίῳ διάδοχος γένηται τῆς ἀρχῆς οὐδ' ἐμβραδυνεῖ ταῖς κατ' αὐτὸν ἀπηγγέσειν, ὡς περ ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἐργάσεται λόγοις, οἳ καὶ ἡμῶν μὴ τὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπὶ τῷδε παρελημμένα συγγραφομένων κἀντεῦθεν μὴδ' ἀποτάδην ἐχόντων ταῦτα διεξιέναι, ἀλλ' ἀπερ εἰς ἀκοὴν αὐτοῦ εἰληφάμεν ἐκ τῶν ὄσσοι τῶν καθ' ἡμᾶς τὸν βασιλεῖα τουτονὶ ἰθεύσαντο, καὶ συνωμάρτου ἐκείνῳ πρὸς ἐναντίους χωροῦντι: καὶ τὰς μάχας συνετολύπευσον, *Ac Joannis imperatoris vitam, qui successit Alexio, breviter perstringemus; neque earum rerum commemorationi diutius immora-*

(h) De Nicetæ Panoplia ejusque codicibus, plena nos locuti sumus in *Spicilegio Rom.* t. IV, p. 398, rursusque p. 498; in eoque tomo capitula præcipua Græce edidimus ex illis quæ Morellius luce non donaverat. Rursus in hac *Bibliotheca Patrum*, t. IV, capitula de Manichæis et de Mohamedanis Græce Latineque exposuimus. Porro etiam duas syno-

dos, et secundam Theoriani cum Armeniis disputationem, etsi Panoplia Nicetæ continerentur, non item, sed melioribus aliis usi codicibus, ante hos annos in quarto sextoque Scriptorum vet. tomo, et in decimo Spicilegii Græce ac Latine exstare voluimus. A. M.

bimur, quas ipse non vidimus, sed ab aliis accepimus, qui eum viderant, et in expeditiones comitati sunt. In ceteris autem uberius tractabimus omnia. Idem institutum secutus est et Joannes Cinnamus, qui res gestas Joannis et Emmanuelis historia prosecutus est. Εἰρήσεται δὲ μοι τὰ μὲν τοῦ Ἰωάννου κατ' ἐκτομὴν, καὶ ὡσπερ ἐν κεφαλαίῳ, ὅτι μὴδ' ἐν τοῖς κατ' ἐκείνον, ὅπερ ἤδη ἔφην, γέγονα χρόνοις· τὰ γὰρ μὴν τοῦ μετ' ἐκείνον πράγματα, οὐκ οἶδα εἴ τις ἐμοῦ κάλλιον ἐξιστορήσει ἔχει· ἐπεὶ καὶ οὐπω μειρακίῳ ὄντι μοι πλείστας συνεκδεδημηκέναι οἱ τῶν εἰς ἡπειρον ἐκατέραν συνέβαινεν ἐκστρατειῶν. *Commemorabuntur vero mihi Joannis quidem res gestæ compendio, et veluti capitum summæ digerentur, quod illius temporibus in utramque continentem præsens adfuerim. Finit itaque Nicetas historiam suam in Henrico Balduini fratre, res memoratū dignas quæ in Byzantino imperio, annorum circiter 86 spatio, in magnis præsertim eventuum varietatibus, et subitis fortunæ commutationibus, quæ plurimæ sæque mirabiles, ac potius miserabiles et præter expectationem Græcos oppressere, crescente in dies Persarum et Turcarum in oriente, Bulgarorum et aliorum finitimorum in occidente potentia, et ubique christianorum principum dissidiis et perversitate acciderunt, complexus libris XXI, usque ad annum Christi 1203.*

Non descivisse eum a veritate, tum externorum facinora non sine promerita laude, tum suorum gentilium scelera ingenue et cum doloris acerbitate deplorata, et æqua rerum narratio, indicio sunt. Ex eo siquidem habes Occidentalium in recuperanda Syria et terra sancta pietatem ac fortitudinem; Conradi et Friderici non sine nobilissimis exemplis clarissimas laudes. Quis Balduini virtutes aptius expresserit? Contra vero quis in Græcorum vitia, quæ suis temporibus tanta adeoque immania fuere, acrius insultaverit? Hoc plane ingenui animi fuerit, rem uti acta est, narrantis.

Modum dicendi secutus est amplum, profusum, sed horridum, complicatam, immodica insolentis elegantissimæ atque eruditionis affectatione vanum, ne dicam puerilem, et poeticarum fabularum et dictionum immixtione subasperum, et compositionis male implexa constructione obscurum, qui proprias hujusce scriptoris est præcipueque ab ipso pro suo genio intentus et procuratus; non Metaphrastæ, et æmuli alicujus, assumptum, ut videtur Hieronymo Wolfio. De stylo illius idem Wolfius: *Ex affectatione nescio cujus insolentis elegantissimæ, et poeticæ dictionis æmulatione, in salebras sæpe incidit, et duris ac ineptis utitur metaphoris, in præmio præsertim, ubi cum primis disertus videri cupit. Quod si totam historiam similis oratione involvisset, in latomias ire, quam molestis conversionis consiliari maluissem. Sed quia tolerabiliter loqui incipit cum ad rem ipsam ventum est, hanc quoque operam studiosis historiarum dare volui, ut Zonaræ opus hac appendice plenius redderetur.* Neque Joannes Vossius discordat de historicis Græcis lib. II, cap. 29: *Diligens fuit Homeri lector et imitator, adeo ut, ob poeticam atque insolentem dictionem quandoque durior fiat, cum primis in præfatione, quæ sane salebrosa. In cæteris mollior fluit, quod et de se in præfatione promittit. Ut mihi quidem videatur præfatione ea ostentare voluisse, quantum Logodædalus foret: quod similiter in historia si fecisset, nec ille multo etiam minus laudis, quam nunc habet mereretur.* Ipse nihilominus perspicuitatem se sequi in præmiis historiæ, prout historicum addecet, summopere jactat, in ipsa sua jactatione obscurus et confragosus: Ἐπεὶ δὲ ὡς καὶ ἄλλοι τε ξυμβαλεῖν ἔγνωσι, καὶ αὐτὸς δὲ συνορῶν, οὐχ ἥμιστά εἰμι τὰ τοῦ ἱστορεῖν τὸ τῆς διηγήσεως ἀσαφές, καὶ περιβολαῖς, καὶ περιόδοις ἐπεστραμμένον, ὡς μὴ συνᾶδον αὐτοῖς οὐ προσίενται, φιλοῦσι δὲ τὸ σαφές, ὡς οὐ μόνον κατὰ τὸν εἰπόντα σοφὸν, ἀλλὰ καὶ συμβαῖνον σφίσι μάλιστα, οὐδὲ τούτου πάμπαν ἐξῶθεν τοῦ καλοῦ πίπτουσι· ἂν εὖρη τις τὰ γραφόμενα, οἷα καὶ ἡμῶν μὴ τὸ κομπηρὸν καὶ δυσσφραδές, καὶ κρημνώδεις ἐπιποδιστημένον λέξεσιν ὡς ἐπίπαν ἀσπασαμένων, εἰ καὶ χαίνοντές εἰσιν εἰς τοῦτο πολλοί, εἴτε οὖν ἐπιθέτερον εἰπεῖν ἐκλείποντες τὰ τῶν πάλαι καὶ σήμερον, καὶ ὅσα τι καὶ ἐπιτήδευμα προύργιατατον ἔχρηστικότες διὰ μακροῦ, ἐκ τοῦ πλείονος δὲ κἂν τούτῳ δρᾶν τῇ ἱστορίᾳ προθεμένων τὰ πρόσφορα, μὴ δ' ὑπερβάθμιον πόδα ταίνειν ἡγαπηκότων, ἢ ὅπως τοὺς ἄξονας αὐτῆς ὑπεράλλεσθαι· ὑπὲρ γὰρ ἔπαν ἔσαν τὸ μὴ τὴν φράσιν ἀπλοῦν. ὡς ἔχω εἰπεῖν καὶ πρόχειρον εἰς κατάληψιν, αὐτῇ διαβέβληται· καὶ ἡγαπηθῆ ἕως σφόδρα τὸ ἀκομψον, καὶ ὡς ἔχον φύσεως διηγούμενον, καὶ δαιμονίως τὸ εὐληπτον περιπίπτει· τέλος γὰρ σκοπιμώτατον τὴν ἀλήθειαν ἔχουσα, καὶ τῆς τε ῥητορικῆς δεινότητος καὶ τῆς ποιητικῆς λογοποιίας ἀφροσύνα κατὰ διάμετρον εἶναι. An dici potuit e tripodè perplexibilis, aut a Lyco-phrone in linguæ Græcæ amœnitate horridius? Hinc ille cum hæc legisset, sive Alexander chartophylax diaconus Constantinopolitanus, sive quis alius, non illepide adnotavit:

Οὐκ οἶδα τί φῆς ἐνθάδε, Χωνιάτα·
Σοφὸν τὸ σαφές συγγράφειν εἶναι λέγεις·
Εἴτα γριφώδη καὶ βαρβαρώδη γράφεις. Nempe:
*Quid hic dicas, o Choniata, nescio,
Orationis lucidum probas decus,
Tenebricosus instar ipse tartari.*

Non ita tamen semper insanit, ut aliquando non in mentem redeat, cum sæpe sæpius et amœnitate dictionum, et figurarum suavitate, sententiarumque ingeniosa ubertate valeat, et sine strepitu, et concitatione leniter fluat.

Hanc historiam Latine reddidit Hieronymus Wolfius, fusum illius ac prolixum dicendi genus vitans, et in contractiores terminos contrahens; et potissimum in rebus illis, quarum sententiam non usquequaque assequitur, expressioque non ita facilis erat, sententias auctoris appendere, verbaque annumerare necesse non habuit. Verum id, ut ille facit, in fido interprete laudandum non videtur, qui licet non debeat mensurare verba, attamen modum dictionis, et notam aliquo etiam modo, et ubi commode fieri potest, dum transfert representare, atque ut ita dicam præ oculis ponere debet. Wolfius duobus codicibus usus est, quorum alterum Antonii Fuggeri, alterum herilis bibliotheca supeditavit, quibus tandem accessit tertius Augustanæ bibliothecæ, vetustus admodum sed principio et fine mutilus, nec reliquis partibus ubique incolumis. Obscuriora loca, et varias lectiones subjunxit. Edita est historia Nicetæ, curante Antonio Fuggero Græce et Latine cum interpretatione Wolfii Basileæ apud Oporinum in folio anno 1557, et recusa in 4 apud hæredes Eustathii Vignonii anno 1593. Possevinus in apparatu scribit: *Wolfius non satis Græce sciens illius interpres non facile admittendus est (i)*. Legitur et manuscripta in bibliothecis Vaticana, Regia Lutetiana, Regia Sancti Laurentii, et alibi. Scias præterea, lector, quemadmodum historias Annæ Comnenæ, et Georgii Acropolitæ, ut minus laboriosis hominibus morem gereret, quicumque ille fuit decurtavit, et ut angustiores limites, quæ illi videbantur prolixiora, et minus necessaria subtrahens conclusit, ita etiam historiam Choniatæ pertractasse, ne dicam mutilasse, quam cum aliis duobus uno volumine complexus est. Confer a nobis editam Acropolitæ cum illius compendio, nec non Annæ editam Augustæ ab Hoesohelio cum alia ejusdem quam promittunt typographi Regii Parisienses, et videbis quid inter editam Nicetæ, et eam quæ in compendium redacta est, intersit: ab uno enim genio trium horum historicorum compendium perfectum est, et eadem ascia delatum.

Attamen non hæc tantum historia contentum fuisse Choniatam, sed aliam quoque scripsisse, quæ adhuc non comparuit, arguo ex ejusdem fragmento, quod penes me est, de statutis aliisque ex ære factistabulis igni traditis a Latinis post captam Constantinopolim, quod in historia jam vulgata non legitur, et exscriptor ait se ex historia Nicetæ exscripsisse: Τοῦ αὐτοῦ μακαρίτου κυρίου Νικήτα τοῦ Χωνειάτου ἀπὸ τῆς αὐτοῦ ἱστορίας περὶ Κωνσταντινουπόλεως. *Ejusdem beatorum memoriarum domini Nicetæ Choniatæ, ex illius Historia de Constantinopoli*. Et incipit: Τῆς δὲ ἡμετέρας βασιλείας ἄρτι διαπεπτευθεῖσας εἰς Φραγγίσκους.

Dignum tandem est Justi Lipsii judicium de Niceta, quod ex notis ad lib. *I Politicorum* huc refertur: *Nicetas Choniates, qui res Græcæ imperii scripsit, orsus abs Joanne Comneno Alexii F. ad urbem captam, sive ad Baldwinum Flandrum. Is parum adhuc vulgo notus, fateor, sed dignissimus notitia: purum rectumque ingenium, si alio illud ævo. Stylus etiam operosus, poetas et Homerum sæpe respiciens: at res et narratio ipsa distincte composita, sine vanitate, sine ineptiis, brevis quod satis sit et fida. Crebra apud eum et opportuna monita; judicia non libera solum, sed sana. Ad summam legite vos, politici; gratiam mihi aliquis pro judicio habebit, certe debebit. Angelus Politianus satis illi tribuisse sibi visus est, si dictum Nicetam inter non aspernabiles omnino Græcorum auctores collocaret, Miscell. cap. 28.*

Leguntur præterea ipsius alia: Περὶ τοῦ δόγματος τοῦ Θεοῦ τοῦ Μωάμεθ. *De dogmate Dei Mohameticæ (f)* P. "Ἐγχεῖται τῷ κατηχητικῷ πυκτίῳ μεθ' ἑτέρων ἀφορισμῶν. Quæstionem promovit Manuel imperator. Quibus vero artibus et technis præsulum animos occupare tentaverit, et in suam sententiam traxerit, fuse egit Nicetas in *Annalibus*, et dos alibi dicemus.

Περὶ τοῦ φιλοσόφου Ἰταλοῦ. *De philosopho Italo*. P. Ἄλλ' ἢ ἐς τόδε μὲν τὸ περὶ τῶν ἀζύμων ληξάτωσαν.

Contra Latinos de azymis, duobus tractatibus, quorum alterius principium est: Εἰ ἔστι σύνεσις, φησὶ Σολομῶν, ἀποκρίθητι τῷ πλησίον, καὶ μὴ κωλύσης λόγον. Alterius vero principium est: Τὸ περὶ τῶν ἀζύμων κατὰ Λατίνων αἰτίαμα.

Item Κατὰ Λατίνων περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *Adversus Latinos de Spiritu sancto*. Ἐνὴν τις ἐστὶ καὶ ἀλλόκοτος, ἣν οἱ Ῥωμαῖοι ἐν τῷ ἁγίῳ συμβόλῳ ποιοῦνται προσθήκην. Nisi dogmaticæ illius Panopliæ et thesauri hæc etiam frustra partesque sunt. Id si fuerit, immerito plane de eo Petrus Morellus pronuntiavit: *Quod quidem quanta diligentia laboreque præstiterit, testantur æternumque testabuntur divinæ lucubrationes, quas in hoc opus vere aureum congescit, tanloque artificio ab ipsis Adami primordiis ad sua usque tempora deduxit, ut hæreseon quæ ante Christum natum, et a Christo nato quasi hypotyposim quamdam consecraverit; qua consulta, si quod aliquando dubium de rebus divinis suboritur, possit statim videri utram in partem flectendum sit*. Præter enim errores de processione Spiritus sancti et de azymis, quos adversus Latinos ex professo tuetur, latenter etiam alia in easdem inspergit. Neque tandem omnia, quæ ille ibidem affirmat, sine veræ, catholicæ scilicet, trutinæ examine accipienda sunt.

(i) Wolfii curtam Græcitatæ supellectilem nos quoque coarguimus in adnotationibus nostris ad Ephræmium chronographum *Script. vet. t. III, part. 1, p. 416 et 471*. Quanquam quod attinet ad ὀποφύριον, male a Wolfio intellectum, id jam fuisse emendatum ab Allatio postea cognovimus in præf. ad excerpta rhetorum. A. M.

(f) Rem video tangi a Niceta Choniata, *Hist. lib.*

VII edit. Paris. p. 142. Et quidem breve scriptum Græcum de Deo Mohamedis memini me videre in codd. Val. Sed certe Nicetas alius, id est Byzantinus, in opere a nobis edito B. N. t. IV, part. II, p. 361, et p. 399-406, diserte ostendit Deum Abrahami, id est Deum verum, diversum esse a Mohamedis Deo. A. M.

Finiam de Choniata orationem verbis Vossii de scriptoribus Græcis, quibus ille Gulielmi Xylandri suspicionem de Niceta Davide, et Niceta Chonlata refellit : *Gulielmi Xylandri suspicio est, eundem esse hunc Nicetam Davidem, qui et Nicetas Paphlago, ac illum cui Acominati cognomentum fuit. Sed tempora videntur disconvenire. In quibusdam codd. mss. Nicetæ Davidi, philosopho Paphlagoni, tribuuntur, quæ alii ascribunt Nicetæ Serroni, prius Ecclesiæ Constantinopolitanæ diacono, postea autem Heraclitensi archiepiscopo : ut in Latina Patrum et scriptorum ecclesiasticorum, excerpta in Matthæum et Lucam evangelistas : item expositio multorum Nazianzeni carminum et orationum. Diversos tamen esse hos Nicetas, Leonis Allatii sententia est, in Diatriba de Psellis, cui hac in parte potius subscribo. Sed in quibusdam manuscriptis Nicetæ Davidi tribui, quæ alii ascribunt Nicetæ Serroni, fides sit penes ipsum. Quos ego evolvi codices manuscriptos, omnes uno consensu expositionem in Orationes Nazianzeni, quas supra recensuimus, Nicetæ Serroni vindicant : expositionem vero in carmina, Nicetæ Davidi. Et de hoc nulli unquam dubium fuit. Quare firmum certumque manet, Nicetæ Davidis Expositionem in carmina ; Nicetæ Serronis, Expositionem in Orationes Nazianzeni esse.*

NIKHTA TOY XΩNIATOY ISTOPIA.

NICETÆ CHONIATÆ HISTORIA.

EMINENTISSIMO SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIE PRINCIPI CARDINALI

JULIO MAZARINO.

Editio Nicetæ nova patronum sibi ex more querebat adversus malignos invidosque. Unus occurristi, cardinalis eminentissime, cujus patrocinio non levis auctor sese committeret, unum te siquidem videmus litteraria monumenta orbi Gallico forsitan ignota ubique gentium conqueri jubere, et in bibliothecam tuam incomparabilem admitti, ut et certissimum sit scriptorem qui te ultro adit benigna fronte admissum iri. Hoc vero omnium linguis laudibusque celebrari debet, quod licet ea prudentia, quam ceteri ex librorum lectione emendicare necesse habent, tibi ingenita sit, eos tamen tanta animi contentione tamque impenso sumptu comparari vis, ac si prudentia illa non tibi cognata sed labore paranda esset. Itaque bono magis publico bibliothecam instituis quam tuo, ut omnes intelligant et rem belli et pacis decora peræque tibi curæ esse. Altero Gallici hostes nominis obteres, altero peritiores homines efficies, ut quanto sis ornamento principi et quam prospere rem Gallicam geras, non modo his qui vitam vivunt, sed etiam posteris narrent et tradant. Felices autem ter quaterque hi quorum opera rerum a te præclare gestarum memoria testator erit, sive quod materia illustrior sive quod rerum copia nulla eis possit uberius contingere : quemadmodum enim rei tenuitate scriptoris eloquentia deturitur, ita et rei dignitate clarescit et diffunditur. Hi Galliæ fines prudentissimo felicissimoque consilio tuo prolatis in Italia narrabunt, et frustra esse eos qui Gallico imperio fines statuunt, quod Gallorum virtus invicta non finibus certis, sed orbe claudatur. Illi Germaniæ principes armis Gallorum victricibus exterritos quiescere neutrive parti sese addixisse tradent ; quo facto sibi posterisque suis consultum iverunt et imminenti rebus suis exitum depulerunt. Hi Gallos copiis ionge impares classem hostilem devicisse prædicabant, et eos qui de gloria certaturos se putabant, statim sibi de salute certandum intellexisse, tametsi superba natio naves solvisset, ut quasi per ludum jocumque Gallicas deprimeret. Galli non numero sed virtute censentur. Hinc feroces exercitus sæpe ab his expugnatos videas, hinc etiam terrestres copias in spem victoriæ erectas ob superantem multitudinem deletas attritasque. Eant nunc qui retro temporum ministros laudibus in cælum extollunt. Tu, cardinalis eminentissime, cum fasce armorum plures vires quam alii explicatis armis. Tu vivida mente tua et sagaci consilio regi Christianissimo, quem

jam populi pene omnes adorant, plures triumphos parabis quam alii vi manuque. Perge modo rei publicæ litterariæ prodesse et litteratis hominibus favere, sine quibus virorum illustrium facta, statim atque animam deposuerunt, intercidunt, et cum corpore magnæ quoque animæ exstinguuntur dum silentur.

Eminentie tuæ addictissimus CAROLUS ANNIBAL FABROTUS.

AD MAGNIFICUM ET GENEROSUM VIRUM, D. ANTONIUM FUGGERUM, KIRCHBERGÆ ET WEISSENBORN DOMINUM, CÆSARÆ MAJESTATI A CONSILIIS, ETC. IN NICETÆ ACOMINATI CHONIATÆ HISTORIAM HIERONYMI WOLFFII PRÆFATIO.

Zonaram tuam, vir amplissime, Choniates sequitur, homo sua ætate non tantum magnis dignitatibus ornatus, sed etiam ingenio et multiplici doctrina præstans, et veritatis historiæ, ut mihi videtur, ubique studiosus, ordine aptissimo et lectoribus utilissimo; qui ordo cum sequentia iis quæ antecessere adjungat atque adnectat, historiæ quoddam quasi corpus absolvit et in suo genere homines eruditos reddit, hoc est, a vulgo mortalium distinguit. Multos sane invenias, qui etsi a litteris alieni, tamen acumine ingenii, facundia, usu rerum, doctissimis viris, sed vel natura tardioribus vel in hominum frequentia minus versatis, etsi omnem ætatem in optimarum artium studiis contrivere, præferantur. Quodsi ad illam naturæ felicitatem et multiplicem experientiam accuratior et methodica institutio accessisset, quid cum illorum excellentia comparari posset? Nunc laudibus eorum tantum decedit quantum accuratior institutio illis addidisset. Neque enim falso dicitur artem, quæ est ingenii veluti rudis speculi quasi expolitio quædam, certiores esse ducem quam naturam, atque etiam uberiores. Nam qui nullis eruditionis adminiculis sustentantur, temere plerumque feruntur et extra limites, quo animi æstus rapit, evagantur: docti a certis initiis ad metas ordine progrediendo, statim in promptu habent quæ ad rem pertineant. Illi multa, hi pleraque scitu digna tenent: illi fragmenta quædam et quasi disjecta membra consequantur, hi solidum quoddam et suis numeris absolutum humanæ cognitionis corpus complectuntur. Quas ob res ego perbeatos eos esse judico, quibus et ea voluntas contigit ut cupiant, et eas facultates suppetunt ut possint, citra impedimentum, ab ineunte ætate usque ad id tempus quod rebus gerendis aptum est, philosophari, ac tum demum agendi solertiam cum veritatis contemplatione conjungere, animis in cælos et ipsum Deum, corporibus in humanæ societatis conservationem intentis. Hæc mihi vita vere humana et potius divina semper visa est, et omnibus iis voluptatibus quæ cum brutis animalibus fere communes sunt præferenda. In quo assentiri mihi et ex doctis et ex indoctis optimum et prudentissimum quemque, imo me potius cum illorum sententiis congruere, constat. Nec tuum hac in re, ut et in cæteris, præclarum judicium, quod et tota Fuggerana familia magno consensu sequitur et cordati omnes summe probant, obscurum est; qui filios tuos ingeniorum et corporum vigore præstantes ab ipsis prope cunabulis usque ad juventutis initium a doctissimis præceptoribus, in celeberrimis quibusque Europæ gymnasiis, severa disciplina moderandos optimarumque artium et linguarum cognitione imbuendos curaris. Quibus illi de causis se non minus tibi debere, qua pietate ac prudentia sunt, profitentur, quam quod vitam et maxima quæque ornamenta felici quodam fato abs te acceperunt; qui verus non tantum corporum sed etiam animorum pater esse voluisti, nec genuisse contentus utrisque ea suppeditasti in quibus humana felicitas consistit. Ut autem terrena corpora terræ frugibus aluntur, sic cælestis et divinus animus suum pastum habet eruditionem. Quam a vulgi fece, hoc est a pessimo et stultissimo quoque, contemni ac derideri non est mirandum, cum quod de re ignota nihilo rectius statuere possunt quam cæcus de coloribus pronuntiare, tum quod vitiis atque ineptiis semidoctorum quorundam aut corruptorum hominum rem præclarissimam metiuntur. Nam quid est aliud eruditio nisi amplissimum quoddam et instructissimum amphitheatrum humani ingenii et experientiæ multiplicis? ad quod exornandum et locupletandum non tantum omnes nationes, omnes homines, omnes ætates stipem suam contulerunt, sed etiam Dei immortalis liberalitas multa auctaria adjecit, iis rebus partim arcano afflatu partim per insignia miracula relevatis, quas obtusior humani ingenii acies perspicere minime potuisset. Cum autem ratio atque oratio multo magis quam forma corporum hominem distinguat a belluis, et veritatis solida cognitio et diserta explicatio sit ejus proprium munus, quid aliud est philosophari quam in eo elaborare ut vocabula cum rebus consentiant, et ut ii simus qui dicimur. homines? complector autem philosophiæ nomine tantum quantum ipsius significatio complectitur, studium atque amorem sapientiæ; quæ rerum divinarum et humanarum causarumque quibus eas res continentur scientia definitur. Quam immensitatem cum solus Deus rerum omnium opifex teneat, solus ut boni, ita et sapientis nomen jure sibi vindicat: homines autem sapientiæ et virtutis amantes ac studiosos esse nihil vetat; quo amore ac studio quo quisque longius progreditur, eo propius a cælestibus geniis abest, quia ea re beatissimi habentur, quod ipsum Deum, omnis bonitatis et sapientiæ fontem, jugiter cum ineffabili gaudio intuentur (neque alia plorum beatitudo post hanc vitam fore haud abs re creditur); quo propius resistit, eo minus di-

gnitatem suam et excellentis naturæ munera tuetur. Quis vero ea sit arrogantia, ut suum unius ingenium tantum esse putet, ut eo contentus omnia veterum inventa et experimenta, litterarum monumentis consignata, aspernari queat, ac non potius ex infinita copia optima quæque et ingenio suo vitæque instituto aptissima pescrutetur? nam ut unus excellat, aut saltem cum mediocri successu laboret in omnibus, vix ac ne vix quidem fieri potest. Ac plerosque vel rei familiaris angustiae vel ingeniorum tenuitas in certum quoddam studiorum genus, velut in carcerem aut ergastulum, abstrudunt; quibus autem Dei optimi maximi benignitas ea et animorum et fortunarum subsidia concessit, ut in nullius magistri verba jurare coacti libertatem suam inviolatam retineant, profecto eo beatiores erunt quo plurium et meliorum rerum cognitionem coegerint, in variis linguis atque auctoribus dissipatam. Id autem difficile ei non erit, qui linguae Græcæ ac Latine mediocri usu instructus methodo se assuefecerit et artium optimarum fundamenta fideliter fecerit. Ac est in ea re sane difficultatis et molestiæ nonnihil; sed ubi ex illis artium angustiis in liberrimum optimi cujusque scriptoris campum eluctatus fueris, vere id apparet quod a quodam sapientissimo viro dictum est, sive is Socrates sive Isocrates fuerit (nam utrique ascribi video, et proclivis error est in unius litteræ discrimine), radices eruditionis amaras esse, fructus vero dulcissimos. Radicibus autem comparantur linguarum et artium methodi, fructibus varia lectio: qui ut sine radicibus nulli essent, ita eruditio pertenuis est, quæ non certa ratione ac via a primis initiis ad summum usque fastigium constanter ascendit ac perpetuum sibi commentarium parat. Quod enim supra etiam attingi, doctrinæ omnis laus in artium methodis atque in eo vertitur, quod, quead fieri potest, quidquid ad eandem rem pertinet, contrahit, et ex variis membris unum corpus integrum componit. Eo absoluto lectionis varietas singulis partibus addit ornamenta et amplitudinem quamdam conciliat. Quodsi hæc similitudo minus placet, homo studiosus diligenti patrifamiliæ comparetur; qui, ut ille agrorum suorum proventus et domestica instrumenta in horreis et certis quibusdam cellis reponit, ut cum usus postulat, statim ad manum sint, ita ipse, quidquid vel cogitatione vel lectione vel auditione per omne tempus ætatis (neque enim ulla sapientiæ studio meta præfigenda est) consecutus fuerit, statim in illas artium classes, si non stylo aut calamo, saltem animo et recordatione reponat, et ad regulas illas a doctissimis hominibus traditas exigit, acri iudicio semper interposito, ne quod quisque dixerit aut scripserit aut ipsi etiam in mentem venerit, oraculum esse putet (nam homini docto turpissimum fuerit, ut Græci eleganter dicunt, ἀβασανίστως παραδέχεσθαι τὴν πίστιν τῆς ἀληθείας, hoc est opinioniones consecrari nudaque auctoritate niti), sed tantum cuique credendum esse statuatur, quantum aut firmis rationibus aut probabilibus conjecturis persuadere possit, in cæteris assensum cohibeat et sustineat, donec ipsum tempus scrupulum sustulerit. Sed ne memoria lapsus esse et ab instituto non certo consilio deflexisse sed per oblivionem aberrasse videar, ad Choniatem redeo, quem ordine aptissimo et prudenti tuo consilio Zonaræ adjunctum esse dixi. Nam quo in loco ille Annales suos finivit, in Alexii Comneni videlicet obitu, eo in loco hic suam historiam auspicatur, res memoratu dignas, quæ in Byzantino imperio annorum circiter 86 spatio acciderunt, complexus. Atque utinam alius Græcæ exstitisset, qui ab hoc auctore et Chalcondyle prætermittenda pari facundia prosecutus esset. Major enim est Choniatæ copia et diligentia lectioque jucundior quam Zonaræ: cui una brevitatis necessario proposita fuit, quod alioqui opus in immensum excrevisset; idque vel ex eo apparet, quod heroina eruditissima Anna Cæsariissa, imperatoris Alexii filia, de rebus gestis patris sui libros 20 scripsit, qui adhuc in Augustanæ rei publicæ bibliotheca exstant, cum Zonaræ vitam illius paucis foliis perstrinxerit. Ut autem brevitatis memoriam juvat, ita fusiores narrationes plus delectationis habent, in magna præsertim varietate rerum et subitis fortunæ commutationibus; quæ non multis annis plurimæ, æque mirabiles ac potius miserabiles, præter expectationem Græcos, quos hic scriptor Romanorum appellatione honestat, oppresserunt, crescente in dies Persarum sive Turcorum (nam recentiores promiscue his vocabulis utuntur) potentia; quorum grassationes et Christianorum principum desidia ac perversitatem tanta doloris acerbitate Choniates sæpius deplorat, ut eum ab omnibus qui reipublicæ partem aliquam attingunt, nostris temporibus legi summopere expediat, si forte Germanorum animi, quorum fortitudo et pietas in recuperanda Syria et terra sancta laudibus egregiis hoc scripto ornatur, clarissimis exemplis Conradi et Friderici imperatorum saltem ad tuendam patriam, hoc est vicinas Pannonias, excitentur. Nunc enim non de laude et gloria laborandum, sed de aris et focus pugnandum esse opparet, quo minus fiat, nulla res æque in causa est atque dissensiones. Græcos, præter intestina bella ex ambitione fere orta, voluptatum studium et ignava monarchia perdidit: nobis temeraria bellandi cupiditas et discors ac inquieta polyarchia id minatur quod absit ut experiamur: et facile caveremus, nisi fatali quadam siderum impressione animis atque auribus a sanis consiliis plerique abhorrent. Imminuta quidem est, et veluti læta seges tristi lolio corrupta, vetus nostræ gentis integritas; quod exterarum nationum quodam quasi contagio accidisse videtur, quarum mala cum nostris conjunximus, cum peregrinationum is finis esse debeat, ut innatis et consuetudine inolitit vitiis abjectis aliorum virtutes asciscamus, eorumque prudentia et humanitate ad omne genus officii et laudis crudiamur. Sed si cætera spectemus, nunquam Germania viris, armis, opibus, consiliis, fuit instructior; quas res propter discordiam non in hostium detrimentum sed in patriæ exitium detestanda crudelitate, ne dicam insaniam, convertimus: quæ cogitatio cum in hujus historiæ interpretatione subinde meum animum feriret, et

jam populi pene omnes adorant, plures triumphos parabis quam alii vi manuque. Perge modo rei publicæ litterariæ prodesse et litteratis hominibus favere, sine quibus virorum illustrium facta, statim atque animam deposuerunt, intercidunt, et cum corpore magnæ quoque animæ extinguuntur dum silentur.

Eminentis tuæ addictissimus CAROLUS ANNIBAL FABROTUS.

AD MAGNIFICUM ET GENEROSUM VIRUM, D. ANTONIUM FUGGERUM, KIRCHBERGÆ ET WEISSENHORN DOMINUM, CÆSARÆ MAJESTATI A CONSILIIS, ETC. IN NICETÆ ACOMINATI CHONIATÆ HISTORIAM HIERONYMI WOLFII PRÆFATIO.

Zonaram tuam, vir amplissime, Choniates sequitur, homo sua ætate non tantum magnis dignitatibus ornatus, sed etiam ingenio et multiplici doctrina præstans, et veritatis historiæ, ut mihi videtur, ubique studiosus, ordine aptissimo et lectoribus utilissimo; qui ordo cum sequentia iis quæ antecessere adjungat atque adnectat, historiæ quoddam quasi corpus absolvit et in suo genere homines eruditos reddit, hoc est, a vulgo mortalium distinguit. Multos sane invenias, qui etsi a litteris alieni, tamen acumine ingenii, facundia, usu rerum, doctissimis viris, sed vel natura tardioribus vel in hominum frequentia minus versatis, etsi omnem ætatem in optimarum artium studiis contrivere, præferantur. Quodsi ad illam naturæ felicitatem et multiplicem experientiam accuratior et methodica institutio accessisset, quid cum illorum excellentia comparari posset? Nunc laudibus eorum tantum decedit quantum accuratior institutio illis addidisset. Neque enim falso dicitur artem, quæ est ingenii veluti rudis speculi quasi expolitio quædam, certior esse duces quam naturam, atque etiam uberiores. Nam qui nullis eruditionis adminiculis sustentantur, temere plerumque feruntur et extra limites, quo animi æstus rapit, evagantur: docti a certis initiis ad metas ordine progrediendo; statim in promptu habent quæ ad rem pertinent. Illi multa, hi pleraque scitu digna tenent: illi fragmenta quædam et quasi disjecta membra consulantur, hi solidum quoddam et suis numeris absolutum humanæ cognitionis corpus complectuntur. Quas ob res ego perbeatos eos esse judico, quibus et ea voluntas contigit ut cupiant, et eæ facultates suppetunt ut possint, citra impedimentum, ab ineunte ætate usque ad id tempus quod rebus gerendis aptum est, philosophari, ac tum demum agendi solertiam cum veritatis contemplatione conjungere, animis in cælos et ipsum Deum, corporibus in humanæ societatis conservationem intentis. Hæc mihi vita vere humana et potius divina semper visa est, et omnibus iis voluptatibus quæ cum brutis animalibus fere communes sunt præferenda. In quo assentiri mihi et ex doctis et ex indoctis optimum et prudentissimum quemque, imo me potius cum illorum sententiis congruere, constat. Nec tuum hac in re, ut et in cæteris, præclarum iudicium, quod et tota Fuggerana familia magno consensu sequitur et cordati omnes summe probant, obscurum est; qui filios tuos ingeniorum et corporum vigore præstantes ab ipsis prope cunabulis usque ad juventutis initium a doctissimis præceptoribus, in celeberrimis quibusque Europæ gymnasiis, severa disciplina moderandos optimarumque artium et linguarum cognitione imbuendos curaris. Quibus illi de causis se non minus tibi debere, qua pietate ac prudentia sunt, profitentur, quam quod vitam et maxima quæque ornamenta felici quodam fato abs te acceperunt; qui verus non tantum corporum sed etiam animorum pater esse voluisti, nec genuisse contentus utrisque ea suppeditasti in quibus humana felicitas consistit. Ut autem terrena corpora terræ frugibus aluntur, sic cælestis et divinus animus suum pastum habet eruditionem. Quam a vulgi fece, hoc est a pessimo et stultissimo quoque, contemni ac derideri non est mirandum, cum quod de re ignota nihilo rectius statuere possunt quam cæcus de coloribus pronuntiare, tum quod vitiis atque ineptiis semidoctorum quorundam aut corruptorum hominum rem præclarissimam metiuntur. Nam quid est aliud eruditio nisi amplissimum quoddam et instructissimum amphitheatrum humani ingenii et experientiæ multiplicis? ad quod exornandum et locupletandum non tantum omnes nationes, omnes homines, omnes ætates stipem suam contulerunt, sed etiam Dei immortalis liberalitas multa auctaria adjecit, iis rebus partim arcano afflatu partim per insignia miracula relevatis, quas obtusior humani ingenii acies perspicere minime potuisset. Cum autem ratio atque oratio multo magis quam forma corporum hominem distinguat a belluis, et veritatis solida cognitio et diserta explicatio sit ejus proprium munus, quid aliud est philosophari quam in eo elaborare ut vocabula cum rebus consentiant, et ut ii simus qui dicimur, homines? complector autem philosophiæ nomine tantum quantum ipsius significatio complectitur, studium atque amorem sapientiæ; quæ rerum divinarum et humanarum causarumque quibus eæ res continentur scientia definitur. Quam immensitatem cum solus Deus rerum omnium opifex teneat, solus ut boni, ita et sapientiæ nomen jure sibi vindicat: homines autem sapientiæ et virtutis amantes ac studiosos esse nihil vetat; quo amore ac studio quo quisque longius progreditur, eo propius a cælestibus genibus abest, quia ea re beatissimi habentur, quod ipsum Deum, omnis bonitatis et sapientiæ fontem, jugiter cum ineffabili gaudio intuentur (neque alia plerumque beatitudo post hanc vitam fore haud abs re creditur); quo propius resistit, eo minus di-

gnitatem suam et excellentis naturæ munera tuetur. Quis vero ea sit arrogantia, ut suum unius ingenium tantum esse putet, ut eo contentus omnia veterum inventa et experimenta, litterarum monumentis consignata, aspernari queat, ac non potius ex infinita copia optima quæque et ingenio suo vitæque instituto aptissima pescrutetur? nam ut unus excellat, aut saltem cum mediocri successu laboret in omnibus, vix ac ne vix quidem fieri potest. Ac plerosque vel rei familiaris angustiae vel ingeniorum tenuitas in certum quoddam studiorum genus, velut in carcerem aut ergastulum, abstrudunt; quibus autem Dei optimi maximi benignitas ea et animorum et fortunarum subsidia concessit, ut in nullius magistri verba jurare coacti libertatem suam inviolatam retineant, profecto eo beatiore erunt quo plurium et meliorum rerum cognitionem coegerint, in variis linguis atque auctoribus dissipatam. Id autem difficile ei non erit, qui linguæ Græcæ ac Latine mediocri usu instructæ methodo se assuefecerit et artium optimarum fundamenta fideliter fecerit. Ac est in ea re sane difficultatis et molestiæ nonnihil; sed ubi ex illis artium angustiis in liberrimum optimi cujusque scriptoris campum eluctatus fueris, vere id apparet quod a quodam sapientissimo viro dictum est, sive is Socrates sive Isocrates fuerit (nam utrique ascribi video, et proclivis error est in unius litteræ discrimine), radices eruditionis amaras esse, fructus vero dulcissimos. Radicibus autem comparantur linguarum et artium methodi, fructibus varia lectio: qui ut sine radicibus nulli essent, ita eruditio pertenuis est, quæ non certa ratione ac via a primis initiis ad summum usque fastigium constanter ascendit ac perpetuum sibi commentarium parat. Quod enim supra etiam attingi, doctrinæ omnis laus in artium methodis atque in eo vertitur, quod, quoad fieri potest, quidquid ad eandem rem pertinet, contrahit, et ex variis membris unum corpus integrum componit. Eo absoluto lectionis varietas singulis partibus addit ornamenta et amplitudinem quamdam conciliat. Quodsi hæc similitudo minus placet, homo studiosus diligenti patrifamilie comparetur; qui, ut ille agrorum suorum proventus et domestica instrumenta in horreis et certis quibusdam cellis reponit, ut cum usus postulat, statim ad manum sint, ita ipse, quidquid vel cogitatione vel lectione vel auditione per omne tempus ætatis (neque enim ulla sapientiæ studio meta præstigenda est) consecutus fuerit, statim in illas artium classes, si non stylo aut calamo, saltem animo et recordatione reponat, et ad regulas illas a doctissimis hominibus traditas exigit, acri iudicio semper interposito, ne quod quisque dixerit aut scripserit aut ipsi etiam in mentem venerit, oraculum esse putet (nam homini docto turpissimum fuerit, ut Græci eleganter dicunt, ἀβασανίστως παραδέχεσθαι τὴν πίστιν τῆς ἀληθείας, hoc est opinioniones consecrari nudaque auctoritate niti), sed tantum cuique credendum esse statuatur, quantum aut firmis rationibus aut probabilibus conjecturis persuadere possit, in cæteris assensum cohibeat et sustineat, donec ipsum tempus scrupulum sustulerit. Sed ne memoria lapsus esse et ab instituto non certo consilio deflexisse sed per oblivionem aberrasse videatur, ad Choniatem redeo, quem ordine aptissimo et prudenti tuo consilio Zonaræ adjunctum esse dixi. Nam quo in loco ille Annales suos finivit, in Alexii Comneni videlicet obitu, eo in loco hic suam historiam auspicatur, res memoratu dignas, quæ in Byzantino imperio annorum circiter 86 spatio acciderunt, complexus. Atque utinam alius Græcus exstitisset, qui ab hoc auctore et Chalcondyle prætermissa pari facundia prosecutus esset. Major enim est Choniatae copia et diligentia lectioque jucundior quam Zonaræ: cui una brevitatis necessario proposita fuit, quod alioqui opus in immensum excrevisset; idque vel ex eo apparet, quod heroina eruditissima Anna Cæsarissa, imperatoris Alexii filia, de rebus gestis patris sui libros 20 scripsit, qui adhuc in Augustanæ rei publicæ bibliotheca exstant, cum Zonaras vitam illius paucis foliis perstrinxerit. Ut autem brevitatis memoriam juvat, ita fusiores narrationes plus delectationis habent, in magna præsertim varietate rerum et subitis fortunæ commutationibus; quæ non multis annis plurimæ, eæque mirabiles ac potius miserabiles, præter expectationem Græcos, quos hic scriptor Romanorum appellatione honestat, oppresserunt, crescente in dies Persarum sive Turcorum (nam recentiores promiscue his vocabulis utuntur) potentia; quorum grassationes et Christianorum principum desidiæ ac perversitatem tanta doloris acerbitate Choniates sæpius deplorat, ut eum ab omnibus qui reipublicæ partem aliquam attingunt, nostris temporibus legi summopere expediat, si forte Germanorum animi, quorum fortitudo et pietas in recuperanda Syria et terra sancta laudibus egregiis hoc scripto ornatur, clarissimis exemplis Conradi et Friderici imperatorum saltem ad tuendam patriam, hoc est vicinas Pannonias, excitentur. Nunc enim non de laude et gloria laborandum, sed de aris et focis pugnandum esse apparet, quo minus fiat, nulla res æque in causa est atque dissensionem. Græcos, præter intestina bella ex ambitione fere orta, voluptatum studium et ignava monarchia perdidit: nobis temeraria bellandi cupiditas et discors ac inquieta polyarchia id minatur quod absit ut experiamur: et facile caveremus, nisi fatali quadam siderum impressione animis atque auribus a sanis consiliis plerique abhorrent. Imminuta quidem est, et veluti læta seges tristi lolio corrupta, vetus nostræ gentis integritas; quod exterarum nationum quodam quasi contagio accidisse videtur, quarum mala cum nostris conjunximus, cum peregrinationum is finis esse debeat, ut innatis et consuetudine inolitit vitiis abjectis aliorum virtutes asciscamus, eorumque prudentia et humanitate ad omne genus officii et laudis crudiamur. Sed si cætera spectemus, nunquam Germania viris, armis, opibus, consiliis, fuit instructior; quas res propter discordiam non in hostium detrimentum sed in patriæ exitium detestanda crudelitate, ne dicam insauia, convertimus: quæ cogitatio cum in hujus historiæ interpretatione subinde meum animum feriret, et

haud dubio cordatiores quoque lectores exstimulatura sit, non temperare mihi potui quin hunc locum, quem omnium animis atque oculis semper observari utilissimum fuerit, obiter attingerem. Nunc de hoc opere dicendum est, quod etsi labore non multo minore, longe tamen majori cum voluptate converti, propter historias mihi antehac fere incognitas et planius ac fusius orationis genus: in quo tamen immodicam nescio cuius insolentis elegantiae affectationem non semper sequendam mihi duxi, quod quidquid ejus generis est, non ipsius auctoris scriptum sed paraphraes et æmuli alicujus assumentum esse videtur. Contuli enim hic quoque duos codices cum eo quem amplitudo tua Cpoli ab Alexandro Chartophylace comparavit, etque operam dedi, ut ex ea collatione opus hoc quam integerrimum ederetur, et Græca itidem ut in Zonara nostro factum est cum Latinis jungerentur. Quamvis enim Græci sermonis puritas et proprietas cum exterarum nationum commerciis tum otiosorum hominum ineptiis corrupta est, nec fieri nequit in hoc scriptorum genere ut interpretis non indocti nec indiserti oratio ipsi auctori præferatur, tamen nec eum ego me interpretem profiteri ausim, et Græca lingua, qualiscunque adhuc, nescio quem genium retinet ac ubertatem Latinis inimitabilem. Testimonio sunt omnes fere disciplinæ, quarum vix ulla est quin et e schola Græca se prodiisse vel ipso nomine fateatur, et si Græcas voces sustuleris, sæpe obmutescat. Quo minus ii ferendi sunt qui Græcam linguam ut supervacaneam aspernantur. Quod utique non facerent, si quam pauci fideles et docti interpretes sint intelligerent. Aliis deest alterius utrius, aliis utriusque linguæ cognitio, aliis fides et diligentia, nonnullis universa hæc, non tam fortasse malitia et contemptu judiciorum (quæ extrema esset amentia) quam calamitate quadam temporum nostrorum et præstantium ingeniorum neglectu, quibus fortuna plerumque minus favet quam iis quorum minor est industria et obtusior acies animorum. Itaque pedibus in eorum eo sententiam qui Græca cum Latinis conjungenda esse censent, siquidem Græca seorsim parum vendibilia sunt ætate nostra, quæ propter ambitionem et avaritiam bellandi cupiditatem ad pristinam barbariam magno impetu ruit. Nam Latini et Græci sermonis proprietate et puritate amissa contemptaque philosophia et politiori litteratura neglecta, ut coram cernimus, non obscurum est quid impendat. Præclare scribit Isocrates, quem in hac parte Aristoteles, ut mihi videtur, quippe natu grandiozem, æmulatus est, et eo admirari non satis possum, virtutis singulas in medio binorum vitiorum, quorum alterum citra resistat, alterum longius quam par sit progrediatur, esse collocatas. Et recte apud Ovidium Dædalus ait filio, *medio tutissimus ibis*. Quod utinam tam a theologis jurisconsultis et medicis quam ab humaniorum litterarum cultoribus observaretur; quorum alteri se rebus inhærere, alteri dictionis elegantiae se studere profitentur: quasi vero aut vocabula propter explicationem rerum non sint inventa, aut corpus egregium, hoc est præclaras, cujusmodi in sublimibus illis disciplinis tractantur, non munda et ornata vestis, hoc est pura et limata deceat oratio. Duplicem profecto laudem merentur, qui res optimas, si non eleganti et splendido, at puro et deserto sermone proponunt. Cujusmodi viros nostra ætas plures cum insigni gloria tulit quam posteritas habitura videtur, nisi aliam rationem studiorum inierimus: sed quid ego censuram in re publica litteraria mihi sumo, cum ipsi mihi diversis ingeniorum ingeniorum censura sit subeunda? Movit me tamen justus fortasse dolor in hanc confusionem gymnasiolorum intuentem, etsi hæc nec temporis nec loci hujus esse videantur. Quare veniam peto, si qua minus ad institutum pertinentia inculcavi; et debetur hæc philosophiæ libertas, quæ quia fere cæteris externarum rerum commoditatibus et ornamentis caret, saltem cogitationis atque orationis vinculis laxioribus astringitur. Quo nomine Socrates se meliore conditione esse quam oratores, qui ad laudem non duco, ut si qua culpa vel hac commemoratione vel conversionis procrastinatione, longiore quidem quam ipse putarem, commissa est, ejus mihi gratiam fieri cupiam; præsertim eum exigui temporis mora, omnis expers incommodi, non cessationem sed fidem et diligentiam meam arguat; quæ nisi mihi otio et commodis meis antiquior fuisset, hoc labore multo citius defungi potuissem. Sed sat sato, si sat bene, ut dicitur. Quod ipsum etiam sedulo me conatum esse cum rem ipsam testaturam confidam, nihil de me ipso addam, quod quamvis amplius aliquid præstitissem, tamen liberalitatis erga me tuæ et erga studiosos homines, quorum commodis tuo sumptu consulis, partem vix exiguam viderer assecutus. Augustæ Vindelicorum, vi Id. April. anno MDLVII.



ΤΟΥ ΛΟΓΟΘΕΤΟΥ ΤΩΝ ΣΕΚΡΕΤΩΝ ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΩΝ ΚΡΙΣΕΩΝ, ΓΕΓΟΝΟΤΟΣ ΔΕ ΚΑΙ ΕΦΟΡΟΥ ΚΑΙ ΚΡΙΤΟΥ ΤΟΥ ΒΗΛΟΥ ΚΑΙ ΠΡΟΚΑΘΗΜΕΝΟΥ ΤΟΥ ΚΟΙΓΩΝΟΣ

ΚΥΡΙΟΥ

ΝΙΚΗΤΑ ΤΟΥ ΧΩΝΙΑΤΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑ

ΑΡΧΟΜΕΝΗ ΑΠΟ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΚΥΡΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΚΟΜΝΗΝΟΥ ΤΟΥ
ΥΙΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΑΛΕΞΙΟΥ.

NICETÆ CHONIATÆ

LOGOTHETÆ SECRETORUM

INSPECTORIS ET JUDICIS BELI, PRÆFECTI CUBICULI

HISTORIA

QUÆ INCIPIT AB IMPERIO JOANNIS COMNENI, ALEXII FILII.

FABROTI BREVIARIUM

PRÆFATIO.

Laudes historiarum, et Nicetæ in hac contextenda consilium.

DE JOANNE COMNENO.

Joannes Comnenus ab Alexio patre, matre aversante, imperio destinatur. Ut imperium firmarit (2). Ejus invidia, amici et consiliarii. Cognati ad Bryenium Comneni sororium deficiunt. Conjuratos tractat clementer Comnenus, Annæ sorori per Azuchum reconciliatur, Irenemque matrem sibi reddit propitiam (3). Joannis

Hier. Wolfii notæ.

* Νικήτα τοῦ Χωνιάτου. Nicetas Latinis Victor est sine Vincentius, Acominatus gentilitium nomen, Choniates patriam, a Chonis Prygiæ urbe, ex qua oriundum se fuisse crebro gloriatur. Cætera sunt dignitatum vocabula. Logothetam ipse Cancellarium interpretatur. Ἐφορος καὶ κριτής τοῦ βήλου quid sit, certo affirmare non possum. Videtur tamen βῆλον Latinum esse; idque ex aliquot locis Constantini de Administratione Romani imperii constare potest: Ἐνδον, inquit, τοῦ βήλου τοῦ κρεμαμένου εἰς τὴν κκιμάραν εἶσι, et εἰσέρχονται ἐν τῷ βήλῳ τῶ κρεμαμένου; εἰς τὸ ἄγιόν φρέαρ. Item διὰ τῶν βήλων ὑπὸ τῶν σιλευντιαρῶν συρομένων. Fortassis secretiorem et selectum indicem per velum intelligit, ob ritum aliquem mihi incognitum. Μαγνῆ fuisse dignitatis munus ex hujus historiarum lectione apparet; ejusmodi apud nos, etsi longe minus, est mære imperii assessorem esse. Ὁ γενικός; ἐπὶ τῶν κρίσεων καὶ ἔφορος fortassis prætor fuit.

Ad Præmium hujus auctoris, ubi suum perspi-

cuitatis studium jactat, homo quidam, ut appare' non infacetus, fortassis Alexander Cartophylax. diaconus Cpolitanus, qui codicem manu sua scriptum Dernschwan vendidit, adnotavit:

Ὅχι οἶδα τί φης ἐνθάδε, Χωνεῖάτα.
Σοφὸν τὸ σαφές συγγραῶν εἶναι λέγεις,
Ἐἴτα γριφώδη καὶ βαραθρώδη γράφεις;

Quid istud est? quid, Choniata, vis tibi?
Orationis lucidum probas decus.
Tenebricosus instar ipse tartari?

nec mehercule sine causa. Nam ex affectatione nescio cujus insolentis elegantiarum et poeticarum dictionis æmulatione in salebras sæpe incidit; et duris, ne ineptis dicam, utitur metaphoris, in Procæmio præsertim, ubi cum primis disertus videri cupit. Quod si totam historiam simili oratione involvisset, in latomias ire quam molestiis conversionis conflictari maluissem. Sed quia tolerabiliter

Comneni expeditiones contra Persas. Scythus arte profligat (4). Triballos debellat. Filios multa charitate prosequitur. Hunnos adoritur et pacem petere cogit. Deinde traducto in Orientem exercitu de Persarmeniis debellatis triumphat (5). Ganyram expugnat et amittit. In Ciliciam movet. Bacam munitissimum castellum oppugnat. Monomachiu Constantii Armenii et Eustratii Macedonis (6). Bacam vi capitur. Anabazæ expugnatio. In Cæleſyriam proficiscitur Comnenus, et cum Antiochenis inicit amicitiam. Pizæ ad deditionem cogit, et variam Martis aleam experitur (7). Sezerim urbem obsidet, quæ pecunia incolumitatem redemit. Persarum insidias repulsat (8). Isaaci Comnenus fratri Joanni reconciliatur. Novæ expeditiones in Persas. Militum indignatio et imperatoris magnus animus. Expeditio contra tyrannum Trapezuntinum, et præclara in Persas belli gesta. Manuelis Comneni filii egregium facinus ad Neocæsaream (9). Joannis Isaacii filii a patre imperatore ad sultanum defectio; unde non exigua incommoda. Christianos quosdam perduelles imperator debellat, et calamitatibus domesticis premitur (10). Antiochenæ expeditionis malum consilium Violatæ urbis dat pœnas. Comnenus, in venatione venenato suo telo vulneratus, unde plaga immedicabilis. De ejusdem obitu oracula (11). Joannis Comneni morituri oratio ad cognatos, amicos et magnates. Manuelem isaacio natu majori præfert et successorem nominat. Ab omnibus Manuel imperator salutatur. Joannis Comneni obitus et elogia (12).

DE MANUELE COMNENO.

LIB. I. Manuel Joanni Comneno patri succedens Isancium fratrem natu majorem in monasterio includit, et seditionis ansam præcidens a Byzantinis ob animi et corporis dotes eximias cupide suscipitur (1). A Michaeli patriarcha diademate ornatus, et cum fratre reconciliatus, in Persas movet semel et iterum. Uxorem duxit Alemannam quamdam, egregia forma et hercico animo mulierem, quam negligit incestu pollutus (2). Joannem Hagiotheodoritem imperii cancellarium et Joannem Puzenum (eujus tenacitas sordida, inhumanitas item et avaritia describitur) supremum quæstorem constituit. Hagiotheodorites a Theodoro Stytiota loco pellitur. Manuelis virtutes, quæ paulo post immutantur (3). Conradi Germanorum imperatoris expeditio Hierosolymitana. Alemannorum legatis Manuel benigne respondet, sed ciam insidiatur; et Græcorum legiones Alemannicum exercitum, Philippopolitani episcopi aulica facundia circumductum, comitari jubet (4). Alemannorum et Græcorum dissidia. Exercitus Conradi incommoda, quem Græci ferro, fraude, veneno, Manuelis jussu et exemplo, persequuntur (5). Turcas hostes intensissimos Germanicus exercitus aloriri constituit. Conradi ad milites pia et acris oratio. Atrox pugna et illustris victoria de Turcis reportata (6).

LIB. II. Rogerius, rex Siciliæ, Corcyrum occupat, Acarnaniam, Ætoliam, et oram maritimam vastat, Bœotiam Corinthum diripit, Acrocorinthi arce recepta (1). Manuelis expeditio contra Siculos. Corcyræ oppugnatio, et Contostephani magni ducis interitus (2). Cosmas patriarcha ob vaticinium de Contostephani interitu pridem editum dignitate exiit. Contostephano succedit magnus domesticus (3). Ligneam turritam scalam Manuel in Corcyrenses obsessos exstruit, quam Pupaces et alii CCCC conscendunt. Fracta autem scala plerique pereunt: Papaces autem mirabiliter evadit (4). Seditio cruenta inter Græcos et Venetos, qua ægre sedata et exercitiis reconciliatis oppugnatur denuo Corcyra et tandem deditione recipitur (5). Manuelis irrita in Siciliam expeditio. Serviam populatur. Michael Palæologus rem gerit facilliter adversus Siculos (6). In Servios et Hungaros expeditiones Manuelis et triumphus. Cum Scythis Calamannus male pugnat. Alexius Bryennius, Joannes Ducas et Constantinus Angelus a Siculis captuntur (7). Manuel cum Rogerio Siculo pontificis Romani hortatu pacem inicit: sed paulo post mutæ inimicitie recrudescunt (8).

LIB. III. Manuelis Hungarica expeditio. Hunnicæ grassationes (1). Andronici et Manuelis incestus. Andronicus affinitum insidiis in carcerem conjecus elabitur uxoris opera: sed in itinere interceptus reducitur in custodiam (2). Ludicrus pugnas equestres Antiochiæ Manuel instituit. Ejus copie dimissæ cladem a Turcis accipiunt (3). Theodorus Stytiotes ob Camateri logothetæ calumnias obcæcatur. Expostulatio Nicetæ cum divina providentia. Camateri logothetæ mores, bibacitas et voracitas (4). Manuelis secundæ nuptiæ. Nicetæ expostulatio cum Deo de Turcis grassationibus. Iconiensis sultani et Cappadocis toparchæ dissidia: sultanus ad Manuelem confugiens magnifice excipitur. Terræ motus apparatus eorum turbat. Agareus quidam, novus Icarus, suæ temeritatis fuit pœnas (5). Clyzathlanes Iconii sultanus ingentibus donis a Manuele effectus, Iconium reversus fidem fultit, et Manuelis subditos vexat atque oppugnat (6). Fucata sultani et Manuelis amicitia; unde vastationes et clades mutæ (7).

LIB. IV. Manuel affinem Stephanum, Hunnorum regis fratrem, frustra Pannoniæ regem facere conatur; nam Stephanus ab Hunnis veneno tollitur, quibus Manuel bellum indicit (1). Andronicus semel et iterum mirandis artibus vinculis elapsus tandem Manueli patriuelli reconciliatur (2). Michaelis Branæ ingenuitas. Manuelis Pannonica expeditio, et Zeugnini oppidi recuperatio, in qua variæ belli facies (3). Deses Serviæ despota cogitur ad obsequium. Alexius Hungarus, Mariæ Manuelis ex Alemanna filie maritus, imperio destinatur. Andronico refragante, qui cum Toruse Armenio infeliciter bellum gerit (4). Andronicus ob illicitos cum Philippa imperatricis sorore et Theodora Balduini vidua amores Manueli exosus, variis agilitus fortuna, cum tribus liberis et Theodora ad sultanum Chaldæum confugit (5). Manuel princeps sollicitus et suspicax Alexium protostratorem virum innocentem ad cucullum induendum adigit. Unde Manuel in Alexium malus

Hier. Wolfii notæ.

loqui incipit cum ad rem ipsam ventum est, hanc quoque operam studiosis historiarum dare volui, ut Zonaræ opus hac appendice plenius redderetur, ea tamen libertate usurpata ut sententias auctoris appendam, verba adnumerare non necesse habeam. Ut autem in illo feci, ita hic etiam obscuriora loca et varias lectiones adnotabo. Usus enim hic quoque sum duobus codicibus, quorum alterum D. Antonii Fuggeri, alterum herilis bibliotheca suppeditavit. Accessit tandem, ut in Zonara quoque, præter expectationem meam, tertius Augustanæ rei publicæ codex, vetustus admodum, principio et sine mutilis, nec reliquis partibus ubique incolumis. Qui si integer fuisset, eum solum et in exscribendo et in convertendo secutus essem: videtur enim ex

germano auctoris archetypo bona fide descriptus et eam simplicitatem præ se fert quæ in hoc Pro. ænio promittitur, ne barbaris quidem vocabulis evitatis; quæ causa aliis fuisse videtur ut paraphrasin (utinam minus affectatam) hujus operis scribendam susceperint et de suo non pauca orandæ orationis ergo addiderint. In Byzantino codice non modo complures versus, sed pluribus in locis etiam integra folia, eaque sub finem operis amplius xv, defuerunt; quæ ego ex herilis bibliothecæ codice describenda curavi et converti, tutius esse ratus supervacanea addere quam minus necessaria prætermittere, præsertim cum vetustus quoque codex eadem res, licet diverso genere orationis, contineret.

animus (6). Aaron, Sclerus, Sicydites, insignes nebulones, ob magiam, perfidiam, et calumnias excæcati; et Auroi postea Isaacii jussu lingua exsecta. Manuel cum magna omnium gratia et laude nova castra in Asia condit (7).

LIB. V. Manuel ex duobus status altera erecta altera ejecta, bello Hungari Andronicum Contostephanum præficit, et victoriæ omen de Hungari lapsu arripit. Pannonii se ad bellum accingunt (1). Andronicus neglecta Manuelis superstitione astrologica milites ad pugnam hortatur (2). Utriusque exercitus dispositio. Pugna: victoria penes Andronicum, qui fama territus Istrum trajicit. Manuel autem de Pannoniis superalis triumphat (3). Contra Servios Manuelis expeditio; item contra Ægyptios, Amerigo Hierosolymorum rege auxilia pollicente (4). Amerigus pedem refert: nihilominus tamen Tamiathum obsidet Andronicus, et variis modis oppugnat (5). Fraude Amerigi Andronicus Tamiathi expugnatione frustratus, milites ad oppugnationem redintegrandam hortatur (6). Tentata expugnatione Amerigi dolis irrita redditur, et Græci Tamiatho domum redeuntes naufragio fere omnes pereunt. Sarraceni pacem cum Manuele firmant (7). Nascitur Manueli filius Alexius imperator designatus. Manuelis gener Pannoniæ regnum occupat, et marchionis Montisferrati filio Mariam filiam dat uxorem (8). Manuelis cum Venetis controversiæ, bellum et pax sancita (9).

LIB. VI. Sultanum Persicum Manuel adoriri constituit. Dorylæo et Subleo instauratis: se ad bellum aperte accingit (1). Manuel sprete sultani pacem petentis legatione superbiæ suæ dat pœnas, temerarium iter ingressus, in quo insigni clade afficitur (2). Capitania Manuelis pericula, quæ ægre superat, multis suoribus et illustrissimis quibusque cognatis desideratis (3). Novæ cædes, ex quibus elapsus Manuel et ad legiones accedens conviciis acerbissimis pungitur, quæ patienti silentio obruit (4). Ignavissimum Manuelis de clandestina fuga consilium a gregario milite arguitur. Sultanus ultro Manueli pacem offert; unde Græcorum exercitus salus. Nicetæ de somnio Manuelis et Mauropuli ante infelicissimam illam pugnam narratio (5). Pace sancita Græcos Persæ nihilominus infestant. Manueli conditionibus pacis haud satisfaciendi sultanus bellum infert (6). Manuel per legatos sultani exercitum præda onustum cædit et ad interneccionem delet (7). Alia Manuelis expeditio in Persas cum infelici eventu. Turci Claudiopolin a Manuele protectam frustra oppugnant (8).

LIB. VII. Manuelis in Fridericum Cæsarem et Occidentale imperium dolosæ artes. Anconæ obsidio et propugnatio (1). Nicetæ de Manuelis consilio iudicium. Manuelis rapacitas, profusiones et inconsulta in ignotos benevolentia; unde maxima rei publicæ labe (2). Ædificia et luxus Manuelis, austeritas item in monachos, quos ad rigidiorum instituti sui professionem revocat (3). Negligentia ejusdem circa disciplinam militum, quos nimia licentia reddit deterrimos (4). Aula et militia perturbatis animum curiose ad theologiam applicat, de præcipuis doctrinæ Christianæ articulis temerarie definiens (5). Insanit deinde circa Machometis blasphemias, quas doctis et piis viris nequidquam reclamantibus edicto confirmat (6). De Manuelis interitu præsagium observatum signum in monastico habitu, ab astrologis dementatus, moritur. Successor, imperii tempus, et sepultura ejusdem (7).

DE ALEXIO COMNENO MANUELIS F.

Puerilis ætas Alexii, Manuelis filii et successoris, aulicorum item in improbitas imperium Græcorum pessumdat (1). Andronicus Comnenus, sequentium tragædiarum pars maxima, cum Manuele reconciliatus Œneam ablegatur, ut in otio post longinquos errores se recrearet (2). In solitudine sua Andronicus imperii occupandi cudit consilia (5). Maria Cæsarissa, Alexii pueri imperatoris soror. Alexii protosebasti, qui in aula rerum potiebatur, potentiam ægre fereus conjurationem inicit (4). Consilio suo frustrata seditionem concitat, Byzantini populi favore adjuta (6). Seditionis a Maria concitata effecta. Protosebasti conatus Pugna cruenta (6) Mariæ maritus suos ad pugnam instaurandam hortatur, et impetum facit in protosebasti milites, patriarchæ Theodori auctoritate pax restituitur (7). Ignominiosi hujus belli detestatio. Patriarcha dolis protosebasti loco movetur, et paulo post restituitur (8). Andronicus aperte imperium affectat. Protosebastus imperatricis favore innixus, quos et quibus potest modis sibi conciliat et Andronico reddit adversarios. Andronicus autem viribus haud destitutus in instituto pergit (9). Protosebasti classis contra Andronicum. Iphitini legati, magni ducis et aulicorum fere omnium ad Andronicum defectio (10). Cypolitanarum rerum mira conversio. Protosebastus in vincula conjectus excæcatur. Latini seu Franci urbe pelluntur (11). Futurorum præsagia. Patriarchæ cum Andronico congressus et colloquutiones (12). Andronici cum imperatore Alexio et matre ejus congressus. Mendicus in Andronici gratiam a plebe vivus exurit. Ad Manuelis sepulcrum Andronicus qua fronte et voce accesserit (13). Suo arbitratu rem publicam Andronicus administrat, in nobiles quosque grassatur, Joannem Cantacuzenum excæcat. Mariam Cæsarissam ejusque maritum veneno tollit (14). Alexii et Irenes Andronici nothorum incestæ nuptiæ. Theodosius patriarchatu cedit, et successorem habet Basilium Camaterum (13). Sultanus Iconii in Oriente grassatur. Magnus domesticus Joannes Comnenus arma movet in Andronicum cujus exercitum fundit et fugat. Joanne mortuo ejusdem filii in Andronici manus incidunt et excæcantur. Alexius puer coronatur (16). Andronicus imperatrici struit insidias. In Andronicum conjuratio facta detecta et excæcatione multata. Imperatricis miserabilis interitus (17). Consiliariorum et aulicorum ignavia summaque improbitate Andronicus imperator designatur, salutat, et Alexio puero, Manuelis filio, præfertur, qui paulo post ab Andronico non tantum imperio, sed et vita crudeliter spoliatur (18).

DE ANDRONICO COMNENO.

LIB. I. Alexii elogium. Huic succedit Andronicus Comnenus, qui jam provecæ ætatis sobrini sponsam adolescentulam nondum xi annos natam uxorem ducit. Pontifices adulatores deludit et merito præmio donat. Lapardas, vir bellicosus, ab Andronico deficit; sed interceptus, erutis oculis in monasterium conjicitur (1). Relaxatis curis, Andronicus ad Nicæam obsidendum profisciscitur. Oppugnationis varii eventus (2). Theodori Cantacuzeni interitus. Isaaci Angeli segnities. Nicolai pontificis pavor fuit occisio Nicææ dedenda. In oppidanos sævit Andronicus, et Isaacium comiter excipit (3). Prusæ excidium, et in Prusenses Andronici crudelitas. Angeli Theodori excæcatio, nobilium multorum supplicia. Andronici in theatro periculum (4). Isaacius Comnenus Cyprum occupat et in ea tyrannum agit; unde Andronico metus (5). Macrodocus Constantinus et Ducas Andronicus, Andronici familiares et consiliarii, mira quadam ratione ultimo afficiuntur supplicio. Populi affectus sub illa tyrannide, cui Andronicus legum auctoritatem prælexit; et paulo post Sebastianos fratres laqueo suffocat (6). Alexius Comnenus, Manuelis ex fratre nepos. Siciliæ regem in Græcos concitat. Dyrrachium et Thessalonicam Siculi occupant. Thessalonicensium urbe dedita miseris (7). Siculorum grassationes horrendas in Thessalonicenses, qui domi se continebant (8). Eorundem immunitas in

miseros, qui ædibus relictis per vicos vagabantur et in plateis considerebant. Insolentia in eos qui religionis ergo conveniebant in templis. Eustathius Thessalonicae episcopus sua intercessione cives subleval (9). Andronici crudelitas in Irenem filiam notham, ejusdemque maritum; corruptorum iudicium qui conjugium istud probaverant insectatio. Mamatus scriba crudelissimo ignis supplicio affectus (10). Disypatus Georgius, magistri templi lector, conjicitur in vincula. Tripsychus Constantinus diligentissimus tyrannidis Andronici minister, volubili quadam rerum vicissitudine eversus excæcatur (11).

LIB. II. *Andronicus Siculis victoribus parum feliciter resistit (1). Ejusdem apparatus ad Cpolitanae urbis, quam obsidere cogitabant Siculi, defensionem. Negligentia, luxus, satellites, canis, crudelitas Andronici (2). Contra ejusdem præclaræ quædam virtutes proponuntur, nempe benignitas in pauperes et reipublicæ cura (3). Gravis oratio Andronici de imperatorum negligentia (4). Severitas Andronici naufragorum incolumitati consulit. Alia memoranda in reipublicæ commoda ordinat. Æquus est subditis, eorumque oppressores multat. Doctorum amans, sed disputationibus de religione infensus (5). Saturnina Andronici statua. Imagines imperatricis quam suffocaverat cur transformaverit. Templum XL martyrum instaurat, et exiliis suis gloriatur (6). Crudelis Andronici consilium de tollendis omnibus seditiosorum cognatis. Universæ eorum familiæ condemnantur (7). Edicti crudelis exordium et summa ejusdem excogitatio. Manuel Andronici filius edicto re-fragatur (8). Impietas Andronici ad Engastrimythos dæmonum servos abeuntis, ut successorem nosset. Mali genii æstro percitus malum imminens minime videt (9). Hagiochristophorita dum Angelum Isaacium occidere studet, occiditur; Isaacius autem in templo supplex populum concitat (10). Seditioem comprimere dum studet Andronicus, accendit. Joannes Ducas frustra ambit imperium; nam Isaacius Angelus imperator designatur; unde Andronici fuga (11). Palatium a plebe direptum: captivitas Andronici, qui miserabiliter exagitat a plebe Cpolitana atrocissimis cruciatibus occiditur (12). Andronici elogium, vaticinium, sepultura. Et de ejusdem interitu vaticinium (13).*

DE ISAACIO ANGELO.

LIB. I. *Commoda Isaaci Angeli initia. Expeditio contra Siculos. Andronici filii excæcantur. Siculi exercitus isocordia (1). Branas Isaacii legatus profligat Siculos quorum duces capti et terrestres exercitus misere dissipatur. Alexius Comnenus belli fax captus excæcatur (2). Siculæ classis calamitates. Isaacus Siciliæ regis petitionem contemnit, duces captivos conjicit in carcerem, deinde educit et pro se orantes audit (3). Benevolentia Isaacii in duces captivos et alios quoscunque dictis testata, quibus facta minime respondent. Clizasthlanis sultani grassationes. Secundæ nuptiæ et sordes Isaacii. Mysorum seu Blachorum defectio (4). Calamitosa in Cyprum expeditio adversus Comnenum Isaacium, cujus mandato Rentacenus Basilus crudeli supplicio afficitur. Blachos a furiosis et dæmoniis ad bellum concitatus Isaacius Angelus sua negligentia confirmat (5). Blachicum bellum a ducibus male commissum; et Joannis Cantacuzeni letalis temeritas. Branas Alexius seditioem movet in Isaacium, imperatorio nomine usurpato; Byzantium obsidet, et cum Isaaci milite ante urbem manus conserit; et per pisces Propontidis imperatoriam classem fatigat (6). Conradus Cæsar Montisferrati marchio Isaacium nutantem confirmat, et non modo precibus verum etiam ensibus hostem repellendum esse docet. Isaacii ad milites hortatoria oratio (7). Inter duos exercitus eertamen. Branas a Conrado interficitur. Constantini Stethati astrologi interitus (8). Branas capiti et uzori Isaacius victor insultat; seditiosis ignoscit, et ut sacrificulus irridetur (9). Suburbana Byzantii ædificia diripiuntur et incenduntur, optices Latinorum ædes direpturi male mutantur, sed pro meritis. Latinorum solers commentum (10).*

LIB. II. *Isaaci Angeli in Blachos expeditio. Conradi Cæsaris in Palæstina interitus. Ideo de Chasiorum audacia narratio. Græci a Blachis cæduntur, et Isaacius pedem referre cogitur (1). Theodori Mangaphæ imperium affectantis defectio is a sultano proditus conjicitur in carcerem (2). Friderici Barbarossæ in Palæstinam expeditio. Legati vecordes Fridericum et Isaacium committunt. Armeniorum et Alemannorum in religione consensus (3). Mutationes varix in ecclesiastico statu tunc temporis, et Isaacii astutiæ in his mutationibus descriptæ (4). Protostrator Friderico frustra insidiatur. Græci fugantur ab Alemannis, qui inconstantiam superbam Isaacii experiuntur et ei derident (5). Friderici in Orientem trajectus, non aversante Isaacio. Philadelphiensium perfidia et Laodicensium hospitalitas. Turcos perfidos Fridericus maximis damnis afficit (6). Pugna Friderici ad Iconium. Alemannici cujusdam herois fortitudo (7). Friderici submersio et præclarum elogium. Ejusdem filio mortuo Alemanni rebus infectis domum redeunt. Francorum et Anglorum expeditio in terram sanctam quam vocant (8).*

LIB. III. *Isaacii familia et diuturni imperii imaginatio. Pseudalexii seditio et interitus (1). Alterius Pseudalexii et Basilii Chozæ crebræ seditioes et exitium. Procerum nonnullorum supplicia (2). Clades Isaacii in Blachica expeditione. Hannonem imitatus falsam jactat victoriam et inanes magnarum rerum et imaginationes (3). Blachorum et Scytharum grassationes. Serviorum Pepanus victus. Constantinus Angelus repressis Blachis affectat imperium, sed derisus a Batatzæ et a milite prodilus excæcatur; unde Blachis gaudium et Græcorum subsannatio (4). Isaacii vecordia. Theodori Castamonitæ potentia et interitus. Pueri duo imperatores imperium administrant (5). Luxus et ineptiæ Isaacii, atque in ædificiis publicis ac privatis immensi sumptus (6). Ejusdem sacrilegia, avaritia et alia scelera, necnon quædam virtutes describuntur (7). In Blachos expeditionem suscipit. Frustra monetur de fratris insidiis. Basilacus futuus vates Isaacio excæcationem denuntiât (8). A fratre Alexio Isaacius imperio et oculis privatur (9).*

DE ALEXIO COMNENO ISAACII ANGELI FRATRE.

LIB. I. *Græcorum in Isaacii adverso casu affectus. Alexii parricidæ, novi imperatoris, profusiones et reipublicæ cura posthabita. Contostephani Alexii seditio opprimitur (1). Alexius a cunctis per malas artes acceptus in urbem ingreditur, infelicis imperii omina (2). Angeli cognomentum Alexius repudiat, et Sardaniapalum agit. Euphrosyna imperatrix virago, sed superba, luxuriosa et impudica. Pseudalexii Cilicis seditio et interitus. Isaacii Comneni in seditiois apparatu interitus (3). Blachi conditiones pucis ab Alexio oblatis aspernantur. Asanis de fama et de Alexio imperatore disputatio. Isaacius sebastocrator ab Asane capitur (4). Asani sacrificulus necem prædicat, et paulo post Asan interficitur ab Ibanco (5). Græcos Ibancus in auxilium vocat, sed ab eis nihil adjuvatur, ad Alexium se confert, cui utilem navat operam (6). Persæ Græcos bello aggrediuntur, et Dadibrum urbem occupant, Amerigi, Friderici Barbarossæ filii, ad Græcos legatio (7). Alexii responsio, et ostentatio ab Alemannis derisa, ingentem auri vim singulis annis persolvi sibi petit Amerigus; inde inter Græcos tributum exactum est quod Alemannicum dicebatur: Alexius autem sepulcra spoliât (8).*

LIB. II. Nicetas insultat Amerigo mortuo, illiusque in Siculos crudelitatem exaggerat. Caphures Genuensis pirata a Joanne Stirione opprimitur (1). Turbæ in aula Alexii imperatoris, cujus cognati omnia videntur. Euphrosyne imperatrix Constantinum Mesopotamitanum evellit: ideo a frotre et genero adulterii accusatur; unde Batatzis nobilis adolescentis proditoria cædes et Alexii factum indignum (2). Alexii irrita contra Blachos expeditio Euphrosyne in monasterium abstruditur, sed delatorum opera revocatur (3). Constantini Mesopotamitani sacrificuli et versutissimi aulici miræ artes describuntur, in altum sublatus casu graviore ruit (4). Temeritas Alexii in Iconiensi sultano concitando. Sultanus oppida quædam ex improvise capit. Antiochia Phrygiæ maximo periculo mire liberatur. Sultani in captivos humanitas. Alexii fulles ad bellum apparatus (5). Alexius inconsulte in se ipsum sævit. Imperatricis deliberationes de imperii successore. Miscrimus imperii status; et Scytharum in Thraciam eruptio (6).

LIB. III. Alexii contra Chrysum Blachum bellica expeditio, et irrita Prosaci munitissimi castelli oppugnatione. Chrysus ex hoste fit Alexii affinis (1). Scytharum incursio in Macedoniam. Nuptiæ filiarum Alexii. Ibongi defectio, et in eum expeditio, protostratori Manueli Camyzi infausta (2). Controversiæ inter Græcos de eucharistia, et theologorum variæ sententiæ (3). Ibancus Alexii perjurio deceptus capitur. Euphrosyne imperatrix oppresso Contostephano res futuras profana curiositate investigat. Caichosræn sultanum Rucratius frater Iconio pellit (4). Comani a Rossis et Calyza principe Christiano repressi. Calomidiæ divitis negotiatoris comædia. Joannis Lagi tragædia (5). Joannis Comneni Crassi seeditio. Alexii spoliatio navium et perfidia in Rucratium. Michaelis defectio. Periculum Alexii a naufragio et ruina (6). Eudocia Alexii filia a Stephano Triballo repudiata, Mysi Constantiam et Varnam expugnant. Prolostrator ad Chrysum deficit. Spyridonacæ defectio. Alexius tandem seditiosos coercet (7). Ad cladis Brytanniæ descriptionem accedens Nicetas Alexii imprudentiam proponit, qui de Isaacio fratre securus est. Comneniorum fratrum rapacitas et profusiones (8). Veneti nullis injuriis ab Alexio et Comneniis fratribus affecti, Henrici Danduli ducis sui consilio bellum contra Byzantinos parant. Alexius Angelus Isaacii filius cum Veneta classe se conjungit. Imperator classem hostilem contemnit, quæ in Græciam vela dat (9). Byzantii obsidio. Velitationes Græcorum et Latinorum. Incendium Byzantii. Alexius frustra tentatis armis Debetum profugit, imperio spoliatus. Ejusdem elogia (10).

DE ISAACIO ANGELO ITERUM IMPERATORE.

Alexio fugato Isaacius excæcatus iterum imperator salutatur, qui fratris fugam Alexio filio et Latini exercitus ducibus denuntiat. Latinis sacra et profana vix sufficiunt (1). Synagogæ Sarrucenorum direptio causa incensæ urbis. Hujus incendii luctuosissimi descriptio (2). Alexius Comnenus relictum imperium frustra repetit. Isaacii et Alexii filii desidium, turpitudine, vecordia monachorum assentionibus fovetur. Minervæ nativum æream plebs comminuit (3). Latini raptis, incendiiis, ferro grassantur in Byzantinos. Alexius Ducas Murzufus Latinis resistit. Seditio contra Isaacium et Alexium Angelos (4). Nicolaus Canabus adolescens a plebe invitatus imperator inauguratur. Isaacio animam agente Alexius filius sibi consulit. Murzufus astute deficiit, et Canabo oppresso vita spoliatur (5).

DE ALEXIO DUCA MURZUFLO.

Alexii Ducæ Murzufi ingenium. Locupletibus multatis bello se parum feliciter parat. A Latinis fugatur (1). Pacificationis conatus irriti. Urbis oppugnatione, expugnatione, et incendio. Eques unus Latinus Græcos in fugam vertit (2). Murzufi fuga. Theodorus Ducas et Lascaris frustra de imperio contendunt. Urbis direptio et sacrilegiorum deploratio (3). Latinorum in urbe deproditiones et alia flagitia. Eorumdem insectatio. Sarraceni Latinis humaniores (4). Deploratio urbis prolixè descripta per Nicetam (5). Confessio et invocatio. Multiplex item consolatio et ad pœnitentiam adhortatio (6).

DE REBUS POST CAPTAM URBEM GESTIS.

Nicetas rationem reddit cur post expugnatam a Latinis Cpolis Solonis exemplum non sit imitatus (1). Græcorum cladem nulla prodigia præcesserunt. Captæ urbis miserimus status. Nicetæ peculiaris conditio miris modis conservatur Nicetas, qui nobilem virginem a raptoris manu prudenter vindicat (3). Cum mænidibus urbis Nicetæ expostulatio et urbis allocatio inaniaque vota (4). Nicetæ et aliorum exsulum fortuna, populi item et militum licentia describitur (5). Inter duces Latinos sortitio provinciarum nondum subactarum. In comitiis regis sortitionis ritus. Balduinus, Flandriæ comes, Danduli opera creatur imperator. Eiusdem elogium (6). Balduinus imperium stabilire studet. Ad eum Bonifacius marchio deficit, et reconciliatus Græciam occupat (7). Henricus Baluini frater et Petrus Plancius Asanias urbes occupant. Prusæ irrita obsidio. Theodorus Philadelphiensis ab Henrico profligatus. Marchionis in Græcia grassationes. Leonis Scurii Nauplii tyrannis. Michael Choniates Leonem placat (8). Scurus Alexii imperatoris filiam Eudociam ducit. Murzufi miserabilis interitus. Marchio Græcia potitur. Scurus Acrocorinthum confugit. Alexius imperii insignibus exiit (9). Græci milites a Latinis repudiati Blachorum ope urbes ad defectionem impellunt. Latini Occidentales urbes recuperare satagunt. Græcorum clades ad Arcadiopolim. Adrianopolis obsidio. Latini a Scythis in insidias pellecti a Bachis capiuntur et occiduntur. Dandulus effugit (10). Græci a Scythis et a Latinis vexantur. Mysorum et Latinorum pugna ad Serras. Marchio Thessalonicensium defectionem ulciscitur. Alexii relegatio. Marchionici denuo a Scythis vincuntur et urbes amittunt. Latini in Thracia grassantur (11). Henricus Baluini frater Aprum vi expugnat, Orestiadem frustra oppugnat. Petri Plancii casus. Lues et James obsidionem solvunt. Didymotichum Euri exundatione defensum. Græciæ miserimus status (12). Mauzormes Lascaris et Comnenus in Oriente de imperio contendunt. Philippopolim Blachi, Thraciam Scythæ vastant. Latini ad Rusium cæsi a Scythis (13). Mullarum urbium Græcarum excidia. Athyræ et aliarum calamitas. Joannes Dydimotichum frustra oppugnat (14). Latini Adrianopolitanis et Dydimotichinis opem ferunt. Thraciæ vastitas a Scythis et Blachis facta. Augurium corvorum et cornicum Græcia in tyrannides distracta. Nicolai archiepiscopi Corinthii interitus (15). Orientis status. Aldobrandinus Pergami tyrannus. Cretam Genuenses occupant. Aitallam Caichosroes frustra oppugnat. David Comnenus Latinorum fretus auxilio Lascari resistit (16). Petrus Plancius Pegas occupat. Henricus, Baluini frater, imperator designatur. Græcorum militum perfidia. Baluini miserabilis interitus. Constantini Tornicis mors cruenta. Fatalia urbis simulacra confringuntur (17). Latinorum diligentia et Romanorum ignavia. Henricus Blachos profligat. Adversus iniqua hominum de se judicia querela Choniata, qui finem historiæ suæ imponit (18).

ΝΙΚΗΤΑ ΤΟΥ ΧΩΝΙΑΤΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑ.

NICETÆ CHONIAΤÆ HISTORIA.

1. Utiliter inventæ sunt historiæ, neque parvas A iis qui rebus melioribus student commoditates suppeditant, tum vetustatis memoria repetenda, tum ingenii hominum explicandis, tum variis eorum conatibus ob oculos ponendis, quibus animorum magnitudo et honestatis amor ab ipsa natura fuit insitus. Jam quia vitia perstringunt et præclaras actiones celebrant, moderatiores plerumque reddunt et meliores homines, tam ad vitia quam ad virtutem propensos, iis duntaxat exceptis, qui turpissima educatione corrupti ac mala consuetudine depravati nullam virtutis rationem habent, qua nihil est in rebus humanis præclarius aut magis expetendum. Ad hæc ii quos monumenta historiarum complectuntur, quamvis mortales et obnoxii B fati jam olim vitæ quasi pensum absolverint, immortalitatis quodammodo sunt compotes. Nam prout turpiter aut honeste vixerunt, ita male aut bene audiunt; ac animus quidem in locum suum abit, et corpus in primordia e quibus compositum fuit resolvitur: actæ autem vitæ ratio, sive sancta et justa, sive nefaria et injuria, obitusque sive felix sive calamitosus, clara historiæ voce prædicatur, Quamobrem haud abs re liber viventium appellabitur historia, rerumque gestarum descriptio tubæ clangor, quo jam olim mortui velut e sepulcris excitati in medium producuntur. Atque hæc de historiarum utilitate breviter percurrere volui. Neque vero quisquam adeo vecors est, quin eam lectoribus

1-4 [P. 2]. A'. Αἱ ἱστορίαι δὲ ἄρα κοινωφελὲς τῆ χρημῶν τῶ βίῳ ἐφεύρηται, εἴπερ ἐκ τούτων οὐκ ὀλίγα ἔστι ξυλλέγειν τὰ βελτίω τοῖς ἡρημένοις. Βι-
δύται γὰρ τὰ ἀρχαῖα καὶ ἔθη αὐτὰ διατρανοῦσιν ἀνθρώπειαν καὶ πολυπειρίαν ὑποτιθέασιν, ὁπόσοι (1) τῶν ἀνθρώπων μεγαλογνώμονες καὶ τοῦ καλοῦ αὐτόφωτον τρέφοντες ἔρωτα· καὶ κακία δὲ παρ' αὐταῖς κωμφοδουμένη καὶ ἀγαθοπραξία ἐξαιρομένη μετρίου ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἐπιδιδόντας τοὺς παρ' ἐκότερα τιθέασιν βέποντας, ὅσοι τέως οὐχ ὑπ' αἰσχίστης συνηθείας καὶ φαυλοτάτης ἔξεως ἀνεπιστρέφως ἔχουσι τοῦ πολυεράστου χρημάτος ἀρετῆς· ἐπεὶ καὶ ἀθανάτοις εὐλοκασί δῆπουθεν θνητοὶ καὶ ἐπίκηροι γεγονότες καὶ πάλαι τὸ ζῆν ἐκτοξεύσαντες, ὅσους παρειλῆφει τὸ ἱστορεῖν. Ὁρθῶς γὰρ ἡ τούναντιον φαύλως βεβιωκότες εὖ τε καὶ αἰσχροῶς ἀκούουσιν. Καὶ τοῦ μὲν ἐς ἄδου βέβηκεν ἡ ψυχὴ (2), πρὸς δὲ τὰ ἐξ ὧν ἡρμόσθη τὸ σῶμα ἐπολινοδρόμησε· τὰ δὲ παρ' αὐτοῦ βεβιωμένα· κἂν δόσια εἴη κἂν δίκαια, κἂν ἀθέμιτα κἂν ἐφύβριστα, κἂν ἐβίω εὐδαίμωνος, κἂν κακοπραγῶν ἀνεχρέμψατο τὴν ψυχὴν (3), ἡ ἱστορία διαπρυσιῶς βοᾷ. Ὡστε καθ' ἕτερόν τινα τρέπον καὶ λόγον καὶ βίβλος ζώντων ἡ ἱστορία λεχθήσεται, καὶ σάλπιγξ περιτρανος τὰ γραφόμενα, τοὺς πάλαι τεθνεώτας ὡς τῶν σημάτων ἐξανιστῶσα καὶ ὑπ' ὄψιν τιθεῖσα τοῖς βουλομένοις. Ἄλλὰ τοιαῦτα μὲν ἡ ἱστορία, ὡς ἐπιτρέχοντά με εἰπεῖν, αὐτοῖς δὲ τοῖς ἐπιούσιν οὐμενοῦν οὐδαμῶς χαρῆσσα. Μὴ οὕτω μανείη τις ὡς ἡδίων ἡγεῖσθαι τι ἕτερον ἱστορίας ἢ γὰρ οἱ πολυτεῖς τῶν ἀνθρώπων καὶ Τιθω-

Hier. Wolffi notæ.

(1) Πολυπειρίαν ὑποτιθέασιν ὁπόσοι. Ambiguum C est, utrum historiæ multiplicem experientiam eorum qui magnis ingenii præditi atque ab ipsa natura ad decus et honestatem conformati sunt proponant, an vero homines ingeniosi duntaxat et virtutis amantes varia exempla rei bene gerendæ ex historiis petere soleant. Incertum enim est, utrum post τὸ ὑποτιθέασιν subintelligendum sit ἐκείνων an ἐκείνοις. Fortasse scriptori Thucydidis salebræ placuerunt, qui oracula potius quam historiam scribendam suscepit.

(2) Τοῦ μὲν ἐς ἄδου βέβηκεν ἡ ψυχὴ. Imitatio Homericæ magis, ψυχὴ δ' αἰδούσε βέβηκε, quam Christiana. Quare ego, evitatis quantum licuit istiusmodi ineptiis, reposui ea quæ nec a religione

nec ab usitata loquendiratione abhorreere videbantur; consilium meum doctis et candidis haud dubie probabitur. Si qui autem semidocti et scrupulosei homunciones vel negligentiam vel licentiam vel inscitiam meam accusabunt, τοῦτοις ἐγὼ χαίρειν καὶ ἐβρώσθαι φράσω. Neque enim tanta res est, et a natura et studiis meis alienum ut quemquam cupiam κλαλεῖν καὶ οἰμώζειν. Illud vellem, si quid optando proficeretur, in plerisque lectoribus aut minus esse arrogantis aut plus eruditionis et industriæ.

(3) Ἀνεχρέμψατο τὴν ψυχὴν. *Excreavit animam*; ut Zonaras sæpe ἐξηρεύετο *eructavit*, sed de impiis fere tantum.

νου παλαιότεροι καὶ τρικώρωνοι (4), εἰ τῷ βίῳ εἰ περιῆσαν, ἦδεσαν ἄν καὶ ἐξηγοῦντο τοῖς φιλακροάμοσι, τὰ τῆς μνήμης ἐμπυρεύοντες καὶ τὰς τῶν πράξεων ῥυσσὰς ἀνασκάλλοντες (5), ταῦτα δὴπου προθεῖη καὶ ὁ φιλόστοργος, κἄν οὐδέπω παρηλλάξει τὸν μείρακα. Διὰ τοῦτ' οὖν καὶ αὐτὸς τὰ τοῖς κατ' ἐμὰ χρόνοις γεγενημένα καὶ ἀνόπιν ἔτι βραχὺ, μνήμης καὶ διηγήσεως ἄξια ὄντα καὶ τοσαῦτα τὸ κληθὲς καὶ τοιαῦτα τὸ μέγεθος, οὐκ ἔγνω δεῖν σιγῇ παρελθεῖν [P. 3]. Οὐκοῦν καὶ διὰ τῆσδέ μου τῆς συγγραφῆς δῆλα ταῦτα τοῖς ἔπειτα καθιστῶ. Ἐπειδὴ δὲ, ὡς καὶ ἄλλοι τε ξυμβάλεῖν ἔχουσι (6) καὶ αὐτὸς δὲ συνορῶν οὐχ ἤκιστα εἰμι, τὰ τοῦ ἱστορεῖν τὸ τῆς διηγήσεως ὁσαφὲς καὶ περιβολαῖς καὶ περιόδοις ἐπεστραμμένον ὡς μὴ συνᾶδον αὐτοῖς οὐ προσίενται, φιλοῦσι δὲ τὸ σαφὲς ὡς οὐ μόνον κατὰ πρὸς εἰκόνα σοφόν, ἀλλὰ καὶ συμβαῖνόν σφισι μάλιστα, οὐδὲ τούτου πάμπαν ἔξωθεν τοῦ καλοῦ κίπτοντ' ἄν εὖρη τις τὰ γραφόμενα, οἷα καὶ ἡμῶν μὴ τὸ κομπηρὸν καὶ δυσπραδὲς καὶ κρημνώδεις ἐποδισιλημμένον λέξεσιν ὡς ἐπίπαν ἀσπασαμένων, ἡ καὶ χαίνοντές εἰσιν εἰς τοῦτο πολλοί, εἴτ' οὖν ἀληθέστερον εἰπεῖν ἐκλείποντες τὰ τῶν πάλαι καὶ σήμερον καὶ ὅσα τι καὶ ἐπιτυγχεύματα προὔργιατατον ἐξησκηκότες διὰ μακροῦ, ἐκ τοῦ πλείονος δὲ κἄν τὸν δρᾶν τῆ ἱστορίας προθεμένων τὰ πρόσφορα, μὴδ' ὑπερβάθμιον πόδα τένειν ἡγαπηκότων ἢ ὅλων τοῖς ἔξονας αὐτῆς ὑπεράλλεσθαι. Ἰπὲρ γὰρ ἅπαν ἔπειρον τὸ μὴ τὴν φράσιν ἀπλοῦν, ὡς ἔχω εἰπὼν, καὶ πρόχειρον εἰς κατάληψιν αὐτῇ διαβέβληται, καὶ ἡγαπηθὴ σφόδρα τὸ ἀκομψὸν καὶ ὡς ἔχον φύσεως διηρόμενον, καὶ δαιμονίως τὸ εὐληπτον περιπτύσσεται. Τέλος γὰρ σκοπιμώτατον τὴν ἀλήθειαν ἔχουσα, καὶ τῆς τε βῆτορικῆς δεινότητος καὶ τῆς ποιητικῆς λογοποιίας ἀφιστώσα κατὰ διάμετρον, καὶ τὰ τούτων διωθεῖται χαρακτηριστικὰ. Καὶ ἄλλως δὲ κἄν οὐ βραχὺ τὸ σημνὸν ἢ ἱστορία καὶ τὸ εἰδίσμιον ἐπισύρηται, ἐρῶσα δ' ὅμως προκείσθαι παπαναῦσι τε καὶ σιδηρεῦσι καὶ πολλῆς γέμουσι τῆς ἀσθόλης καὶ συνήθης εἶναι τοῖς πρὸς ὄπλα καὶ Ἄρσας βλέπουσι, μὴδὲ γυναῖξι χερνήτισι δυσκολαίνουσα διαχαινούσας τὰ κατ' αὐτὴν, ταῖς χαριστέρας χάραι τῶν φράσεων, καὶ τὸ φᾶρος τῶν λέξεων εἰλικρινὲς καὶ ἀπέριττον περικείσθαι φιλεῖ, οὐ μὴν κεκομψευμένον καὶ ἑξαλλον' καὶ ἢ μὲν ἱστορία, ὡς ἐνὶ μάλιστα, μετὰ τοῦ σαφοῦς καὶ εἰς ἐπίτομον ἐπιτροχασθήσεται· ὁ δὲ λόγος εὐγνωμονῶν

Φόρος ἀγορά, *forum. In diplomate Andronici
Junioris : τοῦ σπανίου τοῦ ἐν τῷ φόρῳ πωλου-
μένου. Occurrit passim.*

Φουρκίζειν ἐπὶ σκόλοπος ἀπαιωρῆσαι, *V. Har-
menop. et Gl. ad Cedr. in φουλκίζειν.*

Φωσσάτον *ξενικόν. Purior textus ξενολογία.
Externi milites. Φωσσάτον pro castris ex exercitu
poni dudum observatum est. Idatus episcopus in
Fastis consularibus : Et ipso anno profectus est Va-
lens Augustus ex urbe ad fossatum. Anna Comnena
Alexiad. viii : Προσέταξεν διὰ παντὸς φωσσάτου
διακρηκεῖσαι τὴν ἐς τὴν αὔριον πόλεμον. Moscho-
pulus, περὶ σχεδῶν· Φωσσάτον ὁ στρατός. Vide
Gloss. ad Cedrenum. Hodie φουσσάτο dicunt.*

Φέρριος *frater, Gallicum frère.*

Φροντιστήριον.. Joan. Cantac. 1, 22 : Εἰς ἓν τῶν φροντιστηρίων. V. Suidam, et sup. in μοναστήριον.

X

Χαμαιζίκιον instrumenti musici genus. Meursius.

Χαμικηλάδες avium genus. Meursius.

Χαντάκια fossæ. H. 264, τοὺς διώρυκας. Codex GB χαντάκια.

Χαρτουλάριον. In puriore Græco χάρτουλάριον, chartularium, chartophylacium, scrinium.

Χαρτουλάριος chartularius. Vide Gloss. nostrum Nominicum in ea dictione.

Χερνιδόξιστον [583].

Χοιρομάνδριον σφαιράς, suile, bara.

Χρῶσινος solidus, aureus. Theodoret. Hist. Eccl. II, cap. 13 : Ἀπέστειλε πεντακοσίους χρῶσι-

νους αὐτῶ. Epiphan. Schol. ita vertit : *Quingentis solidos destinavit*. Trip. v, cap. 17. Josephus episcopus Metoneus. in resp. ad libellum Marii Metropolitæ Ephesi : Τοῖς Φλορεντίνοις μηνύσας ἐνεῖσαι αὐτῶ τεσσαράκροντα χιλιάδας χρῶσινων. ἀπέστειλεν αὐτοῖς τὴν μίτραν αὐτοῦ ἐνέχυρον. Nicephorus Callistus, XI, 48 : Ὀγδοήκοντα χρῶσινους ἔπαιτεῖσθαι κελεύσας.

Χρυσόβουλλον. Aurea bulla. Pap. 34 c. Τράμμα ἐρυθροσήμαντον. Codex GB, χρυσόβουλλον. Imperator enim ei subscribat cinnabari. Anna Comnena Alexiad. lib. VIII : Ἐπὶ τοῦ αὐτοκράτορος χρυσόβουλλον λόγον ἐνεσημασμένον διὰ κινναβάρως, ὡς ἔθος, διὰ βασιλικῆς δεξιᾶς λαβῶν. Constant. De admin. imp. χρυσοβουλίου χωρὶς. Niceph. Call. lib. XIV, cap. 43. Vide Glossarium ad Cedrenum.

NICETÆ CHONIATÆ

MAGNI LOGOTHETÆ SECRETORUM, INSPECTORIS ET JUDICIS VELI, PRÆFECTI SACRI CUBICULI

THESAURUS

ORTHODOXÆ FIDEI.

AD CLARISSIMUM VIRUM D. JOANNEM A S. ANDREA, CARCASSONENSIS ECCLESIAE DECANUM, P. MORELLII EPISTOLA.

Eviçi tandem, ornatissime vir, quod jam pridem votis omnibus exoptabam, atque an umbilicum perduxì monodiam illam Michaelis Choniatæ, præsulis Atheniensis, qua Nicetæ fratris exsequias cohonestat. Ea certe, ut dicam quod res est, diu me suspensum tenuit, propter salebras illas pene continuas : cursumque hactenus remorata est, qua in Nicetæ Thesaurò satis feliciter procedebam, quamvis in eo quoque libros aliquot, præsertim priores et posteriores non paucioribus salebris scatentes deprehenderim. Quæ me causa permovit, ut eos primo quoque tempore transcriberem, Latinoque sermone donarem, ne si diutius differrem, a blattis ἀνγκέστως exederentur. Eos ad te mittere visum est, ornatissime vir, tanquam laboris, quem te auctore anno Christi 1560 suscepti, primitias ; qui si arriserint, operam dabo ut reliqui sigillatim subsequantur, justumque Thesauri librorum numerum, nempe 27 adimpleant atque ita Nicetas ille, quem vel ex Annalibus, qui non ita pridem ab Oporino editi sunt, tanquam ex unguibus leonem, facile cognoscas, nunc tandem tuis auspiciis et sumptibus a teuebris vindicetur. Cujus beneficii nomine bona posteritas tibi gratias immortales habebit, ubi resciverit vetustissimum Thesauri Orthodoxiæ beati Nicetæ Choniatæ exemplar (ut quod a Niceta ipso descriptum sit) post auctoris mortem ad Michaelem Choniatæ Atheniensium præsulem velut hæreditario jure transiisse, quo item mortuo in manus Theodori Soutariotæ Levitæ Cyziceni venisse, Cyzicoque a Turcis vastata in frequentissima illa καλοιερωῶν ἀγορευτῶν monasteria, quæ sunt in Atho monte, deportatum : atque inde tandem Lutetiam adductum, venaleque a Græco quodam expositum nullos aut paucos adtrodam emptores nactum (propter deformitatem nimirum, ut Æsopum illum fabulatorem olim) præter unum Joannem a Sancto Andrea, cujus e bibliotheca boni auctores, hodie præsertim Græci, non aliter exire possunt, atque ex equo Trojano boni milites, et ex Isocratis schola oratores exiisse feruntur.

Certe tu de vetustissimo illo exemplari idem subodoratus, quod Xanthus ille de Æsopo, pretium Græco numerasti, exemplarque mihi commissum evolendum curasti, tandem deprehensa ἐπιγραφή non *corbonum*, ut in proverbio est, sed orthodoxæ fidei Thesaurum in paginis illis situ et squalore ita obductis,

ut nisi post multas vigiliis legi potuerint, delitescere ostendit. Mox se index quoque aperit, seu elenchus, quo summa librorum Thesauri capita notantur, a Niceta ipso et compositus et scriptus, quemadmodum et libri omnes hujus operis, exceptis duobus ultimis, qui a Theodoro Scutariota scripti sunt, qui Monodiam quoque Michaelis scripsisse videtur. Theodori αὐτόγραφον ex appendice ad indicem libri 25 colligo.

Varia alia opuscula ut Alexii, Michaelis et Josephi Constantinopolitanorum patriarcharum, Eustathii et Germani, Nicænorum præsulum, Eustathii Romani, περί δύο ἀδελφῶν λαβόντων δύο ἀδελφάς, hoc est, de duobus fratribus duæ sorores ducentibus, Alexit Comneni imperatoris χρυσόβουλλος, seu Aurea bulla: sacerdotis cujusdam ad Eliam Cratensen περί προσκομιδῆς, etc. (quibus exemplar velut μνησθητικὸν quoddam refertum est) quis transcripserit, nulla conjectura prorsus assequi possim. Idem de philosophico quodam Περὶ τῆς τῶν ψυχῶν εἰσκρίσεως, et Ecclesiastico de Armeniorum hæresi commentario, idem etiam de appendice illa sentio, quæ libro secundo adhæret: cum tamen ad 25 pertineat, ut ex verbis pauculis Scutariotæ indici Nicetæ additis videre est, qui appendicem illam quæ antea desiderabatur in fine 25 libri alicubi repertam se atlexuisse affirmat.

Jam ut pauca de vita obiter addam, quæ tum ex monodia Michaelis, tum Thesauro ipso colligere potui.

Colossæ Asiatica illa civitas quam B. Pauli Epistola nobilitavit, hoc Choniatarum fratrum par Michaelem et Nicetam tulisse videtur, ut colligo ex capite 22 libri iv, ubi in τέσσαρες καὶ δεκατῶν hæreseos antithesi Pauli locum ex epistola ad Colossenses citaturus, ita scribit: Ὁς ὁ Παῦλος ἐν τῇ πρὸς τοὺς πατριώτας μοι Κολοσσαεῖς ἐπιστολῇ θεολογῶ. Ut taceam quod Choniates Colossensem significare videatur, quæ enim civitas Colossæ olim, postea mutato nomine Χῶναι dicta est, ut in manuscripto quodam lexico legi, quod D. Vascosanus typographus de litteris et litterariis optime meritus inter multa alia vetustissima exemplaria habet, manibus cujusdam ex Michaelis Pselli auditoribus descriptum. In eo sic ad verbum habetur: Κολασσαί, πόλις Φρυγίας, αἱ νῦν λεγόμεναι Χῶναι, ὄθεν καὶ Κολασσαεῖς.

Michael Choniates natu major a patre ex Asia Byzantium deductus est, ubi cum post prima litterarum tirocinia majoribus disciplinis animum ita excoluisset, ut jam inter professores censeretur, Nicetam fratrem parvulum, ut qui novem annos natus esset, et ipsdm a patre deductum litteris et moribus informandum accepit, quod tanta cura, studio et labore perfecit, ut Nicetas artes omnes quæ sunt in disciplina mediocriter edoctus, temporum successu ad tantum dignitatis fastigium conscenderit, ut nec Michaelem fratris et discipuli, nec patriam civis Nicetæ pœniteret. Tandem vero cum Michaelem pontificem Athenæ sortitæ essent, Nicetas in scribarum imperatoriorum numerum, imperante tum Manuele Comneno, allectus est.

Verum, proh dolor! ea in tempora inciderunt, quæ virtuti illorum ne emergeret, multum obstare videbantur, quibus Constantinopolitanum imperium principum plus quam tragicis sceleribus inclinari cœperat, Andronici præsertim Comneni tyrannide, qui Alexio nepote 13 agente annum clam interfecto, imperium invaserat. Hujus tyrannidem fugiens Nicetas ad juris civilis studium secessit, in quo ita promovit, ut quadriennio post cum parricidam Andronicum prælio fusum Isaacius Angelus populi ludibriis exposuisset, camelæque scabiosæ impositum circumvectumque ignominiose occidi jussisset, Constantinopolim velut postliminio reversus est, brevique ad majores honorum gradus evectus, quibus continua imperatorum serie perfunctus est, ad ea usque tempora quibus in Gallorum Venetorumque manus impertum Constantinopolitanum recidit.

Constat enim (ut historiam continua rerum gestarum serie deducam) Isaacium Angelum æquissimum principem ab Alexio minore tratre oculis privatum fuisse (per summum scelus eum excæcante, a quo magna pecunia redemptus e Turcicis manibus fuerat), atque adeo carceribus detentum donec Alexius Isaacii filius opem Balduini Flandri, Gallorum Venetorumque principum imploraret, pactus 3000 marcas auri commeatusque copiam, si aut ipse solus, aut cum patre Isaacio carceribus tum detento imperium recuperaret.

Galli principes tam insigni casu moti Byzantium, fracta catena quæ ab urbe ad Peram extenditur, expugnant, fugienteque Alexio fratricida Isaacium liberant, et Alexium post subitam patris mortem (squalore enim carceris obseis, purum liberumque cælum ferre non potuerat) imperatorem dicunt. Hunc quoque paulo post Mursyphus quidam (vel, ut alii, Myrtilus) ignobilis fraude innocentem occidit, qui tyrannus cum frustra a se hostibus opposuisset, amissa tandem urbe Constantinopoli sub noctem mediam cum uxore, pellicibus et thesauro clam aufugit, pauloque post in Peloponneso captus et in urbem retractus interficitur. Urbs itaque anno Christi 1202 Francis et Venetis ea lege cessit, ut Galli Cæsarem Gallum, Veneti patriarcham Venetum darent. Illi Balduidum Flandrum, hi Thomam Maurocennum ex pacto dederunt. Reliquiæ Græcorum Latini nominis odio Adrianopolim secesserunt, ibique The-

odorum Lascarum, Alexii generum, qui eam civitatem nomine dotis acceperat, imperatorem elegerunt, quam cum Galli capere conarentur, captus est Balduinus, et mortuus exacto imperii anno.

Et hæc est illa ciades, quam a Latinis perpersam Græciam toties conqueritur in Monodia Michael Choniates, quo quidem tempore Athenis quoque expugnatis beatæque Mariæ templo exterso, electus est in insulam Coe, ad Prodromi monasterium. Nicetas antea expugnata a Latinis Constantinopoli, virgineque illa Bellissariotide e manibus hostis erepta, quam postea duxit uxorem (cujus facinoris ergo Michael eum Abrahamo, Isaac, Davidi, Levi et Simeoni præfert, ipsique Christo, ὑπερβολικωτέρως sane, comparem facit), Nicæam, quæ Bithyniæ metropolis est, se contulerat, ubi quod supererat vitæ litterario otio impenderet. Quod quidem quanta diligentia laboreque præstitit testantur, æternumque testantur divinæ lucubrationes, quas in hoc opus vere aureum congestit, tantoque artificio ab ipsis Adami primordiis ad sua usque tempora deduxit, ut hæreseon quæ inter Judæos Græcique philosophos ante Christum natum exarserunt, et a Christo nato inter eos qui cum ex diametro dogmatibus Christi adversarentur, Christiani tamen, non secus atque veteres illi Socratici hæberi contendebant, quasi hypotyposia quamdam posteritati consecravit: qua consulta, si quod aliquando dubium de rebus divinis suboriatur, possit statim videre utram in partem deflectendum sit. Hoc argumento multi, fateor, ante Nicetam scripserunt, sed Niceta, si errorem de Spiritus sancti processione demas (quem contra Latinos mordicus tuetur) felicius nullus. Hic enim præterquam quod ex auctoribus profanis Græcorum hæreses, Judæorum ex sacris Bibliis, Christianorum ex ecclesiasticis scriptoribus, Dionysio Areopagita, Athanasio, Eusebio, Tertulliano, Epiphano, Irenæo, Chrysostomo, Basilio, Philostorgio, Theodoro Mopsuesteno, Socrate, Sozomeno, Theodorito, Gregoriis, Photio, Damasceno, Cyrillo, Euthymio, Eustathio, Nicolao Methonensi, Maximo, Amphilochio, Thoma Indicopleusta, Leone, etc., tanquam mel apes variis ex floribus in hanc floridissimam anthologiam collegit, antitheses quoque subiecit, quibus plumbei hæreticorum pugiones nullo negotio retunduntur. Superest, vir ornatissime, ut ex hoc quasi diverticulo in viam rediens, etiam atque etiam te regem atque obtester, ut hæc Thesauri tui primitias, primamque meam in Græcis vertendis experientiam boni consulas, nam vel proverbio συγγνώμη πρωτοπειρή, sic enim ad reliquos Nicetæ libros tibi, et per te piis omnibus consecrandos alacrior accedam.

Vale, vir clarissime.

Lutetiæ, ex doctissimi juxta et humanissimi viri D. Michaelis Vascosani typographia, ad Idus Octobris 1561.

ANGELO MAI MONITUM.

(Spicil. Rom. tom. IV).

Nicetæ Choniatæ, sæculis Christi XII et XIII clari, Thesaurus orthodoxæ fidei, ab eo post occupatam a Latinis Constantinopolim in exsilio compositus, satis philologis notus erat. Nam et Montfauconius in Græca Palæographia, et Fabricius B. G. T. VI ed. vet., necnon in nov. T. VII; item Bandinius in Codd. Gr. Laurent. V. I, et in Monum. Eccl. Gr. T. III; Cavæus insuper alique, doctum hoc atque exoptatum Nicetæ opus commemoraverunt. Bene tamen de eo præ cæteris meriti sunt Montfauconius, qui XXII librorum (id est totius operis) argumenta protulit, ex eoque Fabricius repetiit; multoque magis Petrus Morellius, a quo quinque priores libri Latine vulgati fuerunt; denique Bandinius qui in monum. indicem auctorum operumque contulit, quibus Nicetas in Thesauo utitur.

Quæ cum ita se haberent, dolui equidem tam utilis operis vix cæptam, et quidem Latine tantummodo, editionem; neque tamen meipsum vel vires vel otium hortabantur, ut tantum onus laboremque susciperem: quanquam in mss. codicibus (mirum dictu!) ipsissimum Morellii apographum Græce et Latine ad nos e Gallia olim delatum vidi, cujus is, ut dixi, nonnisi minimam partem edidit; ejusdem vero operis longe antiquius exemplar nanciscebar in bombycinis chartis paulo post auctoris ætatem scriptum, sed multo strictius ac more excerptorum. cujusmodi alterum codicem bibliotheca Bodleiana retinet, teste Fabricio. Decevi itaque notabiliora saltem excerpta ex Vaticanis codicibus Græce excitare, capto initio a Morellianæ editionis fine, nimirum a sexto libro, qui, ut cognoscimus ex Montfauconii summaris, in Macedonsi præsertim hæresi versabatur.

INDEX LIBRORUM XIV

QUIBUS CONSTAT

NICETÆ CHONIAIÆ THESAURUS ORTHODOXÆ FIDEI.

Τόμος πρῶτος.

Ἐν τῷ πρῶτῳ τόμῳ τὸ προοίμιον. Ἔτα περὶ Ἀδάμ καὶ τινῶν ἀρχαίων ἀνδρῶν εὐρόντων τὰς εἰκονουργίας. Περὶ τῶν Ἑλληνικῶν μυστηρίων. Περὶ Ηοθηγόρου καὶ Πλάτωνος, καὶ ἑτέρων φιλοσόφων καὶ τῶν δοξῶν αὐτῶν. Περὶ τῶν τεσσάρων στοιχείων. Περὶ οὐρανοῦ καὶ γῆς, τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, τῶν ἀπλανῶν καὶ πλανητῶν ἀστέρων. Περὶ κομητῶν, ἰριδος, πάχνου, παρηλίων, τῶν σεισμῶν, τῶν ἀνέμων, καὶ τῶν πρηστήρων. Καὶ ἔκτοτε περὶ Ἰουδαϊσμοῦ. Περὶ τῶν Χρυσῶν δαμάλεων τοῦ Ἱεροδοάμ. Περὶ Σαμαρειτῶν. Περὶ Ἑσσηνῶν καὶ ἄλλων τινῶν αἰρεσιάρχῶν περὶ Σαδδουκαίων, Γραμματέων, Φαρισαίων ἡμεροβαπτιστῶν, καὶ Ἑρωδιανῶν.

Τόμος δεύτερος.

Ἐν τῷ δευτέρῳ τόμῳ, περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος διαφορῶν αἱ χρήσεις. Ἐπειτα, περὶ ἀγγέλων. Περὶ ἀνθρώπων. Διάφοροι δόξαι περὶ νοῦ καὶ ψυχῆς, καὶ ἔκτοτε περὶ ἀρετῶν.

Τόμος τρίτος.

Περὶ φωνῶν προφητῶν, δηλουσῶν τὴν ἐν σαρκὶ παρουσίαν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τὸ διὰ σταυροῦ πάθος, καὶ τὴν ἀνάστασιν. Περὶ τῆς συλλήψεως καὶ τῶν δύο φύσεων τοῦ Χριστοῦ. Περὶ Ἐνυποστάτων, περὶ Ὁμοουσίων, περὶ Ὁμοῦποστάτων, περὶ ὑποστατικῆς ἐνώσεως καὶ διαφορᾶς. Περὶ προσώπων. Περὶ φύσεως. Περὶ φθορᾶς· περὶ φθαρτοῦ καὶ ἀφθάρτου. Ἐκτοτε, χρήσεις τῶν ἁγίων περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας. Περὶ τοῦ τρόπου τῆς ἀντιδόσεως. Περὶ τοῦ ὅτι πᾶσα ἡ θεία φύσις ἐν μιᾷ τῶν ἑαυτῆς ὑποστάσεων ἠνώθη τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, καὶ οὐ μέρος μέρει· καὶ ἕτερα διάφορα καθεξῆς περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.

Τόμος τέταρτος.

Ἐν τούτῳ κεῖνται πᾶσαι αἱ παλκιαὶ αἱρέσεις αἱ ἀναφανείσαι μέχρι τῆς Ἀρείου αἱρέσεως. Ἐγράφη καὶ πρώτη ἡ τοῦ Σίμωνος αἵρεσις καὶ ἡ ἐπ' αὐτὴν ἀντίρρησης. Δευτέρα ἡ τῶν Νικολαϊτῶν. Τρίτη ἡ τῶν Καρποκρατιανῶν. Τετάρτη ἡ τοῦ Βαλεντινοῦ. Πέμπτη ἡ τοῦ Πτολεμαίου, ἕκτη ἡ τοῦ Μάρκου. Ἑβδόμη ἡ τῶν Ἀσκοδρούγων. Ὀγδύη ἡ τοῦ Κολορδάσου. Ἐνάτη ἡ τῶν Οφιτῶν, δεκάτη ἡ τοῦ Προδίκου. Ἐνδεκάτη ἡ τῶν Καϊνῶν. Δωδεκάτη ἡ τῶν Σηθιανῶν. Τρισκαίδεκάτη ἡ τῶν Ἀρχοντικῶν.

(1) Id est, de ratione communicationis idiomatum.

A

Tomus primus.

In primo libro proœmium. Deinde de Adamo, et de quibusdam antiquis viris qui simulacrorum fictionem adinvenērunt. De mysteriis Græcorum, De Pythagora et Platone, deque aliis philosophis, ac de eorum opinionibus. De quatuor elementis. De cœlo et terra. De circulo Zodiaci. De stellis fixis et de errantibus. De cometis. De iride, de pruina, de Pareliis, de terræ motibus, de ventis, de Presteribus. Deinde autem de Judaismo. De Essenis et aliis quibusdam hæresiarchis. De Sadducæis, de Scribis, Pharissæis, Hemerobaptistis, Herodianis.

B

Tomus secundus.

In secundo tomo, de sancta Trinitate variorum loca. Deinde de angelis. De hominibus. Diversæ sententiæ de intellectu et anima. Postea de virtutibus.

Tomus tertius.

De vocibus prophetarum, Filii Dei in carne adventum declarantibus, necnon crucis passionem et resurrectionem. De conceptione et duabus naturis Christi. De Enhypostatis, de Consubstantialibus, de Homohypostatis, aut simul hypostatis, de hypostatica unione et differentia. De Personis. De natura. De corruptione: de corruptibili et incorruptibili. Postea loca Sanctorum de œconomia in carne, sive de incarnatione. De (1) modo retributionis. Quod tota natura divina in una ex suis hypostasibus unita sit humanæ naturæ, non autem pars parti: et alia varia post hæc de incarnatione Filii Dei.

Tomus quartus.

In hoc habentur omnes veteres hæreses quæ usque ad Arii hæresim emerserunt. Prima vero Simonis hæresis describitur, eum ejus refutatione. Secunda, Nicolaitarum, Tertia, Carpocratianorum, Quarta, Valentini, Quinta, Ptolemæi. Sexta, Marci, Septima, Ascodrugorum, Octava, Colorhasi, Nona, Ophitarum, Decima, Prodiæi. Undecima, Cajanorum. Duodecima, Sethianorum. Decima tertia, Archonticorum. Decima quarta, Cerdonis et Marcionis. Decima quinta Luciani. Decima sexta, Apellis.

Decima septima, Severianorum. Decima octava, Tatiani. Decima nona, Encratarum. Vigesima, Montanistarum. Vigesima prima, Quintillianistarum, Priscillianistarum, Pepuzitarum et Artotyritarum. Vigesima secunda, Tessaescædecaticarum, sive Quartodecimanorum. Vigesima tertia Alogorum ut vocant. Vigesima quarta Adamianorum. Vigesima quinta, Sampsæorum et Elcesæorum. Vigesima sexta, Theodotianorum. Vigesima septima, Noeti et Novati. Vigesima octava, Sabellii. Vigesima nona, Marcelli. Trigesima, Valesianorum, sive Valentianorum. Trigesima prima, Origenis, ubi quædam de anima, et enarratio dicti hujusmodi: *Cujusque opus quale sit, ignis probabit*'. Trigesima secunda, Pauli Samosatani. Trigesima tertia, Manichæorum et Cubricorum. Trigesima quarta, Hieracitarum. Trigesima quinta, Collyridianorum. Trigesima sexta, Massalianorum, sive Enchitarum: ubi enumeratio impiorum dogmatum ejusdem hæresis. Trigesima septima, Corinthianorum. Trigesima octava, Icteticorum. Trigesima nona, Gnosimachorum. Quadragesima, Thnetopsychitarum. Quadragesima prima, Chrystolytorum. Quadragesima secunda, Ethnophronorum, sive eorum qui cum Ethnicis sentiunt. Quadragesima tertia, Pareremeneutarum, sive eorum qui prave Scripturas interpretantur. Quadragesima quarta, Meletianorum. δευτέρα ἡ τῶν Ἐθνοφρόνων. Τεσσαρακοστὴ τρίτη ἡ Μελετιανῶν.

Tomus quintus.

In hoc tomo, primum de Ario, unde prodierit, de statura et moribus ejus, de implis ejusdem dogmatibus: de synodo, quæ illius causa Nicææ habita est; de subversione et damnatione ejus: atque ibidem memoria synodi Ariminensis; similiterque de synodo Seleuciæ celebrata. Deinde refutatio ejus a nobis adornata. Postea enarratio de rebus Aetii et Eunomii. Deinceps capita, quibus (Eunomius) probare nititur, Filium post Patrem ortum et creaturam esse. Sub hæc propositiones quædam hæreticæ Aetii et Eunomii, earumque refutationes a nobis conscriptæ: et postea loca sanctorum Patrum.

Tomus sextus.

De Macedonio Pneumatomacho, sive Spiritus sancti hoste. In hoc tomo iterum memoratur Arius et ejus asseclæ; tum duo Eusebii, Nicomediensis videlicet et is, qui in Cæsarea Palæstinæ: de S. Athanasio: de S. Paulo confessore. De synodo Sardicensi. De restitutione Macedonii in thronum Constantinopolitanum, et de ejus in sanctam Trinitatem blasphemis dictis, maximeque in sanctum Spiritum. Deinde autem enarratio, quo-

I Cor. iii. 13.

(2) Confer. Damascen. c. 87, de hæres. e Philone De Therapeutis.

Α Τεσσαρεσκαίδεκάτη ἡ τοῦ Κέρδωνος καὶ Μαρκίωνος. Πεντεκαίδεκάτη ἡ τοῦ Λουκιανοῦ. Ἑξκαίδεκάτη ἡ τοῦ Ἀπελλῆ. Ἑπτακαίδεκάτη ἡ τῶν Σεβερλιανῶν. Ὀκτωκαίδεκάτη ἡ τοῦ Τατιανοῦ. Ἐνεακαίδεκάτη ἡ τῶν Ἐγκρατιτῶν. Εἰκοστὴ ἡ τῶν Μοντανιστῶν. Εἰκοστὴ πρώτη ἡ τῶν Κυντιλιανῶν καὶ Πρισκιλιανῶν, καὶ Πιπυζιτιῶν, καὶ Ἀρτοτυριτῶν. Εἰκοστὴ δευτέρα ἡ τῶν Τεσσαρεσκαίδεκατιτῶν. Εἰκοστὴ τρίτη ἡ τῶν λεγομένων Ἀλόγων. Εἰκοστὴ τετάρτη ἡ τῶν Ἀδαμιανῶν. Εἰκοστὴ πέμπτη ἡ τῶν Σαμψαίων καὶ Ἐλκεσαίων. Εἰκοστὴ ἕκτη ἡ τῶν Θεοδοτιανῶν. Εἰκοστὴ ἑβδόμη ἡ τοῦ Νοήτου καὶ τοῦ Ναυάτου. Εἰκοστὴ ὀγδόη ἡ τοῦ Σαβελλίου. Εἰκοστὴ ἐνάτη ἡ τοῦ Μαρκελλίου. Τριακοστὴ ἡ τῶν Οὐαλησίων. Τριακοστὴ πρώτη ἡ τοῦ Ὀριγένους, ἐν ᾗ καὶ περὶ ψυχῆς τινα, καὶ ἐξήγησις τοῦ ἀποβόρητου δ φησιν, Ἐκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ δοκιμάσει. Τριακοστὴ δευτέρα ἡ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως. Τριακοστὴ τρίτη ἡ τῶν Μανιχαίων καὶ Κουδρίκων. Τριακοστὴ τετάρτη ἡ τῶν Ἱερακιτῶν. Τριακοστὴ πέμπτη ἡ τῶν Κολλυριδιανῶν. Τριακοστὴ ἕκτη ἡ τῶν Μασσαλιανῶν ἦτοι Εὐχιτῶν, ἐν ᾗ καὶ ἀπαρίθμησις τῶν ἀσεδῶν δογμάτων τῆς αὐτῆς αἵρέσεως. Τριακοστὴ ἑβδόμη ἡ τῶν Κτηρινθιανῶν. Τριακοστὴ ὀγδόη ἡ τῶν Ἰκετιῶν (2) (Ἰκετικῶν). Τριακοστὴ ἐνάτη ἡ τῶν Γνωσιμάχων. Τεσσαρακοστὴ ἡ τῶν Θνητοψυχιτῶν. Τεσσαρακοστὴ πρώτη ἡ τῶν Χρυσολυτῶν. Τεσσαρακοστὴ τῶν Παραρμηνευτῶν. Καὶ τεσσαρακοστὴ τετάρτη ἡ τῶν

C

Τόμος πέμπτος.

Ἐν τῷ τοιοῦτῳ πρώτον περὶ τοῦ Ἀρείου, ὅθεν ὤρμηται, καὶ περὶ τῆς ἡλικίας καὶ τοῦ ἤθους αὐτοῦ, καὶ τῶν ἀσεδῶν δογμάτων, καὶ τῆς ἐν Νικαίᾳ δι' αὐτὸν συστάσεως συνόδου, καὶ τῆς καταστροφῆς αὐτοῦ. Ἐν ταύτῃ δὲ καὶ μνησθεὶς τῆς ἐν Ἀριμίνῃ γυνομένης συνόδου, ὡσαύτως καὶ τῆς ἐν Σιλευκίᾳ τῆς Ἰσαυρίας. Ἐκτοτε πρὸς ταῦτα ἡμετέρα ἀντίθεσις. Ἐκ δὲ τούτου διήγησις τῶν κατὰ Ἀέτιον, καὶ τὸν Εὐνόμιον. Καὶ ἐφεξῆς κεφάλαια δι' ὧν πειρᾶται δεῖξαι τὸν Ἰδὸν ὑστερογενῆ τοῦ Πατρὸς καὶ κτίσματος. Καὶ μετὰ ταῦτα θέσις τιδὲς τοῦ Ἀετίου καὶ τοῦ Εὐνομίου αἰρετικαί, καὶ ἀνατροπαὶ τούτων συγγραφεῖσαι παρὰ ἡμῶν. Καὶ μετὰ ταῦτα αἱ χρήσεις τῶν ἀγίων.

D

Τόμος ἕκτος.

Περὶ Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου. Ἐν δὲ τῷ τοιοῦτῳ τόμῳ μνησθεὶς πάλιν τοῦ Ἀρείου καὶ τῶν συμφρόνων αὐτῷ, καὶ τῶν δύο Εὐσεβίων τοῦ τε τῆς Νικομηδείας καὶ τοῦ τῆς ἐν Παλαιστίνῃ τῆς Καισαρείας, τοῦ ἀγίου Ἀθανασίου, καὶ τοῦ ἀγίου Παύλου τοῦ ὁμολογητοῦ. Περὶ τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου. Περὶ τῆς εἰς τὸν θρόνον τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀποκαταστάσεως τοῦ Μακεδονίου, καὶ τῶν εἰς τὴν ἀγίαν Τριάδα βλασφημιῶν αὐτοῦ, ἐξαιρέτως δὲ εἰς τὸ

Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ καθεξῆς διήγησις, ὅπως συνέστη ἡ δευτέρα σύνοδος, καὶ περὶ τῶν κυρωθέντων παρὰ αὐτῆς· καὶ τῆς παραιτήσεως τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου τῆς ἐπὶ τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως. Καὶ μετὰ ταῦτα αἱ χρήσεις τῶν ἁγίων αἱ περὶ τοῦ ὁμοτίμου εἶναι τὸ Πνεῦμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Λόγῳ ἐκφωνηθεῖσαι.

Τόμος ἕβδομος.

Περὶ τοῦ βίου καὶ τῶν αἱρέσεων τοῦ Ἀπολλινάριου, καὶ τῶν ἀνατρεπόντων αὐτὰς ῥημάτων τῶν ἁγίων καὶ θεοφόρων ἡμῶν Πατέρων.

Τόμος ὄγδοος.

Περὶ τοῦ βίου καὶ τῆς αἱρέσεως Νεστορίου, καὶ τῶν θεοπλόκων ῥημάτων τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα Ἀλεξανδρείας Κυρίλλου, τῶν ἀνατρεπόντων τὴν τοιαύτην αἴρεσιν.

Τόμος ἕνατος.

Διήγησις τῶν κατὰ τὸν Εὐτυχή καὶ τῆς αὐτοῦ αἱρέσεως καὶ ὅρος τῆς κατὰ τοῦ τοιοῦτου Εὐτυχοῦς συγκροτηθείσης ἁγίας τετάρτης συνόδου. Ἔτα περὶ τῶν ἀντιλαμβανομένων τοῦ Διοσκοροῦ, ὃς πατριάρχης ἦν Ἀλεξανδρείας, συγκαθηρέθη δὲ τῷ Εὐτυχεῖ ὡς ὁμόφρων περὶ τῶν αἱρέσεων, εἰς ἃν (3) οὗτοι δηρέθησαν, διακρινομένους ἑαυτοὺς ὀνομάσαντες. Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ διηγῆσει, καὶ περὶ τῶν λεγομένων Ἀκεφάλων τινῶν, καὶ μνεῖα Ἰωάννου γραμματικοῦ τοῦ λεγομένου Φιλοπόνου. Καὶ ἔκτοτε προβλήματά τινα τῶν Μονοφυσιτῶν, καὶ πρὸς ταῦτα ἀντίβησις μία. Καὶ ἐφεξῆς ἡ ἐπιστολὴ τοῦ Λέοντος τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα Ῥώμης, ἡ πεμφθεῖσα πρὸς τὴν τετάρτην σύνοδον.

Τόμος δέκατος.

Περὶ τῆς πέμπτης συνόδου, ἥτις τὴν τετάρτην σύνοδον ἐκύρωσε καὶ ἐκράτυνε, συγκροτηθεῖσα ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ. Ἐν δὲ τῇ διηγῆσει τῆς τοιαύτης συνόδου, καὶ τοῦ ὅπως συνεκροτήθη, ἐμφέρεται ἡ αἴρεσις τῶν Μονοφυσιτῶν, ἐν μέρει δὲ καὶ τῶν Νεστοριανῶν. Ἐκτοτε ψῆφος Ἐπιφανίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῆς ἐνδημούσης συνόδου κατὰ Σεβήρου καὶ Ζωόρα καὶ Πέτρου τῶν Μονοφυσιτῶν. Ἐτέρα ψῆφος Μηνᾶ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως κατὰ τῶν αὐτῶν. Ἀναθηματισμοὶ Ἀνθίμου μητροπολίτου Τραπεζοῦντος Μονοφυσίτου ὄντος. Ἐτέρα ψῆφος τοῦ αὐτοῦ πατριάρχου καθαιρετικὴ τοῦ αὐτοῦ Ἀνθίμου. Ἐκτοτε διάταξις Ἰουστινιανοῦ βασιλέως κατὰ Ἀνθίμου, Σεβήρου, Πέτρου, καὶ Ζωόρα. Ἐπιστολὴ Ἰωάννου Ἱεροσολύμων καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων δεχομένη τὰ κατὰ Σεβήρου ψηφισθέντα, καὶ μετὰ ταῦτα χρήσεις διάφοροι τῶν ἁγίων, κατὰ τῶν Μονοφυσιτῶν.

Τόμος ἐνδέκατος.

Κατὰ Τριθεϊτῶν,

Τόμος δωδέκατος.

Κατὰ τῶν Ἀφθαρτόδοκτων.

(3) Pro ζωσ ἄν.

ΠΑΤΡΟΛ. Γκ. CXXXIX.

A modo secunda synodus congregata fuerit, et de definitionibus ac decretis ejusdem : de abdicatione throni Constantinopolitani per sanctum Gregorium Theologum. Demum loca sanctorum Patrum, quod pari honore adficiendus sit Spiritus sanctus, ac Pater et Filius.

Tomus septimus.

De vita et hæresibus Apollinarii : et sanctorum deiferorumque Patrum dicta, quibus illæ confutantur et evertuntur.

Tomus octavus.

De vita et hæresi Nestorii ; deque dictis divinis, quibus sanctissimus Papa Alexandriæ Cyrillus hujusmodi hæresim evertit.

Tomus nonus.

Enarratio de rebus Eutychis et de hæresi ejus : ac decretum quartæ sanctæ synodi contra eundem Eutychen. Postea de iis, qui Dioscuro Patriarchæ Alexandrino patrocinabantur, qui cum Eutyche, utpote earumdem hæresium assertor, condemnatus est, donec etiam divisi sunt, sese Diacrinomenos, id est segregatos, appellantes. In hac vero narratione quædam de iis, qui Acephali vocabantur, et mentio Jannis Grammatici, qui Philoponus appellabatur. Postea vero problemata quædam Monophysitarum : et ad hæc antirrheticus unus. Demum Epistola Leonis sanctissimi Papæ Romani ad quartam synodum missa.

Tomus decimus.

De quinta synodo, quæ quartam synodum confirmavit et asseruit, quæque imperante Justiniano coacta est. In narratione autem de illa synodo, et quomodo collecta fuerit, inseritur hæresis Monophysitarum, atque etiam ex parte Nestorianorum. Deinceps decretum Epiphaniî patriarchæ Constantinopolitani, et synodi ibidem congregatæ contra Severum, Zooram et Petrum Monophysitas. Alterum decretum Mena patriarchæ Constantinopolitani contra eosdem. Anathematismi Anthimi metropolitæ Trapezuntini, qui Monophysita erat. Alterum decretum ejusdem patriarchæ, quo damnabatur Anthimus : post hæc constitutio Justiniani imperatoris contra Anthimum, Severum, Petrum, et Zooram. Epistola Joannis Jerosolymitani et episcoporum, qui sub ipso erant, qua decreta contra Severum recipiuntur. Demum loca varia sanctorum Patrum contra Monophysitas.

Tomus undecimus.

Contra Tritheitas.

Tomus duodecimus.

Contra Aphthartodocetas.

Tomus decimus tertius.

Contra Theopaschitas.

Tomus decimus quartus.

Contra Agnoitas : ubi post loca sanctorum Patrum, alia quædam ad hujusmodi hæresim subvertendam a nobis insuper adjiciuntur.

Tomus decimus quintus.

De sexta synodo, quæ congregata fuit imperante Constantino Pogonato, ad destruendam hæresim Monothelitarum.

Tomus decimus sextus.

De Iconomachorum hæresi.

Tomus decimus septimus.

De hæresi Armenorum, quæ Monophysitis conjungitur. Ibi est proœmium nostrum, et quædam solutiones ad objecta Armenorum. Deinde rescriptum imperatoris Domini Mannelis ad Catholicum Armeniæ. Dialogus Theoriani cujusdam legati ejusdem imperatoris, in Armeniam missi, cum eodem Catholico. Postea autem loca variorum Sanctorum contra eandem hæresim. Denique capita quædam syllogistica a nobis collecta contra eam ipsam hæresim.

Tomus decimus octavus.

Contra Paulicianos.

Sancti Basillii et sancti Gregorii Nysseni de Baptismate.

Ejusdem Gregorii Nysseni, de participatione C Dominici corporis et sanguinis.

Tomus decimus nonus.

Contra Bogomilos.

Tomus vicesimus.

De cultu Agarenorum, et de constitutione circa Saracenos, qui ad puram et immaculatam fidem nostram convertuntur.

Tomus vicesimus primus.

De Spiritu contra Latinos : ubi loca multa adferuntur.

Tomus vicesimus secundus.

De Azyms.

Tomus vicesimus tertius.

In quo synopsis dogmatum, quæ sub imperatore Alexio Comneno mota et exorta sunt.

*Tomus vicesimus quartus.*De illo dogmate, *Tu es offerens et oblatus* (6), quod sub imperatore Manuele Comneno prolatum est.

(4) θεωριζοῦ.

(5) Hæc posterior pars edita est Græce et Latine. Sed præterea clariss. Caveus notat in codice Colbertino 4753 existere ms. τὰ ὑπὸ τοῦ Μωάμεδ νομοθετηθέντα ἐκ τῆς αὐτοῦ βίβλου, καλυμμένης

A

Τόμος τρισκαιδέκατος.

Κατὰ Θεοπασχητῶν.

Τόμος τεσσαρεσκαίδέκατος.

Κατὰ τῶν Ἀγνοητῶν, ἐν ᾧ μετὰ τὰς χρήσεις τῶν ἁγίων, καὶ ἄλλα τινὰ ἀναίρεσιν τῆς τοιαύτης αἰρέσεως ἐκ νέου προστίθεται παρ' ἡμῶν.

Τόμος πεντεκαίδέκατος.

Περὶ τῆς ἕκτης συνόδου, ἥτις συνέστη ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Πρωγονάτου εἰς ἀναίρεσιν τῆς τῶν Μονοθελητῶν αἰρέσεως.

Τόμος ἑκκαιδέκατος.

Περὶ τῆς τῶν Εἰκονομάχων αἰρέσεως.

Τόμος ἐπτακαιδέκατος.

Περὶ τῆς αἰρέσεως τῶν Ἀρμενίων, ἥτις τοῖς Μονοφυσίταις συνάπτεται· ἐν αὐτῇ δὲ καὶ προέμιον ἡμέτερον, καὶ τινες λύσεις πρὸς ἀντιθέσεις τῶν Ἀρμενίων. Ἐκτοτε γράμμα τοῦ βασιλέως κύρου Μανουὴλ πρὸς τὸν Καθολικὸν τῆς Ἀρμενίας. Διάλεξις πρὸς τὸν αὐτὸν Καθολικὸν Θηριανοῦ (4) τινος ἐξαποστόλου αὐτοῦ βασιλέως εἰς Ἀρμενίαν σταλέντος. Ἐπειτα χρήσεις διάφοροι ἁγίων κατὰ τῆς αὐτῆς αἰρέσεως. Ἔτα συλλογιστικά τινε κεφάλαια κατὰ τῆς αὐτῆς αἰρέσεως συλλεγένητα παρ' ἡμῶν.

Τόμος ὀκτωκαιδέκατος.

Κατὰ τῶν Παυλικιανῶν.

Τοῦ ἁγίου Βασιλείου καὶ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Νύσσης, περὶ τοῦ Βαπτίσματος.

Τοῦ αὐτοῦ Νύσσης περὶ τῆς μεταλήψεως τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος καὶ αἵματος.

Τόμος ἑνεακαιδέκατος.

Κατὰ Βογομίλων.

Τόμος εἰκοστὸς.

Περὶ τῆς θρησκείας τῶν Ἀγαρηνῶν, καὶ τῆς τάξεως (5) τῆς γινομένης ἐπὶ τοῖς ἐπιστρέφουσιν ἐκ τῶν Σαββακηνῶν εἰς τὴν καθαρὰν καὶ ἀμώμητον πίστιν ἡμῶν.

Τόμος εἰκοστὸς πρῶτος.

Περὶ τοῦ Πνεύματος κατὰ Λατίνων, ἐν ᾧ καὶ χρήσεις διάφοροι.

Τόμος εἰκοστὸς δεύτερος,

D Περὶ τῶν Ἀζύμων.

Τόμος εἰκοστὸς τρίτος.

Ἐν ᾧ σύνοψις τῶν κινηθέντων δογμάτων ἐπὶ τοῦ βασιλέως κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ.

Τόμος εἰκοστὸς τέταρτος.

Περὶ τοῦ δόγματος (6), *Σὺ εἶ ὁ προσφέρων* καὶ προσφερόμενος, λαληθέντος ἐπὶ τοῦ βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ.

Κορὰν, καὶ Χωνειάτου ἀντιβήσεις, quod distinctum opus ab hac thesauri Nicetæ parte existimat.

(6) Confer Joan. Cinnami Hist. lib. iv, cap. 16, et Nicetam in Manuele Comneno VII, 5, p. 137.

Τόμος εικοστός πέμπτος.

Περὶ τοῦ δόγματος τοῦ, Ὁ Πατὴρ μου μείζων μου ἐστίν, ἀναφεύμενος ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως. Ζήτει τὴν λεγομένην συγγραφὴν εὐθὺς μετὰ τὴν κύρωσιν τοῦ τοιοῦτου δόγματος παρὰ τισι λεγομένην ὡς μὴ ἐπίπαν ἀρεσκομένην· ἐν ᾗ δὲ συγγραφῇ χρήσεις σχεδὸν πάντων τῶν ἁγίων ἐμφέρονται. Περὶ δὲ τὸ τέλος καὶ συλλογιστικά τινα κεφάλαια, περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὸν Χριστὸν τὴν μίαν ὑπόστασιν, καὶ τὸν ἕνα Κύριον καὶ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ἐλάττονα τοῦ Πατρὸς λέγειν ὡς σαρκόφορον. Ἡμεῖς γὰρ ταῦτα οὐχ εὔρομεν. (Ἄλλ' ἐγὼ ταῦτα εὐρηκῶς προσέθηκα μετὰ τὴν καταρχὴν τοῦ τρίτου τόμου τῆς παρούσης β(βλου).)

Τόμος εικοστός ἕκτος.

Περὶ τοῦ δόγματος τοῦ Θεοῦ τοῦ Μωάμετ, τοῦ λαληθέντος ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως.

Τόμος εικοστός ἑβδομος.

Περὶ τοῦ δόγματος τῶν θείων μυστηρίων τοῦ κινηθέντος ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ ἐξ Ἀγγέλων Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, τοῦ καὶ κυρώσαντος, ἄφθαρτα λέγεσθαι ταῦτα καὶ μὴ φθαρτά.

(7) De hac controversia per Demetrium Lampenum mota vide Cinnamum lib. vi, Hist. pag. 147, Nicetam in Manuele Comneno lib. vii, cap. 5.

(8) Num anathemate devovendus esset, quod Manuel Comnenus vetabat. Vide Nicetæ Manuelem

A

Tomus vicesimus quintus.

De dogmate illo, *Pater meus major me est* (7), quod sub eodem imperatore exortum est. Quære ipsum tractatum statim post hujus dogmatis confirmationem, quam quidam dicebant, non omnino placere: in quo tractatu fere omnium Sanctorum loca afferuntur. In fine vero capita quædam syllogistica, quod non oporteat Christum, qui est una hypostasis, unusque Dominus et Filius Dei, etiam post Incarnationem minorem Patre dicere, utpote carnem ferentem. Nos enim hæc non reperimus. *Et altera manu*: At ego cum reperissem, post initium tertii tomi hujusce libri adjeci.

Tomus vicesimus sextus.

De dogmate Dei Mahometh (8), quod eodem imperante expositum fuit.

Tomus vicesimus septimus.

De dogmate divinorum mysteriorum (9), excitato sub imperio Alexii Comneni Angeli, qui et decrevit hæc incorruptibilia, non autem corruptibilia, dici oportere.

Comnenum lib. iii, cap. 6. Sylburgi Saracenica pag. 86, 133, seq. Vedelium de prudentia Vet. Ecclesie pag. 246, seq.

(9) Confer Nicetam in Alexio Angelo lib. iii, cap. 3, et Mich. le Quien ad Damascenum t. I, pag. 633.

NICETÆ CHONIATÆ

THESAURI ORTHODOXÆ FIDEI

LIBER PRIMUS

De philosophorum ethnicorum et Judæorum erroribus.

PROŒMIUM.

Deo, Deique cultoribus quid ad sui, quæso, perfectionem accedere possit? Ille enim, cum expectandorum omnium primum et summum sit, eorum certe quæ sunt in rerum natura nullius indiget. Siquidem et ex ipso, et per ipsum omnia hoc ipsum, ut essent, sortita sunt. Hi autem virtutis beneficio, quoad ejus humanitus fieri potest, ad Deum proxime accedentes, divinitatisque participes effecti, ex ejus copia suam suppleverunt inopiam, imo vero Deus ipse ad hominum vota seipsum accommodans, si quid eorum quæ largitus est ab illis offeratur, id ei pergratum, tanquam certum fidei specimen, perque jucundum est. Ille sane neque offerentem aversatur, neque raro se precibus ipse placari jubet, ut hoc pacto in die

C afflictionis mala procul aspellat, et meritis deinceps laudibus celebretur. Cæterum qui ad Deum per virtutem proxime accedunt, nec humanæ naturæ terminos transgressi, nec omnino Martham illam, quæ corpori curando necessaria satagit, aversati, rebus insuper cum Maria contemplandis intenti, et comi supplicantibus alloquio respondent, nec se prorsus implacabiles illis, inexpiabilesque præstant, et quæ ad spiritualem vitam necessaria videntur, candidi peccantibus impertiunt: vicissim etiam ipsi quæcunque virtutem non adulterant, benignissime, si suggerantur, excipiunt.

Hac itaque de causa, vir animo meo longe charissime, ego quidem nihil eorum quibus ali corpus et sustentari solet, pietati tuæ suppeditavi, ex quo tu communi mecum jactura gentibus ad

Occiduis natale solum vertere coactus es. Atque hæc eo sane non dico, quia nullus eorum quæ sunt in rerum natura ipse indigeam (hoc enim ne Elias quidem, sobriorum alioqui jejunantiumque primitiæ, præstitit. *Afferes enim mihi*, inquit ille viduæ, *buccellam quoque panis et facies mihi primum subcineritium panem, filiis autem tuis postea* ¹. Imo vero, ne meus quidem ille idemque tuus Jesus, qui tantisper dum in terris versatus est, iis opus habuit, quæ alendo corpori necessaria sunt, sed cum *jejunasset, postea esurii* ², ut humanitatis assumptæ fidem faceret; verum quia benevolentia, qua te prosequor, spirituale tibi quam corporale specimen edi mavis, ut qui satis ipse per te comeatum vix mihi superesse noveris, qui comitibus meis et ministris alendis sufficiat, cum præsertim peregrinam in regionem commigraverim, et ad Bithyniæ metropolim Nicæam tabernaculum fixerim, ubi vitæ, quod superest, velut inutilis exsul, advena que despiciatur agitem. Cæterum quod a sæpenumero requisivisti, et flagitasti, id vero tibi perlibenter exhibeo, elucubraram scilicet et elaboratam hæreseon omnium rarraginem, munus quidem certe, quod nulli eorum quæ homines in pretio habent, postponitur, sed ut longe omnium pretiosissimum et excellentissimum judicatur, cum ab iis qui pietatem eorumque adeo cognitionem, quæ de Numinis cultu sentire atque pro ratis habere oportet, cæteris rebus omnibus anteferre solent: tum vero vel maxime ab iis qui non multos evolvere libros, necdum hæreseon cognitionem adipisci possunt, vel quia lectioni vacare commodo illis integrum non est, vel quia alio artificio exploratoris Satanæ dulos a se amoliri didicerunt.

Hippocrates igitur ille Cous de arte disserens, quæ hominum valetudini consulit, hunc in modum perapposite ratiocinatur: Si homo unum simplex quid esset, dolore certe nullo aut morbo afficeretur: at quisquis pietatis studiosus est, et multifidas hæreseon formas ægre fert, non absurde sane ita ratiocinatus sit. Si in pristina illa conditione acquiescimus, nec ea despiciatui habuissemus, quæ præscripta nobis et imperata fuerunt, unum utique Deum novissemus, atque ita ex ejus nutu dependissemus, ut nullus ab ea nos unquam transversos agere distrahereque potuisset, eo, inquam, qui nos luto finxit et efformavit, qui verbo suo corpus hoc universitatis fundavit et exstruxit, nunc autem consilio ejus usu, qui nequitia omne genus auctor est, laxa illa et magnifica paradisi habitatione ejecti, et a grato Dei conspectu procul abducti sumus: mala denique pristina deterioribus cumulantes, divinum illum, qui soli Deo peculiaris est, cultum, gloriam, et adorationem, elementis, brutis, atque hominibus

¹ III Reg. xvii, 13. ² Matth. iv, 1.

(1) Euthymio monacho Zigabeno auctore.

A nullius non turpitudinis nota insignibus, in sensum scilicet reprobum lapsi, ad eaque faciendæ, quæ minime conveniunt, proclives impertivimus. Ex quo evenit, ut una omnium eademque vox, unum idemque labium in varias et multiplices linguas evaserint: atque eadem opera unicus ille Dei cultus in diversa linguarum idiomata multiplicatus dissectusque sit, ut vix quicquam reperias, in quo majores quam in ea quæ de Deo instituitur ratione varietates existant. Siquidem alii alia, alii item ab his diversa, alii que rursus sibi ipsis contraria, denique ab hisce alii dissentanea commenti sunt et docuerunt. Quocirca ut veterum etiam theologorum plerique de hæresibus scripserint, non tamen universas singuli sunt uno commentario complexi, nec sigillatim percurrerunt. Theodoretus enim, vir in divinis exercitissimus, illarum catalogum contexit, quod ante eum alii quoque fecerunt, illasque velut e prociuctu dissecerunt, et tanquam fenum tectorum flammis injecerunt, quotquot suis cujusque temporibus exortæ sunt, velut aconita scilicet, quibus sincera quæque corrumperebantur.

B Liber autem, qui dogmatica Panoplia inscribitur (1), ut prisca hæreses compendiose sane recensuerit, atque a Sabellio Afro, et nonnullis, qui tempora illius præcesserunt, initium duxerit, quæ certe a Patribus ad illarum eversionem dicta sint, permultis in sectionibus prætermisit: neque mentionem ullam fecit, undenam earumdem auctores ortum habuerint, cujusmodique vitam vixerint.

C Ego vero pietati tuæ gratificatus, facileque conciliens quid tibi super ea re propositum et jam constitutum ait, hæreses quæ jam olim emeruerunt, in commentarios redigam, nostras aliquot confutationes, perspicuas quidem illas et dilucidas subjuncturus. Deinde eas quoque agglutinabo, quarum Dogmatica Panoplia meminit, illos interim non prætermisurus, qui de hæresibus scripserunt, ut non solum blasphema illa convitia tibi innotescant, quæ sæculi hujus sapientes ore in cælum protento, adversus Deum eructaverunt: sed etiam undenam ortum duxerint, cujusmodique Spartam nacti sint. Qua in consequentia nonnulla quoque atrox, quæ proposito argumento perapposita videntur, ut multiplici voluminis unius historia gaudeas, ex eoque panacæam excerpas, qua velut amuleto te a perniciosius dogmatis integrum sartumque tectum conserves.

CAPUT I.

Mosaicæ Geneseos synopsis, ab Adamo ad Moysen.

Adamus omnium primus a Deo ex humo formatus est, atque vitali spiritu afflatus, ex costarum suarum una Evam sibi similem emisit: tum non-

gentos triginta annos, posteaquam ob transgressum Domini præceptum paradiso exturbatus est, Cainum, nec ita multo post Abelem genuit, Cæterum Cainus Abeli insidiatus illum tandem in agri solitudine deprehensum interfecit. Post Abelis cædem Sethus Adamo nascitur. Itaque ab Adamo transgressio, a Caino cædes initium habuit: ut et a Jaredo, qui quintus a Setho fuit, spurcitia, veneficium, præstigiæ, et adulterium. Jaredi filius fuit Enochus, qui Deo gratus et acceptus a corrupto parentis instituto descivit. Hic genuit Mathusalemum, qui Lamechum suscepit, Noæi illius patrem, cujus temporibus diluvio totus terrarum orbis obrutus est. Ex omnibus porro mortalibus solus hic una cum tribus filiis, Semo, Chamo, et Japheto, arcæ quam Dei jussu ex incorruptis lignis exstruxerat, et undique picaverat, adminiculo salvus evasit. Cæterum sextus a Semo Phalecus exortus est, cujus tempestate turris exstructa, linguæque confusæ sunt. Confusis orbe toto lingua, primus omnium Nembrodis Æthiopiæ se regem tyrannumque dixit. Hujus et Phaleci posteritas staturariam e figlina excogitavit. Porro ante Tharæi tempora nullus patre prior vivis excessisse legitur. Quia autem hic idola luto effingere primus adinvenit sui que, sæculi hominibus hujusmodi eceleris auctor fuit, idcirco justas atque graves pœnas Numini tandem persolvit: cui nimirum filius Arras immatura morte præreptus est, ut his quoque verbis Scriptura testatur: *Et mortuus est Arras ante Tharæum patrem suum*³. Colorum præterea pigmenta a Serucho excogitata sunt, quibus ex figmentis improborum quorundam tyrannorum, hominumque sceleratorum ἀποθήσας in orbe terrarum inolevit. Primique adeo omnium Ægyptii et Assyrii ad opus tam vile et abjectum sponte provoluti sunt. Paulo post in Græcos etiam morbus hic grassatus est, quo tempore illis Cecrops, Assyrii Ninus et Semiramis præerant. Nam Ninus et Cecrops eodem quo Abrahamus tempore vixisse feruntur. Abrahamus hic sex filios ex Cethura suscepit, a quibus felices Arabes, Madianæos, aliasque gentes, ut ab Agare Ismaelitas, originem duxisse memoriæ proditum est. Abrahamo tandem annum circiter centesimum agenti, prout promiserat, Deus Isaacum donavit, qui ut bonorum, ita et virtutis paternæ hæres exstitit. Huic liberi duo, Esaus et Jacobus nati sunt, quorum Esaus crasso pilosoque corpore deliciis gaudens, cæterisque voluptatibus deditus, civitatem exstruxit quam Edomiam, nomine nimirum institutæ vivendi formæ perapposito vocavit. Edom enim carnis inflammationem, seu pruritum significat. Quintus ab hoc pius ille justusque Jobus floruit. Jacobus contra lævitate continua glaber Deo longe acceptior erat quam pilosus ille venator Esaus, cujus spes omnis ab arcu et gladio dependebat. Cæterum

³ Gen. xi, 28.

A Jacobo duodecim filii nati sunt, quorum unus Levi, quem tertia generatione subsecutus est Moses, quo duce et auctore Israel duras Ægyptiorum manus evasit, Mosis porro temporibus Jo in Græcia florebat, quam Ægyptii Isin dicebant, et ut deam venerabantur. At his quoque temporibus illis apud Athenienses celebris erat.

CAP. II.

Græcorum mysteriorum origo, philosophorumque sectæ.

Quod ad Græcorum mysteria pertinet, apud Phrygas, Phœnicas, et Ægyptios illa fuisse prius, atque adeo a Babyloniis inventa, Cadmice temporibus in Græciam translata memoriæ proditum est. Imo nonnulla ex illis Orpheus excogitasse fertur, quibus post eum alii quoque permulta adjecerunt. Divisa porro inter se Græcorum quoque mysteria, et in plurimas hæreses dissecta fuerunt. Philosophorum enim alios Epicureos, alios Platonicos, alios item a Samio Pythagora, alios a Zenone Citio, alios denique ab aliis denominatos fuisse inter omnes plane constat.

CAP. III.

Plato de trium rerum causis.

Ex quibus Plato quidem in Attica natus et adultus a Deo qui solus est, omnia creata, ipsumque adeo materiam primam: potestas vero quasdam ab ipso productas, secundam: eam denique quæ et ab eodem et a potestatibus ipsis fuit, tertiam eorum quæ in rerum natura sunt causam esse dicebat. Mundum vero ut genitum, ita et corruptioni obnoxium pronuntiabat. Idem animorum μεταγγισµοὺς tradidit: quo vocabulo una et eadem anima humano resoluta corpore in aliud corpus vel hominis denuo, vel bovis, vel aliorum animalium, etiam ferarum alicujus migrare significatur. Idem impudentes quoque de puerorum amoribus, nuptiarumque communitate leges tulit.

CAP. IV.

Pythagoræ futilis nugatoris deliria.

Samius autem Pythagoras integri quadrienni silentium docebat. Adhæc suos hortabatur, ut Græcorum diis animatum aliquid sacrificarent. Idem lege lata ab animalium et fabarum esu abstinendum edicebat (quod esculenti genus alioqui plerisque nostrum gratissimum est, et inter prandiorum apparatus fere apponitur) quasi tantumdem flagitii committat, qui fabis, quantum qui paterno capite vescatur. Etsi nonnulli ad allegoriam trahentes, Pythagoram sub fabarum involucro dicas seu judiciales sententias intellexisse affirmant, ut μή δικοπράγειν, seu sententias non esse vorandas, sed jus ex æquo et bono prosequendum esse significaret: unde etiam χαµοτρῶγες seu fabivori

judices olim dicebantur, quorum sententiæ venales essent, insuper placita sua nullo modo discutienda, neque quid ea sibi vellent curiosius inquirendum esse monebat. Ex quo fiebat, ut Pythagoræ sectæ initiati dogmatum præceptoris sui rationes anquirentibus nihil aliud responderent, quam: Ita dixit: seu, Pythagoras ita docuit. Hic præterea cælum corpus, ejusdemque sidera lunam et solem oculos esse dicebat. Cæterum cum magicen quoque exerceret, in conferta populi turba femur aureum aliquando ostentavit. Piscium quoque qui forte in littore jacebant, et quia recens capti, palpitabant numerum ariolatus est. Primus denique ἐνσωματώσεις seu animarum in alia corpora migrationes, quæ σωμάτων μεταγγισμοί, seu corporum elutriationes et transfusiones a Græcis dicebantur, delirus ille futilisque nugator excogitavit.

CAP. V.

Epicuri mellitarum placentarum helluonis nugæ.

At Epirurus Deum et providentiam esse negabat, corpus hoc universitatis ex atomis constare, quales una cum solaribus radiis apparent, rursusque in easdem resolvi asserens: quasi natura perpetuitate quadam generet, denuoque in illa ipsa resolvatur, ex quibus composita est. Porro hoc ipsum universitatis corpus ab ima sede et fundamento ovi formam exprimere, naturamque adeo ipsam spiritu, qui coronæ aut coaguli instar ovum ambit constringi, et coartari; universam insuper naturæ molem nimio violenti spiritus impetu in duo hemisphæria diduci, quorum alterum cœleste, alterum terrestre sit: quin etiam ea quæ in universa rerum natura levissima sunt, sursum scilicet in lucem, ætherem et auras tenuissimas superfluitare: quæ contra gravissima, quisquiliisque et ramentis similima sunt, ea deorsum in terram, et humidam aquarum substantiam subsidere: omnia denique per seipsa suaque sponte cum axis astrorumque circumvectione moveri affirmabat. Idem beatitudinis quem, seu summum bonum, in voluptate consistere ratus, mellitis placentis, impensius quam mures adipalibus, oblectabatur.

CAP. VI.

Moses philosophis certior. Principia rerum elementa. Ecquod elementorum primo productum.

Ut autem generatim quid externi philosophi de universæ naturæ fabrica senserint, explicem (ut cum illos inter se dissentire cognoveris, inde quæcunque de rerum generatione prolocuti sunt, ut plurimum a vero aberrantia perspicere possis), Moses quidem simpliciore magisque compendiario, imo potius copiosiore stylo de mundi creatione disserens: *In principio*, inquit, *fecit Deus cælum et terram*. Deinde ea ordine quæ sunt in cælo percurrunt. At externorum philosophorum nonnulli principia rerum materiam et formam dixerunt. Primamque adeo materiam quæ sub sensum quidem minime cadat, sed sola cogitatione comprehendatur,

A formæ subsistentiæque prorsus experta. Nam si forte quantitates, qualitates, relationes, habitus, conversiones, motus, alterationes, mutationes, et cætera id genus abstrahas: quod supererit, materia dicitur. Cui quidem si facies aut figura quæpiam, quam formam vocant imprimatur, sic tandem in elementum, ætherem videlicet, vel aquam, vel ignem, vel terram evadit: ex quorum deinde commixtis elementis composita corpora, et animata et inanima nascantur. Majorem itaque materiæ et formæ principiorum, quam elementis quatuor: hisque vicissim elementorum, quam reliquis corporibus rationem inesse tradunt. Atque eorum quidem nonnulli eodem quo Deum in gradu materiam quoque collocant, utpote quæ omnium quæ sunt in rerum natura prior sit et antiquior, imo vero corpora omnia successione continua producat (cum nos interim Deum rerum omnium principium principiiisque adeo ipsis antiquiorum esse profiteamur), quæ denique post substantias materiæ expertes materiam ipsam protulerit, atque ita demum universum naturæ corpus fabricata sit. Alii vero physiologiæ arcana diligentissime rimati, eque notam elementorum primo productum fuerit variis inter se concertationibus disputaverunt. Atque aliis quidem primus omnium ignis emersisse videtur, propter vim ei insitam, qua cuncta consumit: aliis aer, cujus afflatu et reflatu animantia consistunt: aliis aqua generandi facultatis ergo, quæ inesse illi fertur; aliis denique terra, quod ex ea animantia omnia ortum habeant, atque in eam de novo resolvantur.

CAP. VII.

De Ideis et Cælo.

Et Plato quidem ideæ primæ nomine intelligentiam et inenarrabilem phantasiam, illamque adeo imaginationem qua mundum creavit: secundæ vero, beatarum mentium ordinem, mundique hujus, qui sensibus patet exemplar: tertiæ denique, generales illas rationes intelligit, quibus res a suis corporibus abstractas contemplamur, ut cum de homine, vel equo, vel bove sermo instituitur. At Aristoteles ideis substantiam tribuit, nec eas, uti Plato, per se vique sua subsistere censet. Idem ipse cælum quintum corpus esse longe diversa ab elementis natura præditum auctor est. Cælum certe Platoni id esse videtur, quod in quatuor elementis maxime præluet. Terrestria enim corpora ille infima elementorum parte, ut quæ omnium crassissima sit matericque plus habeat, cælum autem maxime luminosa eorundem parte constare autumat. Cæterum Aristoteles rationem quoque adfert, quare cælum corpus esse quintum sibi videatur, quippe quia directus elementorum sit motus, cum cælum in orbe feratur. Itaque diversi motus ergo, diversam illi quoque a quatuor elementis substantiam assignat.

CAP. VIII.

De Stellis, Sol et luna an planetæ? Planetarum ordo, motus et concentus.

De stellis etiam errantibus et fixis uterque disserit. Et Plato quidem unam omnium eandemque substantiam, id nimirum quod in quatuor elementis maxime perluceat, esse ait. Aristoteles autem quinti corporis nomine et cælum et stellas omnes complectitur, propter motum scilicet, quem diversum a quatuor elementis habent. Porro cælum istud, quod quintum corpus appellat, quid re vera sit, nequaquam definit. Sed ex opinione et conjectura tantum loquitur. Verum enimvero quamvis septem errantes vulgo vocentur, quinque tamen duntaxat revera sunt: neque enim solis et lunæ cursus erraticus est; at errantes stellæ ideo appellantur, quia nunc stare, nunc progredi, denuoque regredi videntur. Atque inerrantium quidem ordo longe sublimius quam errantium eminet: inerrantesque adeo ipsæ non in una et eadem corporis ætherei superficie sitæ sunt et feruntur: imo aliæ aliis sublimiores apparent. Fixis errantes succedunt: in quibus prima Saturno, secunda Jovi, tertia Marti, quarta Soli, quinta Veneri, sexta Mercurio, postrema Lunæ sedes assignatur. Infra lunam quatuor elementa, nimirum ignis, aer, terra, et aqua, ordine suo singula jacent. Sunt autem cuilibet errantium præfinita tempora, quibus moveantur. Saturnus enim, cui ut cæteris altiori maximus orbis permetiendus est, cursum suum triginta annorum spatio conficit. Jupiter celeri cursu spheram suam annis duodecim, Mars duobus ac semisse permeat. Solis, Veneris, et Mercurii cursus idem, isque annus est. Luna post vicesimum nonum diem et semissem cursum redintegrat. Quod si quis hujusmodi numerorum arcana rimari velit, hinc facile quanta sit architecti sapientia deprehendet: quod nimirum concentuum rationes omnes in his elucescant: eorum, inquam, qui vulgo διὰ πασῶν, διὰ πέντε et διὰ τεσσάρων appellantur.

CAP. IX.

Judicii supremi tempus. Planetarum ἀποκατάστασις. Astrorum synodus, diluvia.

Tametsi autem ex Evangelii oraculo ⁴, diem et horam supremi judicii nemo cognoscat, præter Patrem, et Patri coæternum Filium, atque adeo Spiritum, qui ex Patre (Filioque) procedit: Græci tamen novis quibusdam demonstrationibus perspicuam facere connituntur. Quo id autem modo, sic accipe. Saturnus maximam suam ἀποκατάστασιν ducentis sexaginta quinque annis: Jupiter, quadringentis viginti septem: Mars, ducentis quatuor: sol, mille quadringentis sexaginta uno: Venus, mille centenis quinquaginta uno: Mercurius, quadringentis: luna, viginti quinque conficit. Cosmica

⁴ Marc. xiii, 32.

A vero ἀποκατάστασις exactis ter mille ducentis supra centies et septuagesies quinquies dena annorum millia peragitur: tuncque adeo synodus quædam conventusque stellarum omnium ad tricesimam Cancræ mansionem, sive Leonis primam celebratur: nec ita multo post generali diluvio mundus obruitur. Aiunt præterea in annorum stellæ cujuslibet minorum apocatastasi specialia quædam diluvia obtingere. Cuilibet enim erraticæ stellæ suos annos maximos, medios et minimos esse.

CAP. X.

De solis, lunæ, terræque magnitudine et intervallo.

Philosophorum porro nonnulli, inter quos Aristarchus astronomus, aiunt majorem soli cum terra rationem esse, quam sex millibus octingentis cum quinquaginta novem: ejusdemque diametro vicissim majorem cum terræ diametro rationem esse, quam novemdecim cum tribus. Ad hæc solis diameter octuplo lunæ diametrum superat, intervallumque adeo quo sol a terra distat, octuplo majus est, quam intervallum quo luna ab eadem disjungitur. Quin etiam soli cum luna ratio major est, quam quinque millibus octingentis duobus cum uno.

CAP. XI.

De solis et lunæ eclipsi.

Cæterum ad solis et lunæ defectus quod attinet, qui paulo subtilius ista rimati sunt, eclipsin in sole proprie dici posse negant (cum solis lumen nullo tempore deficiat), caliginem autem et obtenebrationem admittunt, quæ tum demum percipiuntur, cum in eclipticis conjunctionibus luna illi ad perpendicularum opposita fuerit: tunc enim oculos nostros, qui sublunarem regionem incolimus, tenebricosum solis lumen obumbrat. Astronomi præterea digitis duodecim lunæ corpus dimetientes, alias quidem toti ipsius corpori solis radius adversos, alias vero etiam paucioribus duodecim obijciunt. Cum enim luna sublimiore orbe circumvehitur, eo scilicet qui soli propinquior est, parum abest, quin tenebras illi offundere videatur: cum autem pleno orbe, justaque sui magnitudine constans inferiora permeat, tunc scilicet oculos illa nostros splendore suo perstringit, et integro soli opponitur. Idem objectu atque interventu umbræ terræ lunam deficere dixerunt. Nam terra lumine solis illustrata umbram non eam quidem cylindricam, seu rotundam, qualis est columnæ figura, sed conoidem seu turbinatam facit. Κῶνος enim, qui et στροβίλος, id est turbo, dicitur, ex lata planitie in mucronem exacuitur. Umbra terræ ita proculdubio se habet, cujus rei causa perspicua est. Quoties enim corpus aliquod ab ejusdem corporis magnitudine lumen accipit, cylindrica: quoties vero a minoris, conoides umbra, seu turbinata

consurgit. Unde efficitur, ut cum sol tellure sit **A** major, eamque suis radiis illustret, turbinatam quoque umbram efficiat. Itaque luna tunc nobis obscura, deficientique similis videtur, cum in umbram telluris inciderit. Quod si in umbræ ipsius radicem seu meditullium indicat, omnino deficit : si vero in verticem, obscurior efficitur : quia nimirum quo conoides umbræ planities latior, eo vertex contractior est.

CAP. XII.

De solis, lunæ, astrorumque qualitatibus.

Hæc quoque scitu non indigna sunt, ut quæ a primi nominis philosophis sancita fuerint. Plato certe corpus ætheris universum ex igne, terra, ætherisque duobus elementis constituens, calidum **B** solem esse dixit. Aristoteles autem corpus hujusmodi diversum quoddam a quatuor elementis statuens, neque calidum solem, neque alia ulla qualitate præditum esse ait, sed et λεικρον φωτός, seu canistrum luminis appellat. At vero hic roget quispiam, qui fieri possit, ut sol caloris expers calafaciat ? Quoniam movet, quamvis moveatur et ipse, exhalationem, et aera qui terræ circumfluus est, atque exinde in causa est, ut subjecta corpora incalescant. Exhalationis porro et naturam et nomen primus invenit atque invidit, exhalationem inquiring vaporem eum calidum et siccum, velutique fumosum esse, qui a terra sursum emittitur. Hæc ita ipsa exhalatio fumosa, cum jam præ levitate ad lunam usque pervenit, deinde in partes **C** diducta est, succenditur, ignique persimilem se nostris oculis exhibet : atque adeo subjectam sibi substantiam calefacit. Quod autem ex motu calor nascitur, id ex jaculorum cuspidibus perspicuum est. Plumbum enim, quo communitæ sunt, ipso motu solvitur, et colliquescit. Atque Græci quidem soli lumen ab initio, et quidem natura ipsa inesse aiunt. Anaxagoras vero solidum lapidem ex universi circumvectione elisum et inflammatum denuo levigari, et in stellas cœlestes coalescere tradit. Idem foraminibus instar pumicis et spiraculis scatere stellas, atque nonnunquam cœlo delabi auctor est : quibus dictis fidem conciliaturus, adfert corpus illud ignitum, rotunda forma, quod cœlo quondam in αἴθρῃ fluvium decidit. Alii solem **D** et lunam nubes æthereas inflammatas : alii solem ipsum massam candefactam esse dixerunt. Verum enimvero cum Mosis historia solem, lunam et stellas a mundi opifice Deo primum creationis initium habuisse dicimus, non quod ille alio lumine egeret, sed ne lumen illud iners otiosumque maneret, quod idcirco primo statim die creavit. Inquit enim Scriptura, *Dixit quoque Deus : Fiat lux, et facta est lux* ⁵. Cæterum nihil aliud ignis est, quam lumen ipsum. Luminaria vero non sunt lumen ipsum, sed luminis receptacula.

⁵ Gen. 1, 3.

CAP. XIII.

De solis et lunæ cursu, annique ratione.

Sciendum præterea est, lunam integram, hoc est quindenariam ab opifice creatam ; suis enim numeris absolutam esse conveniebat. Quarto autem die creata est. Itaque diebus undecim solem prævertit, siquidem a quarto ad decimum quintum undecim dies intercederunt. Quo fit ut unoquoque anno duodecim menses lunæ, undecim dierum spatio, duodecim solaribus mensibus minores deprehendantur. Solares enim diebus trecentis sexaginta quinque cum quadrante constant, ex quo per quatuor annos composito dies unus absolvitur, quem Bisextum vulgo dicunt, illeque adeo annus diebus trecentis sexaginta sex constat. At lunares anni trecentorum quinquaginta quatuor dierum sunt. Ex quo enim luna emergerit, seu orbi suo restituta fuerit tantisper augebitur, dum ad dies quatuordecim atque quadrantis semissem pervenerit, a quo nimirum tempore deficere incipit, ad nonumque et vicesimum diem cum semisse deficiendo progreditur. Perfecta igitur, justaque sui magnitudinis constans, luminis expers est denuoque soli conjuncta redi-viva consurgit, et redintegratur : quod certum proculdubio resurrectionis nostræ monumentum est. Itaque singulis annis dies undecim soli re-pendit, ita ut Hebræis tertio quoque anno mensis ἐμβόλιμος, seu intercalaris, confletur : annusque adeo ille tredecim mensibus, ex undecim dierum adjectione, constare deprehendatur.

CAP. XIV.

Solis, lunæ et stellarum materia, ignis natura.

Perspicuum autem est, solem, lunam et stellas ex lunæ globo constare. Vasorum enim instar lumen sibi postea superadjectum exceperunt. Horum profecto ejusmodi natura sit, nescimus. Sunt qui ignem nisi in materiam aliquam agat, conspicuum esse negant : unde fit, ut extinctus evanescat. Alii extinctum in aerem mutari contendunt.

CAP. XV.

De zodiaco, planetarumque domibus, et elevationibus.

Zodiaci porro circuli motus obliquus est, atque in sectiones duodecim dividitur, quæ vulgus ζώδια seu signa vocat : quorum singula denariis tribus trigintaque partibus constant. Pars autem quælibet sex minutis complectitur, ita ut cœlum partes seu mansiones trecentas sexaginta habeat. Hemisphærii, quod supra terram exstat, centum octoginta, totidemque ejus quod sub terra est, partes enumerantur. Cæterum planetarum domus hæc traduntur, Aries et Scorpius Martis. Taurus et Libra Veneris. Gemini et Virgo Mercurii. Cancer Lunæ. Leo Solis. Sagittarius et Pisces Jovis. Saturni denique Capricornus et Aquarius. Elevationes

eorumdem sic habent: Solis Aries. Lunæ Taurus. A Jovis Cancer. Mercurii Virgo. Saturni Libra. Martis Capricornus. Veneris Pisces.

CAP. XVI.

De lunæ figuris decem.

Lunæ quoque figuras sic habeto. Synodus seu conjunctio est, cum in ea parte fuerit, quam sol occupat: Conceptio cum a sole ad quindecim partes abscesserit: Ortus, cum $\mu\eta\nu\sigma\epsilon\iota\delta\eta\varsigma$, hoc est falcata, lunatave secundo apparuerit, vel cum ad sex septemve partes abscesserit; $\Delta\iota\chi\omicron\tau\omicron\mu\omicron\iota$: duæ, hoc est dividuæ, cum ad nonaginta: $\acute{\alpha}\mu\phi\iota\kappa\upsilon\rho\tau\omicron\iota$: duæ, hoc est utrinque gibbosæ, cum ad viginti supra centum: $\pi\lambda\eta\sigma\iota\varphi\alpha\epsilon\iota\varsigma$ hoc est plenilunares seu perluminosæ duæ, cum ad centum quinquaginta, $\pi\alpha\nu\sigma\epsilon\iota\delta\eta\nu\omicron\varsigma$ seu plenilunium integraque lunæ facies, cum ad centum octoginta partes abscesserit. Duas autem diximus, hoc est unam quæ crescat, alteram quæ deficiat. Duorum porro dierum et semissis spatio signorum unumquodque lunæ percurrit.

CAP. XVII.

De septem planetarum zonis et cursu, una cum loci Davidici Psalm. viii, 6: Lunam et stellas quæ tu fundasti, explicatione.

Ex ipsa cœlestium globorum universitate septem planetas esse aiunt: qui motu a cœlesti diverso moventur: qua ratione planetarum quoque nomen adepti sunt. Nam cum cœlum ab Oriente ad Occidentem moveatur: illi contra ab Occidente in Orientem rapiuntur; cœlumque adeo ipsum rapidissimo suo motu septem planetas circumvehit, quæ his vulgo nominibus censentur: Sol, Luna, Jupiter, Mercurius, Mars, Venus, Saturnus. In singulis autem cœli zonis unus aliquis e septem planetis volvitur: in prima quidem, quæ et suprema, Saturnus: in secunda, Jupiter: in tertia, Mars: in quarta, sol: in quinta, Venus: in sexta, Mercurius: in septima, quæ omnium quoque infima est, luna. Irrequieto itaque et indesinenti cursu decurrunt, eo nimirum, quem eis mundi Opifex præfinivit, et prout illos fundavit, ut divinus ille Davidides exclamat, *Lunam et stellas, quæ tu fundasti*: eo enim quod *fundasti* dixit, soliditatem utique nulli obnoxiam mutationi, ordinem præterea, et $\epsilon\iota\pi\mu\delta\omicron\nu$ seu consecutionem illam significat, quam a Deo acceperunt. Illas enim in tempora, in signa, et in annos disposuit.

CAP. XVIII.

De quatuor tropicis sive solstitiis.

Quandoquidem solstitia quatuor per solem constituuntur, primum quidem vernum, in quo Deus universa creavit, cujus quidem rei flores in eo etiamnum emergentes et pullulantes certo indicio sunt, alio nomine solstitium æquinoctiale dicitur, quod certe diei noctique duodecim horas ex æquo

dispertiens ex solis orientis medio constituitur; Justa temperie præditum est, sanguinem auget, calidi et humidi particeps, hiemi denique et æstati medium interjacet: illa quidem calidius et siccus, hac vero frigidius. Ea porro anni pars a vicesimo primo die Martii ad Junii vicesimum quartum. Deinde solis ortu paulum exaltato, ita ut in septentrionalem plagam vergat, tropicus æstivus succedit, ver et autumnum medius intersecans, et ab illo calorem, ab hoc frigus percipit, nam calidus et siccus est, flavam bilem auget. Ejus porro maximus dies horis quindecim, nox minima novem horarum interstitiis absolvitur. Ipse autem a Junii vicesima quarta ad vicesimam quintam Septembris procedit: tum deinde sub medianam solis ad nos redeuntis ortum tropicus autumnalis vicem æstivo, retenta quadam frigiditate et calidi, itemque sicci et humidi moderatione, rependit: atque æstivo quidem hibernoque tropicis intermediis, ab illo calorem, ab hoc frigiditatem mutatur: nam frigidus et siccus est, atramque bilem auget. Hic alter æquinoctialis tropicus diurnis horis duo decim, totidemque nocturnis constat, atque a Septembris vicesima quinta ad Decembris vicesimam quintam protrahitur. Cum vero sol ad minimumque hoc est meridianum ortum prolapsus est, tandem tropicus hibernus emergit, frigidus quidem ille et humidus, quique autumnali et verno medius interjacet, illius quidem frigiditatem, hujus vero calorem ex æquo referens. Tropici hujus dies minima novem horarum, noxque maxima quindecim spatio decurrit: pituitam auget, a Decembrisque vicesima quinta ad Martii vicesimam primam extenditur. Sapienter enim ab ipso mundi Opifice provisum est, ne ab extremo vel calore vel frigore, vel siccitate, vel humiditate, in extremam contrariarum qualitatuum aliquam delati, in graviores aliquot morbos incurreremus. Nam repentinæ mutationes periculosæ et lubricæ vulgo feruntur. Hoc itaque pacto sol tropicos, et per eos annum, dies denique noctesque digerit; illos quidem ortu suo supraque terram vectus, has vero cum subterranea loca permeat, aliisque luminaribus, lunæ, inquam, et stellis, fulgorem impertit.

CAP. XIX.

Signa, menses et προγνωστικά.

Cœlestia porro signa ex stellis et ipsa conflata esse, motuque soli, lunæ, et reliquis quinque planetis contrario moveri aiunt, utpote quæ septem ipsi planetæ percurrant. Itaque sol in unoquoque signo mensem integrum immoratur, duodecimque mensibus signa totidem percurrit, quorum quidem atque mensium illis peculiarium hæc nomina sunt: Aries Martii mensis vicesima die, Taurus viceima tertia Aprilis, Gemini vicesima tertia Maii, Cancer

• Vers. 5.

vicesima quarta Junii, Leo vicesima quinta Julii, Virgo vicesima quinta Augusti, Libra vicesima quinta Septembris, Scorpus vicesima quinta Octobris, Sagittarius vicesima quinta Novembris. Capricornus vicesima quinta Decembris, Aquarius vicesima Januarii, Pisces denique vicesima Februarii solem excipiunt. Singulis autem mensibus luna duodecim Zodiaci signa percurrit, ut quæ longe illis inferior et citatissimo ipsa cursu prætervehatur. Quemadmodum enim si circulo circulum inseras, interior exteriore minorprehenditur, ita et lunæ, tanquam inferioris, rursus multo contractior est, citatiusque multo conficitur. Jam ex astrorum hujusmodi ortu et occasu, accessibus et recessibus, imo etiam progressionibus et regressionibus Chaldæorum et Græcorum, insuper et impiorum astrologorum (2) alii quidem res humanas regi et gubernari, alii vero, qui et modestiores, Christianismi scilicet prætextu ex eisdem futurorum signa elici affirmant. Unde etiam Arietinarum, Taurinarum, et cæterorum id genus nomina priscis temporibus ratione cujusque signi habita, quo quisque perruptis alvi maternæ claustris solem objectum haberet, inoleverunt.

CAP. XX.

De stellarum motu. Itemque de luna.

Quidam philosophorum hæc quoque de stellistradiderunt. Atque inserrantes quidem stellas Aristoteles eumque secuti, cælo affixas esse, et ita cum illo circumvehi asserunt, ut ab illo divelli nequeant. Itaque cum cælum ab ortu ad occasum feratur, eodem etiam illas cum cælesti corpore moveri: errantes vero divina moderatrice providentia contrario motu, parique velut libramento obfirmatas contra nlli: ne forte circumvectionibus et circumvolutionibus assiduis confringantur, proprii naturalisque motus ratione, quo ab Occidente in Orientem rapiuntur, rursusque ab Oriente in Occidentem una cum cælo revehantur. Ex quo fieri, ut sol motu proprio nunc ad Septentrionem, nunc ad Meridiem vergens quatuor anni tempora compleat: qui idem cum cælo ab Oriente in Occidentem delatus dierum et noctium discrimina parit. Inerrantium porro stellarum nullam esse, nullam quoque errantium, luna duntaxat excepta, quæ lumen a sole mutuetur: quapropter etiam pars ejus illustrata solem semper adversum habet. Neque vero unquam luna prorsus luminis experta est, sed semilunari lumine semper illucet. Igitur in synodis, seu conjunctionibus gibbus ejus ille nobis objectus lumine caret: vertex vero superior luminosus est. In pleniluniis autem totum ejuedem quod in nos vergit hemisphærium collucet, nec superius lucis exsors est. Illo vero tempore quod conjunctionem et plenilunium interjacet, pro-

(2) *Ethnophronas* vocat infra lib. iv, c. 42, hæreticis que accenset.

vidua, et ἀμφικυρτος utrinque gibbosa et repanda est. Nam vel dimidia minus, vel dimidia, vel etiam plus quam dimidia sui parte illuminatur.

CAP. XXI.

De vacuo.

Philosophorum præterea nonnulli vacuum quoddam etiam introduxerunt, idque corpore prorsus destitutum, quasi quoddam chaos infinitum demonstrant, idemque ante mundum fuisse contendunt: creatis deinde elementis universa corpora ambitu et circumvectione cæli concluderunt, nihil interius vacui relinquentes. Quod autem exterius est, atque adeo extra ipsam cæli circumvectionem, id demum omne vacuum esse, et infinitum, quantum quis in infinito loco imaginari possit.

CAP. XXII.

Ecquod elementum primo productum.

Ad hæc Moses quidem, cui se Deus videndum præbuit, in ortu mundi cælo et terræ primas assignat. Græcorum vero sapientes alia in hæresi fuerunt: quorum alii terram primo loco, tanquam cælestis orbis centrum statuunt. Quandoquidem in solido circulo centrum prius et antiquius est. Alii vero mundi universitatem in quatuor elementa et quintum corpus cæleste dividunt: elementorumque tetradem, seu quaternionem, ab ipso æthere moveri autumant. Ætheris porro pulcherrimam partem cælum esse, quod primo etiam loco in rerum naturam productum arbitrantur. Quicumque autem ingenitum esse mundum asseruerunt, idem quoque ex consequentia de ipsa universitate senserunt. Potior vero sententia mihi videtur, ut cælum tanquam corpus præstantius et nobilissimum, quodque ambitu suo cætera complectatur, primo quoque loco productum fuerit.

CAP. XXIII.

De cometis, et fulgoribus illis, qui διαττοντες ἀστῆρας dicuntur.

Ut autem perceptis illis quoque passionibus seu affectionibus, quibus cælum affici philosophorum monumenta tradunt, multarum inde rerum experientiam, atque eorum etiam quæ sunt cognitionem tibi compares, cometas fieri aiunt, cum exhalationis pars aliqua inflammatur. Nam si concretio illa tenuior sit, quod accensum est celeri cursu rapitur, isque evadit qui vulgo διαττων ἀστῆρ dicitur, hoc est stella trajiciens quæ nihil aliud est, quam ignis trajectory, seu fulgor cælestis emicans: si vero crassior materia subsederit, ibi scilicet candentis ignis semina soventur, cometamque seu crinitam stellam efformant. Cometarum porro figuræ variæ, pro varia materiæ inflammatione, feruntur. Nam vel sola sui longitudine materia exardescit, unde cometa signitur, quem vulgo δοκίαν, hoc est tra-

bem igneam vocant: vel longitudine atque latitudine, et tunc fit, qui proprie cometa dicitur: vel ab inferiori parte quædam velut micantes scintillæ promuntur, tuncque demum *πρωγυλας*, hoc est barbatus cometes appellatur. Atque de cometis hactenus.

CAP. XXIV.

De pluvia, nive, grandine, et quæ ex vapore fiunt.

Vapor autem, cum sit humidi calidique participes, simulatque superiora petit, mutatur, et in aquam colliquescit: et siquidem copiosior paulo densiorque deferatur, pluviam ei vero rarior, stillam procreat: quod si concreseat, in nivem, sin a mutatione statim concretio fiat, in grandinem evadit. Atque hæc quidem sunt, quæ vapor in superiore aeris regione levigatus efficit: qui si deorsum, seu in infima terræque proxima parte aeris præ crassitudine seu densitate restitet, aut in rorem mutatur, aut in gelu concrecit. Cæterum ros eo potissimum tempore, quo cælum serenum et sudum est, atque in locis maxime tepentibus: pruina vero in frigidioribus coalescit, atque ros quidem cum meridionalium ventorum: pruina vero, cum septentrionalium flatus prævalet. Grando autem partibus anni calidioribus, vere nimirum et autumno, sæpe etiam æstate condensatur: propterea quod calidum et frigidum ita natura comparata sunt, ut se mutuo comprimant et coerceant: adeo ut si exteriora calor occupet, in interioribus frigus delitescat, et contra. Itaque in partibus anni calidioribus frigus calido extrinsecus objectum grandinem conflatur.

CAP. XXV.

De iride, halone, pareliis, et virgulis.

Quod ad irin pertinet, qui a multis arcus appellatur, naturali quidem substantia prædita non est, quippe quæ simulacrum quoddam inane, phantasmaque sit, quod videntium oculis tunc objicitur, cum solis radii quasi prociidunt et reflectuntur, arcusque adeo speciem præ se ferunt. Porro quælibet iris triplici colore distincta est. Ejus enim zona interior, punicea: secunda, viridis: tertia cærulea et quasi purpurea est. Consurgit autem ex inæqualitate et dissimilitudine nubium. At halones seu coronæ quarum rotunda semper figura, nec iridum orbe minor apparet, circa lunam sæpe noctu, sæpe etiam interdiu conspiciuntur. Addunt physiologi, quique naturæ arcana scrutantur, et parelios, seu solis imagines, et *παρόους*, hoc est virgulas: atque has quidem ex nubium inæqualitate fieri, tricolorisque, ut et iridas, esse: parelios autem albos, ut et halonas, asserunt.

CAP. XXVI.

Christiana et philosophica terræmotus causa.

Cæterum terræmotus a Deo ideo fieri dicimus, ut hominibus terrorem innotiat, et ad sanio-rem men-

tem revocet: quemadmodum ipse quoque Davides canit: *Qui despicit in terram, et concutit eam*. Philosophi vero causam illorum a ventis repetunt, si forte cum e terra sursum ferantur, contingat, ut flatus aliquis velut extrinseca quædam exhalatio, subterraneis reflans sese meatibus insinuet: qua etiam de causa serena tempestate terræ motus accidere, eaque adeo frequentius loca infestare solent, in quibus mare rapidius fluit, tellusque mollis et laxa cavernis et cuniculis scatet. Porro solem ipsum terræmotus tempore tenebri- cosum et obscurum esse affirmant: quia nimirum ventorum tunc in terram remeare flatus incipit, a quo liquidior aer interim et serenior efficitur.

CAP. XXVII.

De ventis.

Verumenimvero de ventis idem quoque Davides ita canit: *Qui educit ventos de thesauris suis*. Prisci vero philosophi ventos in universum quatuor esse affirmant, Subsolanum, Zephyrum, Notum, et Boream, quorum Subsolanus et Zephyrus non ita vehementes sint, Notus vero et Boreas infestissimam tyrannidem exerceant. Quæ cur flant, his rationibus innituntur, quod sol nec australes nec septentrionales plagas calefaciat: quia nec in arctico nec in antarctico polo semper versatur (unde fit, ut frigidæ ex æquo et humidæ sint, multisque adeo imbribus indicem exortis, multus quoque vapor, isque fumosus consequatur: quæ res in causa est, ut Boreas et Notus tam impetuosis flatibus ferantur). Contra vero cum in regionibus, quæ vel in Orientem vel in Occidentem vergunt, sol crebris anfractibus moveatur, multum ibi frigoris suboriri non sinit.

CAP. XXVIII.

De fulmine, turbine, tonitruo, procella, etc.

Fulmen porro nullam in se inflammationem habet, quippe quod aerem ingenita sibi levitate et tenuitate referat. Unde id etiam nominis sortitum est, ut sit *κεραυνός*, quasi *σύραξ*, quia præ levore suo minime adurat. Prester vero, hoc est turbo accensus, cum ex nube substantiam materia crassissima constantem habeat, eamque incendat et inflammatur, inde fit, ut incendiis et conflagrationibus idoneus evadat. Presterem autem ventus etiam præcedit, cujus rei certo id indicio est, quod fulmine jam tangendum est, quia prius vento concutitur. Presteris enim ventus ferire, quia sulphureus, et concutere solet. Neque vero ventus ille presteris solummodo præcedit, sed etiam comitatnr et subsequitur, dispersusque et in levissimos flatus diffusus tonitrus et fulgetras excitat: et, si quidem inflammatur, vel fulmen, vel fulgur, vel presteris: sin secus, *ἐκνεφλάν* et *τυφώνα*, hoc est procellam et vorticem ciet. Porro hæc omnia ad inflammationem et adustionem referantur.

CAP. XXIX.

De corporum resurrectione et animorum immortalitate.

De corporum resurrectione nulla Græcorum placita, de animi immortalitate per multa reperiuntur. Illi enim et pœnas apud inferos pro iis quæ in vita male quis gesserit, et *λειμῶνας ἀσπίδελους*, hoc est prata asphodelo virentia, et Elysios campos fingunt: quibus illi post mortem donentur, qui præclare se in hac vita gesserint. Atque Græcorum quidem de iis quæ sunt in rerum natura sententiæ, quoad ex multis paucas sermone percurrere licuit, ita se habent.

CAP. XXX.

De Judaismi auctoribus.

Judaismus autem ab Abrahamo originem, circumcisionis interventu, duxit. Auxit eumdem Moses, qui septimus ab Abrahamo Judaicis rebus præfuit, legis beneficio, quam a Deo in Sina monte acceperat. Ornavit postea Davides ex tribu Benjamin, ubi primum Sauli successit, cumque jam quadraginta annos Judæis imperasset, virtute scilicet et sapientia præcellens, quippe qui numine divino affatus esset, suorum terminos dilatavit. Ejus enim manum Deus in mari extendit, et in fluvio dexteram ejus.

CAP. XXXI.

Hæreseon et seditionum Judaicarum origo.

Cum ergo eo claritatis Judaicum genus excrevisset, Hierosolymamque Davides et Salomon mœnibus circumdissent, atque aggeribus ipsa mœnia circumvallassent, templum denique ubivis gentium percelebre Salomon ædificasset, quidam sua Sione minime contenti, Hebraicum imperium propalam seditionibus suis adulterarunt: ut major in illorum rep. perturbatio primis illis temporibus non fuerit, quibus nimirum Iudices tribubus Judaicis jura dicebant.

CAP. XXXII.

Duodecim tribuum in duas ducatus sub Roboamo divisio.

Mortuo itaque Salomone duodecim tribus, quæ unius antea imperio rogebantur, in duos ducatus divisæ sunt. Cum enim Salomonis filius Roboamus mortuo patri in imperium successisset daretque senioribus et morosa responsa daret, qui populi nomines supplices ad illum confugerant, divisæ sunt tribus. Atque sub ejus imperio ultima quidem tribus perseveravit. Undecim vero reliquæ apostatam Jeroboamum, qui e Samaria in Judæam invaserat, secutæ sunt. Atque illi quidem qui Salomonis filio morem gerere perrexerunt, Judæ: qui vero Jeroboamum Nabati filium regem sibi creaverunt, Israelis nomine dicti sunt. Cæterum Roboamus septemdecim annis Israelis præfuit, nimirum usque ad Jechonæ tempora, qui et Sedecias appellatus est. Temporibus autem illis qui regem utrumque

A interfluxerunt, a vero Dei cultu aberrantes Israelitæ diis alienis sacra fecerunt. Cum primum enim conflatiles auro vaccas ignavis et hebetibus adorandas Jeroboamus proposuit, mox etiam in obscuris locis et lucis victimas multas obtulerunt, Baalamque tanquam Deum colere cœperunt.

CAP. XXXIII.

Captivitas. Esdras Babylone in Samariam idololatris inhabitabilem mittitur.

Verim enimvero cum Hierosolymis expugnatis, temploque incenso Nabuchodonosor victor populum, regnante tunc Jechonia, captivum sibi mancipasset, Judæi per legatos a Babyloniorum rege exorarunt, ut ex suis aliquot in Israeliticam regionem mitteret, ne forte diutius deserta et neglecta silvesceret, atque feris tantum latibula præberet. Ille itaque gentium sibi subditarum quatuor, nimirum Cuthæos, Cuddæos, Sepharveræos, et Anegoganæos eo colonos misit. Qui simul atque cum tutelaribus idolis in Samariam pervenerunt, ibidemque sibi domos extruxerunt, a feris obsumpti sunt. Quocirca per legatos ab Assyriorum rege petierunt, aut ad ferarum internecionem auxilium mitteret, aut colonia excedere sibi cum bona ejus venia permitteretur; admiratione interim summa ducti, qui fieri potuerit ut quisquam retroactis temporibus Samariam incoleret. Rex ergo iis ad se accersitis, qui inter Hebræos excellere videbantur, interrogavit quid causæ esset, quod Samaria tot a feris infestaretur, atque adeo coloni, quos illo miserat, tam misere perirent. Responderunt Hebræi fas non esse, ut regio illa idololatris cederet, cujus incolæ pristini Mosaicam legem observaverint. Illis itaque rex integrum fecit, ut aliquem in Samariam mitterent, qui Moysi ibi legem profiteretur. Illic ergo quidam sacerdos, Esdras nomine, secum legis exemplar exscriptum deferens, circiter annum a captivitate tricesimum, se contulit.

CAP. XXXIV.

Samaritanorum hæresis.

Porro Samaritani, si quis interpretetur, idem quod custodes significant. Hique adeo primi exorti sunt, qui Judæis consentanei essent in iis, quæ de Deo apud illos circumferuntur. Solum autem Pestateuchum admittunt. Mortuorum resurrectionem improbant. Spiritum sanctum nullum admittunt. Et quamvis idololatræ re vera sint, summa tamen illis, ne tales videantur, cautio est. Hierosolymis enim una cum cæteris Hebræis adorare dedignati, in monte Garizin et sacra faciunt, et orant. Eo in loco quatuor nationum, quæ (ut jam monuimus) illo coloniam ex Assyria dederant, idola delitescere ferunt.

CAP. XXXV.

In quibus quatuor Samaritanorum sectæ convenient, in quibus non.

Ex his autem Esseni, Sebuzi, Sorotheni, et Do-

aithei in quibusdam dogmatis consentanei, in quibusdam contra dissentanei provenerunt. Esseni enim Augusto mense Azyma (in quo cum Sabuæis conveniunt), Srenopegian vero, cum Azyma Judæi, Pentecosten denique in autumno celebrant. At Sebuæi eodem ritu quo Esseni et Sorotheni dies festos colunt, a Dositheis autem dissentiunt. Sorotheni ut in cæteris cum Essenis et Sebuæis conveniant, eundem certe ritum in festis celebrandis quem Dosithei observant. Festorum enim celebrandorum illis Sorothenisque et Dositheis eadem quæ cæteris Judæis ratio est. Dosithei certe, ut resurrectionem fateantur, et in festorum celebritate Sorothenis consentanei sint, privatim certe apud illos plerique ab animatorum esu, nec pauciores a nuptiis post liberos semel susceptos abinent, nec desunt qui virginitatem profiteantur. Hujus sectæ Dositheus auctor fuisse perhibetur, qui Hebræus genere, singularique præditus eruditione cum frustra contendisset, ut in iis quas *δευτερώτερος* illi vocant, primas consequeretur, ad Samaritanos descendit, atque hujus hæreseos auctor fuit. Verum enim vero cum nimio philosophiæ amore teneretur, in antrum quoddam secessit, ubi dum jejuniis temere vires attenuat et infirmat, tandem panis et aquæ penuria moritur. Omnes itaque hujusmodi vitam suam ita instituerunt, ut circa res agendas paulo solertiores essent.

CAP. XXXVI.

De Essenis in specie.

Esseni in super amore virtutis a nuptiis, ita ut qui maxime, abstinebant, divitias pro nihilo ducunt, una denique vescebantur. Privata enim publicos in usus comportabant, turpe rati si quis privatim quid divitiarum possideret, apud quos scilicet fraternitatis nomine bona commiscebantur, et communes in usus depromebantur. Apud eodem squaloris studio usus olei nullus erat: candidus illis color ardebat: vestem aut calceos recentes non nisi prioribus detritis induiebant. Unum aut etiam alterum in commune procuratorum habebant. Nullus inter illos emptio, nullus venditio locus, sed expositis egenti suis omnibus quilibet id ab illo vicissim recipiebat, quod sibi deerat. imo vero alienis uti absque mutua gratificatione poterant. Ante solis ortum summa illis cautio erat, ne profani quid effluerent. Ad horam usque quintam operabantur. Deinde in unum conveniebant, lotisque frigida manibus in cœnaculo convivabantur. Promus panes, coquus ex uno et eodem edulio ferculum, præeunte precibus sacerdote, singulis apponebat. Non clamore ædes, non tumultu confundebantur. Alternis inter se perque vices colloquebantur. Sua vero absque procuratorum assensu et præsentia nemini erogabant. Iræ ut promissa ex candescentiæ conditi æquissimi. Fidei doctores. Pacis ministri. Quidquid dixerant majoris quam jusjurandum ponderis erat. Jura-

mentum ipso perjurio dæterius existimabant. Omnes Scripturas evolvebant, eas vero maxime ex quibus præcepta ad animos bonis moribus informandos utilia elicerentur. Ad se adeuntes probabant, eosque tandem fortitudinis et constantiæ specimine celebres in consortium ultro suum ascisciebant. In judiciis exactissimi juxta et justissimi. In congressibus et colloquiis mutuis expuere illis religio erat. In primis autem mala obfirmato animo nibili faciebant, atque dolores quidem meditationibus superabant. Mors illis quæ cum laude et gloria obiretur, immortalitate ipsa potior erat. Quare multi si quando propter legem flagris cæderentur: neque lorariis adblandiebantur, neque lacrymabantur: imo vero et verbera ridebant, et tortores ipsos irridebant: animas profundere parati, ac si denuo easdem recepturi essent. Apud ipsos enim obfirmata hæc opinio invaluerat, corpora quidem corruptioni obnoxia esse, perituramque materiam qua constant: animas autem in ævum sempiternum permanere, quæ certe nescio quo naturæ lenocinio, quibusve illecebris ab æthere purissimo divulsa, atque in corpora demissa, illis tanquam carceribus coercerentur, tandem vero carnis hisce vinculis exsoluta, et quasi diuturna servitute liberata, tunc utique gauderent, et in sublime ferrentur. Atque ut bonorum quidem animæ (qua in re Græcis consentiunt) amœna quædam loca supra Oceanum incolerent, quæ neque imbribus, neque nivibus, neque caloribus infestarentur, sed quibus ab Oceano levissimum aura zephyri aspiraret: malorum vero ad tenebrosa et hyberno frigore rigentia, denique supplicii omne genus nunquam desituri scatentia loca protruderentur. Et mihi quidem Græci eodem consilio fortibus viris (quos heroes et senideos illi vocant) Fortunatorum insulas consecrasse, impiorum contra animas Orco (quæ sceleratorum sedes est) addixisse videntur, ubi etiam Sisypbos, Tantalos, Ixionas, et Tityos quosdam meritis afflicti pœnis in fabulis est. Primum itaque perennes animas esse supponunt, deinde ad virtutum persecutionem vitiorumque fugam hominibus concessas affirmant, propterea quod viri boni, quandiu vivunt, meliores evadunt, certa spe adducti, fore ut post obitum in honore habeantur, sceleratorum contra affectus ita metu præpediantur, ut etiamsi in vita lateant, post mortem tamen certum sibi exitium expectent.

CAP. XXXVII.

Judeorum in septem sectas divisio.

Ex hujusmodi Essenorum vivendi ritu, ni mea fallit opinio, nostrates Nazareni pleraque sua instituta depromperunt, quamvis et illa tempore intercederent. Cæterum tandem Judæismus in Sadducæos, Scribas, Phariseos, Hemerobaptistas, Nazareos, Essæos, et Herodianos divisus est.

CAP. XXXVIII.

De Saducæis.

Et Dositheorum certe velut avulsio quædam fragmentumve Saducæi sunt. Saducæi autem quasi justii dicuntur. Sadoc enim Hebræis justus est. Hi porro mortuorum resurrectionem improbant, angelos non admittunt, Spiritum sanctum ignorant. In cæteris omnibus cum Dositheis conveniunt.

CAP. XXXIX.

De Scribis.

Scribæ autem legis δευτερωται, hoc est secundarii denominantur, sive illi qui traditiones et cæremonias ad legem adjiciebant. Siquidem seniorum traditiones δευτερωσαις appellabantur. Hi, ut in cæteris cum Judæorum vulgo convenirent, superfluis tamen nescio quibus observationibus addicti, urceos, pocula, patinas, et cætera id genus mensalia vasa, pugnoque facto suas ipsorum manus curiosiore superstitione abluabant. Vascula insuper ante perpurgabant, quam cibos ex illis caperent. Dalmaticia, quæ nunc colobia dicuntur, purpuræque prætexuntur, induli, phylacteria sua ostentabant, breves nimirum cartulas, quibus inscripta lex erat, quas illi pretiosis fasciis ornatas, auroque distinctas, tanquam Judæorum magistri, deferabant. Fimbriæ præterea ab illorum vestibus promittebantur, quatuorque stolæ eorumdem alis aurei corymbi, malorum puniceorum similitudine, affixi erant, quo tempore illorum quispiam continebat, aut virginitatem exercebat.

CAP. XL.

De Pharisæis.

At Pharisæi cultu religionis exteriore Scribæ longe superabant, quorum alii tabulas sibi latitudine bipalmares subjiciebant, ut si quando sub noctem somno victi in pavementum procumberent, confestim expergefatti Numen precarentur. Alii calculos aut spinas sibi substernebant, alii ad præfinitum tempus in virginitate degebant, atque ita alii ad decimum, alii ad octavum, alii ad quartum usque annum perseverabant, donec in somnis ad Veneris furta stimulerentur. Bis in Sabbato, secunda nimirum et quinta feria, jejunabant. Porro Pharisæorum nomen indepti sunt, ut qui ab aliis, præ hujuscemodi philosophiæ studio, sejuncti essent. Nam Phares Hebræis idem est, qui Græcis ἀρωρισμένος, et Latinis segregatus. Illi præterea mortuorum resurrectionem, angelos et Spiritum sanctum, contra Saducæorum dogma, confitebantur. Iidem fato et astronomiæ intenti a gravidis conjugibus abstinebant, quo facto se non fruendarum voluptatum, sed liberorum suscipiendorum gratia uxores duxisse significabant. Balnea apud illos feminis velatis, quemadmodum et viris subligari præinictis, mittebantur. Ut animis omnibus

† Gen. XLIX, 10.

A immortalitatem tribuerent, bonorum certe tantum animas in alia transire corpora, malorum vero æternis addici suppliciiis docebant.

De Hemerobaptistis.

CAP. XLI.

Hemerobaptistæ in hoc duntaxat a Pharisæis et Scribis differebant, quod fieri non posse dicerent, ut quisquam salvus evaderet, nisi qui singulis diebus sacro baptismate tingeretur.

De Nazaræis.

CAP. XLII.

Nazaræi, qui (si vocabuli vim interpreteris) iidem sunt qui et ἀρρηισταί, id est, rebelles, patriarchas omnes, quorum in Bibliis Mosaicis mentio fit, Mosemque adeo ipsum recipiunt. Pentateuchum vero improbant, atque legem Mosi legem datam fuisse contendunt, quo fit ut ab animatis omnibus abatineant, nullisque cruentis victimis in sacrificiis ulantur.

CAP. XLIII.

De Essæis, et Elxai pseudopropheta, et ejus fratre lezæo cum sororibus Martho et Marthana.

Essæi cuncta ex legis præscripto gerentes, ut supra dixi, aliis quoque præter legem scriptis utebantur. Abjectissimos id nominis et vilissimos significat. Illis Elxai quidam pseudopropheta, rerumque laudabilium corruptor, Trajani Romanorum imperatoris temporibus se conjunxit, qui Christi in carne adventum negabat, virginitatemque et continentiam detestatus ad nuptias exhortabatur. Elxai huic fratrem fuisse aiunt, qui lezæus diceretur, posteaque, magni scilicet Constantini temporibus, una cum duabus sororibus innotuerit, quæ eodem quo ille genere prognatæ ferrentur, Martho scilicet et Marthana, quibus errore delibuti homines, tanquam deabus a divino Elxai semine prognatis, divinum cultum exhiberent. Cæterum Elxai potentiam occultam et arcanam significat. El enim Hebræis potentia, Xai occulta dicitur.

CAP. XLIV.

De Herodianis.

Herodiani ab Herode Antipatri filio nomen acceperunt. Antipater enim Ascalonites a Judæis captus et abductus Herodem illum suscepit, qui Christi temporibus pueros interfecit. Tandem Demetrio familiarissime conjunctus, Judæque procurator effectus, seipsum cum Herode filio circumcidendum curavit. Hic Herodes postea cum Julio Cæsari, Antonio, et Augusto innotuisset, Judæorum regno præfectus est. Nonnulli ergo illum esse Christum arbitrabantur, Jacobi scilicet vaticinio adducti, quod ita canit: *Non deficiet dux neque princeps de femore ejus, donec veniat cui repositum est* †, idcirco Herodiani nominantur.

CAP. XLV.

Libri primi Epilogus.

Atque hæc quidem sunt hæreses quæ Christi in carne adventum præcesserunt, nec tamen omnes improbatæ sunt, ast illæ tantum, quæ Mosis legem antiquabant ejusque placitis adversabantur. Porro Phariseorum et Scribarum traditiones, si cum legis oraculis observarentur, nihil præjudicii pariebant. Nam quid alioqui detrimenti ex urceorum baptismis, manuum ablutionibus, tintinnabulorum sonitu, corymborum aureorum appensionibus, tabulisque bipalmaribus ad somnum capiendum substratis, ejuscemodi observationum studioso confari potuisset? Idem de jejuniis judicandum est, et cæteris quibus Phariseus designabatur, atque Scriba vel procul spectus innotescebat, quibus hactenus ignotus fuisset. Quod superest, vera esse quæ dico, Christus ipse, qui veritas ipsa est, his verbis plane arguit: *Dico enim vobis, nisi superabundaverit justitia vestra plus quam Scribarum et Phariseorum, non intrabitis in regnum celorum*⁵⁵. Hypocriticus porro traditionum cultus, primorum accubituus amor, primæ sedis ambitio,

A preces mediis in plateis fusæ, privatorum denique mandatorum præ divinis observatio, atque adeo accuratissimum dogmatum suorum præ Dei præceptis studium, extremam proculdubio animis hominum perniciem exitiumque afferunt: ut satis hæc superque Theanthropi verba indicant: *Væ vobis, Pharisei hypocrite, quia mundanis exteriora calicis et paropsidis, interiora autem plena sunt rapina et injustitia*. Item, *Væ vobis, Scribæ et Pharisei hypocrite, quia decimatis mentham, anethum, et cuminum: et reliquistis quæ graviora sunt legis, iudicium, et misericordiam, et fidem. Hæc oportuit facere, et illa non omittere*⁶. Atque hæc sunt, inquam, in quibus ante Christi in carne adventum a lege divina aberratum est, cæterum posteaquam ille corpus humanum assumpsit, a mortuis surrexit, in cælos ascendit, apostoli denique per hominum nationes dispersi sunt, innumeræ opiniones ab orthodoxæ fidei regula diversæ, studio ejus qui zizania disseminare solet; exortæ sunt. Operæ autem pretium me facturum existimo, si primum de sancta Trinitate disseram, tum deinde hæreses ipsam attemam, una cum iis quæ adversus illas a me conscriptæ sunt.

⁵⁵ Matth. v, 20. ⁶ Matth. xxiii, 13.

NICETÆ CHONIATÆ THESAURI ORTHODOXÆ FIDEI LIBER SECUNDUS.

De sancta Trinitate, Angelis et hominibus.

CAP. I.

Quod divinitas trishypostata sit, hoc est tribus personis constet.

Inde certe dicendi præludium faciemus, unde dubitationis occasionem plerisque subortam video, nimirum quid obstiterit, quominus se natura illa rerum omnium fabricatrix ab initio triam ostenderit, sed tum demum, quando a Verbo caro assumpta est, id ipsum sibi placere perspicuum fecerit. Respondemus itaque perapposite id pro divinæ magnificentiæ dignitate factum ita fuisse. Illa enim cum homines a monarchia, seu Dei unius cultu alienos et ad deorum pluralitatem propensos, creaturarum potius quam Creatoris cultui addictos esse videret, tunc temporis se vulgo celavit, nec unitatem illam quæ Trinitati personarum inest, cuius perspicuam et explanatam esse voluit ut imbecillæ perversorum cognitioni parceret, qui sane vel nullis hujuscemodi propositis exemplis, alias ἀναρχίας, hoc est nullum prorsus Deum, re-

C verebantur, alias τῆ μοναρχίας, hoc est unius Dei cultui, deorum pluralitatem præferebant. Cæterum apud Deo charissimos Patres unitate sua Trinitas non caruit, imo vero Abrahamus quo tempore angelos hospitio excepit, obscurius illam tacitus secum reputavit, expressius autem specimen illius edidit, cum filium Isaacum supposito ariete, viventem e sacrificio recepit. Ex iis enim quæ tunc vidit, Verbi incarnationem ariolatus est, futurumque adeo, ut divinitas minime pateretur, sed caro sola, quam in mundi totius expiationem assumpturus esset. Porro Mosis, dum in monte obambulat, nova illa visio objecta est. Et Jacobus filii benedicens vaticinatus est futurum, ut is quicum coluctatus nocte fuerat, hominibus conjungeretur, et veluti catulus leonis a somno resurgeret. Quisquis denique divino fuit afflatus numine, quantum hoc vel illo pacto mentis oculos contendere potuit Trinitatis cognitionem tanquam in speculo contemplatus est. Alioqui vel ipsa de Deo Patre con-

cepta notio, Filii quoque et Spiritus essentiam commonstrat et confirmat. Nam Filius Pater est et Patris Filius, eosque una et eadem natura efformat. Spiritus itidem alterius cujuspiam spiritus est, ejus nimirum cujus et dicitur. Iis itaque de causis Trishypostata, hoc est, tribus constans personis Divinitas animo ex symbolis primum ab illis concepta est, qui rerum divinarum præscientia claruerunt: palam vero et perspicue tum demum, cum ex Trinitatis personis una nobiscum in carne versata est.

CAP. II.

Cur Trinitatis mysterium ministerio Verbi posuit quam hominis cujuspiam innotuerit.

Cæterum Verbo muneris id conveniebat, ut Trinitatis mysterium mundo patefaceret, ut homines a Deo ea quæ Dei sunt edocti, haud dubiam de iis opinionem conciperent. Nam si a mortalium aliquo traditum fuisset, nunquam id ponderis apud rerum divinarum studiosos habuisset, ut facile suscipiendum videretur: quemadmodum verbi gratia, Mosaicis scriptis usuvenisse sycophantæ affirmare ausi sunt (3), quorum alia quidem a Deo legislatore, alia vero a Mose populique senioribus promulgata dixerunt. Atque hujus posterioris opinionis ergo, ne legis quidem divinæ cultum hujusmodi scriptis exhibuerunt. Nam si posteaquam ipse Christus theologiam illam professus est, quæ et in unitate Divinitatis, et in trinitate personarum elucescit, nonnulli, velut adulterinæ quædam dæmonis monetæ, exorti sunt, qui Dei majestatem nullo modo reveriti, a fide diviticula subintroducerent, a quibus, quæso, verbis sibi temperassent homines, si abstrusarum rerum, necdum a quoquam tractatarum doctores fuissent?

CAP. III.

Incar-natio Christi certissimum divinæ erga nos providentiæ argumentum.

Dei porro majestatis excellentissimum opus, ejusdemque providentiæ erga nos argumentum efficacissimum inde innotuit, quod Filius carnem assumpserit, et usque ad mortem crucis sese exinaniverit. Cum enim ille Dei imago immutabilis et naturalis esset, nosque imaginis illius divinæ, ad quam efformati fueramus ob characterem corruptissimus, idem ille qui ut in rerum natura essemus, effecerat, creaturæ suæ restorationem in se recepit, atque adeo ἐνοπίστατον illud, hoc est, per se subsistens Dei Verbum, Patre propriam gloriam non exuente, incarnatum in terris apparuit, et eos qui a ratione deflexerant, ad brutamque vitam diverterant, denuo ad rationis et intellectus dignitatem revocavit, Pater autem ordine Filium, Filiusque Spiritum præcedere eadem ratione dici

¹ Matth. xxviii, 19. ² Joan. xiv, 26. ³ Joan. xv, 26.

(3) Ptolemæus in primis infr. lib. iv, c. 5.

A potest, qua res expetendas, et suos effectus causa præcedit, qui tamen diversæ naturæ, posterioresque tempore non sint, sed æterna potius coæternorum effectuum causa sit, ejusdem substantiæ, sola proprietate dempta, particeps. Primus enim pater, secundus genitura, tertius processio dicitur.

CAP. IV.

Cum divinitas ineffabilis sit et incomprehensibilis, qui fit, ut a Christo in Patrem, Filium et Spiritum dividatur?

Quod si rem ipsam altius atque convenienter Deo disquiramus, natura divina omni ex parte ineffabilis est, et incomprehensibilis, nec id quod re ipsa est aut humana capi ratione ac revelari, aut oratione ulla exprimi potest. Et quamvis Trinitatem, quamvis unitatem, quamvis Patrem et Filium, et Spiritum, quamvis denique Divinitatem illam incomprehensibilem, et naturam ineffabilem vel animo concipiamus, vel ratione pronuntiemus, illa non iis rebus, sed supra eas consistit. Ex quo fit, ut divinæ naturæ neque prior locus neque posterior accommodari commode possit, sed omnium supremus duntaxat, utpote quæ omnem numerum et unitatum excogitationem excedit, si saltem numerus et unitas circa substantias versentur, Deus autem supra substantiam sit. Servator tamen noster, ut nominibus et rebus nobis familiaribus ad ea nos deduceret, quæ supra naturam posita sunt, divinisque adeo mysteriis initiaret, oratione sua Patri primum, Filio alterum, Spirituique sancto tertium locum attribuit, cum sic discipulos suos alloquitur: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* ⁷.

CAP. V.

Consentaneum fuisse, ut Dei Filius hominis quoque Filius diceretur, fierique non potuisse ut vel ab homine humano, vel ab angelo servaretur.

Hoc autem neque Patri a natura insitum, neque divino item Spiritui consentaneum erat, ut in terra videretur, et nobiscum coalesceret. Qui enim fieri posset, ut qui nullis non sæculis insitam sibi paternitatem prædicabat, Filius hominis audiret? vel etiam Spiritus ille coadjutor et perfectior, eorumque confirmator, quæ Filius ex nihilo ad id quod est in rerum natura produxit, prout plerique scriptis suis assuerunt, imo vel ipse Servator in Evangeliiis, in quibus de Spiritu sancto disserens discipulos his verbis alloquitur: *Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret vobis quæcunque dixi vobis* ⁸. Item, *Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis, Spiritus veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium feret de me* ⁹. Sed hoc a ratione non ab-

horrebat, ut qui Dei Filius esset, hominis quoque Filius evaderet; et quemadmodum vitam hominibus largitus erat, ita nobis quoque non tantum vitam, sed bonam etiam vitam adventu suo largiretur, salvus ambabus naturis: divina, inquam, quæ eadem prima est, et hominis captum transcendit; necnon humana, quam propter nos ad tempus speciali quadam proprietate assumpsit. Præsertim quia hominis culpa factum fuerat, ut homo salute excluderetur, cui consequendæ nihil Mosaica lex, nihil prophetiæ prædictiones prodesset potuerant, nihil denique angelorum quispian nobis hac in re proferre posse videretur: tametsi hoc Deo supra modum arrisisset, quod rebus hominum deploratis præsens remedium et ac recuperandam salutem efficacissimum afferret. Qui enim fieri potuisset, ut simplex homo, nec ullius divinitatis particeps, unam eandemque in fidem gentes congregaret, illisque œremoniis linem imponeret, quibus lex obnoxios nos efficiebat? vel etiam eadem potestate uti potuisset, qua Christus utitur, his verbis: *Lex quidem ait, Non moechaberis: ego autem, Nemulierem quidem aspicias, ad concupiscendam eam* ¹⁰, et quæ sequuntur, eo quidem sensu accipienda, ut ad legis perfectionem, non autem ad destructionem dicta et tradita intelligantur. Sed ne malorum quidem spirituum vires infirmare potuisset angelus, præsertim cum Scriptura nos moneat, Michaellem archangelum cum diabolo quidem super Moysis corpore contendisse, eo tamen audaciæ nequaquam evasisse, ut illum tanquam blasphemum condemnaret, sed his duntaxat verbis usum esse; *Increpet te Dominus*. Quin et angeli in angelos insurgunt, quemadmodum vir ille desideriorum et prophetarum perspicacissimus Daniel suis scriptis explicat. Quocirca prout oportebat, ita etiam creata sunt omnia, creata vero et facta sunt ita ut et mundo salutifera, nec Deo indigna essent. Atque hæc haec, etiam si citra omnem orationis ornatum dicta sint. Jam quædam scriptis mandanda supersunt, ex quibus sanctissimi Patres et theologi nos docuerunt, quidnam de supersubstantiali Trinitate sentiendum sit.

CAP. VI.

B. Dionysii Areopagitæ, ex cap. 2, De unita et distincta theologia, de Patre, et Filio et Spiritu sancto (4).

Patrem quidem fontem divinitatis esse, Filium autem et Spiritum Deigenæ divinitatis germina, ut ita dicam, divinitus pullulantia et quasi flores, supersubstantialiaque lumina, sacris ex oraculis accepimus; at quonam id tandem pacto fiat, nec oratione quisquam, nec intellectu consequi potest. Item, proinde in omni fere theologica disputatione summæ Divinitatis sacras laudes intuemur, partim quidem, quia unitas sit propter simplicitatem et

¹⁰ Matth. v 28, 29.

(4) Vide *Patrologiæ Græcæ* tom. III, col. 674.

unitatem supernaturalis ejus impartibilitatis, ratione cujus tanquam unificæ potentie, unimur, dividuisque nostri diversitatibus, supra mundi hujus conditionem, complicatis, in Deiformem monadem, eamque unitatem colligimur, quæ divinam illam imitetur: partim vero, quia Trinitas sit, trium illarum personarum ratione, quæ ex fecunditate supersubstantiali elucescunt, ex qua cœlestis omnis familia et est et denominatur. Item, Divinitas illa, quæ rerum omnium præses, et unitas et Trinitas celebri nomine dicitur, non ea est unitas et Trinitas, quæ vel nobis, vel alii cuiquam eorum quæ sunt innotescat, sed ut ipsius unitatem unitate omni superiorem, Deigenamque fecunditatem vere laudemus, illam trina et una Divinitatis appellatione denominamus: cum tamen omnia nomina transcendat, et eorum quæ sunt essentiam exsuperet. Nulla porro unitas, aut Trinitas, aut nullus numerus aut unitas, aut fecunditas, nullum denique aliud ex iis quæ sunt, quod quidem cognitioni scientiæque pateat, arcenum illud nulla oratione nulloque intellectu explicabile, reterege potest, quod in ea super Divinitate inest, quæ substantia sua nullam non substantiam multis parasangis exsuperat. Ipsa vero neque ullo nomine, neque ulla ratione, aut oratione expriri potest, sed in ipsis adytorum penetralibus, quasi de medio sublata delitescit.

CAP. VII.

Magni Basilii ex epistola ad Gregorium fratrem, quæ de essentiæ et hypostaseos differentia inscribitur (5).

Ubiunque in sancta Trinitate Patrem intellectu assequitur, una eadem opera et ipsum per se Patrem intelligit, et Filium cogitatione comprehendit. Qui autem Filium tenet, Spiritum quoque complectitur, et consequenter quidem secundum ordinem, conjuncte vero secundum naturam, trium in seipso confusam et commistam fidem expressit. Spiritum item solum qui dixit, hujusmodi confessione eum quoque, cujus et Spiritus est, nempe Christum, et eum ex quo procedit, nempe Deum, ut Apostolus ait, complexus est. Quemadmodum autem in cœtena, qui anulum unum attingit, simul etiam alterum extremum attrahit, ita quicumque Spiritum trahit, ut auctor est propheta, is vero per istum Filii quoque et Patris compos factus est. Quod si quis apprehendat, ab utroque ejusdem latere, hoc quidem ejusdem Patrem, illo vero proprium ejusdem Spiritum eadem hac inductione sibi conciliaverit. Nec enim fieri poterit, ut is a Patre separetur, qui semper in Patre manet, aut a proprio unquam Spiritu disjungatur, qui omnia in ipso agit. Proinde nulla prorsus sectio aut divisio excogitari potest, qua vel Pater sine Filio, vel Filius sine Spiritu intelligatur. Imo vero ea in iis conjunctio et divisio

(5) Vide tom. XXXII, col. 331.

est, quæ nulla oratione explicari, nulloque intellectu comprehendi queat: cum præsertim neque hypostaseon differentia continuitatem naturæ destrabat, nec essentiæ conjunctio proprietatem personarum, quasi fatiscens et perfluens effundat: ita ut mirabili quadam ratione in his et conjuncta distinctio, et distincta conjunctio dignoscatur. Ut autem hujus rei obscuritati luminis aliquid accedat, aut potius veritas adumbretur, multicolor ille cælestis arcus, quem vulgus Irin appellat, exempli gratia proponatur. Omnium enim colorum ejus splendores et distincti videntur, quia eminus lucent, et conjuncti, quia misionum terminos non videmus, quibus colorum varietates distinguuntur: ut discernere omnino nequeas quatenus extenduntur, aut unde initium ducat, vel rutilus, vel smaragdinus, vel glaucus luminis splendore. Quo quidem naturæ exemplo nos ratio monet, ne novitatis vitio laboremus (6) in dogmatum rationibus exquirendis, si quando difficilem aliquem nodum disquirendo nacti, in utram nobis partem inclinandum sit, addubitamus. Quemadmodum enim ea quæ sub aspectum cadunt qualia sint experiri, quam iis temere contradicere præstat, ita etiam in dogmatis illis, quæ de rebus arduis instituuntur, illi cognitioni, quæ ratiocinationibus comparatur, fides antecellat oportet.

CAP. VIII.

Magni Gregorii Theologi de Patre, et Filio, et Spiritu sancto, distincta simul et conjuncta divinitatis ratio. Ex oratione prima de Filio (7).

Nos autem unius Dei principatum colimus. Principatum, inquam, non una circumscriptum persona (feri enim potest, ut unum a seipso dissideat, et in multa evadat) qui æquali naturæ dignitate, eodem animi consensu, eadem motione, et omnium quæ ab uno fluunt, in unum concursu constituitur (quod quidem in natura procreata fieri nullo prorsus modo potest) ita ut etiamsi numero differat, essentiæ tamen ratione non dividatur. Idecirco unitas ab initio in binarium excrecens in ternario conquiescit. Et hoc nobis est Pater, et Filius, et Spiritus sanctus. Ille quidem genitor et emissor (quod circa affectum, tempus, et corpus intelligo), horum vero alterum genitura, alterum autem emissio dicitur. Alioqui nescio quo illa nomine dicenda sint, cum ab iis quæ sub aspectum cadunt abstracta fuerint. Et paulo post: Quocirca nostris nos in finibus continentes, unum ingenitum, alterum genitum, tertium a Patre et Filio procedens introducimus, quemadmodum ipse Deus et Verbum testatur alicubi. Quando igitur, objiciat quispiam, hiesse cœperunt? Nimirum antequam ulla temporis observatio fieret, et si quid juveniliter enuntiandum est, quando Pater ipse. Quando autem Pater non fuit? Quando nec

(6) μή κενόπαθεῖν. Interpres Euthymii habet *ne frustra laboremus*, ut legisse videatur μή κενόπαθεῖ.

A hi fuerunt. Sic ergo de Filio, sic et de Spiritu sancto sentiendum est. Rursum interrogato me, ut rursum quoque tibi respondeam. Quando Filius genitus est? Nimirum quando Pater genitus non est. Quando denique Spiritus processit? Quando nimirum Filius non processit. Sed genitus est nullo tempore, supraque quam quis ratione consequi possit. Et si supra tempus nihil quidquam statuerè possumus, quamlibet temporalem significationem subterfugiamus (nam voces hæ, *quando, antea, postea et ab initio*, temporis expertes non sunt) etiamsi vel maxime admittamur, vimque verbis auferamus, nisi quia spatium illud, quod eadem cum sempiternis duratione protenditur, nulloque motu aut solis cursu dividitur, aut mensurabile temporis instar est, sæculum appellamus: Jam si cœterni sint, inquires, qui sit, ut principii etiam una cum Patre non sint expertes? Quia nimirum ex illo sunt, quamvis post illum non sint. Quod enim principio caret, idem et æternum est, quod vero æternum est, non omnino principio caret, quando saltem ad principium suum, hoc est Patrem, referatur. Filius ergo et Spiritus, si ad causam sui revocentur, principii expertes non sunt, (constat tamen causam non omnino iis antiquiorem esse, quorum causa est. Nec enim solem luce antiquiorem dixeris: » ac si temporis habeatur ratio, sine principio sunt: quamlibet tu simpliciorum animos præstigiis tuis perterrefacias. Nec enim tempori subjiuntur, a quibus tempus ipsum dependet.

CAP. IX.

Ejusdem, ex oratione De dogmate et statu episcoporum (8).

Ita igitur Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum adoramus, ut divisis proprietatibus Divinitatem ipsam jungamus, Nec vero in unum tria contrahimus, ne Sabellii morbo corripiamur, nec contra unum in tria, diversa quidem illa et aliena diducimus, ne cum Ario insaniamus. Cur enim, quæso, plantæ in alteram partem vergenti et prorsus incurvatæ similes, vi contrariam in partem distorqueamus, et perversitatem perversitate corrigamus, ac non potius ad medium aspirantes, intra divinæ pietatis fines consistamus? Mediocritatis porro nomine veritatem ipsam intelligo, ad quem si spectabimus, non aberrabimus: id autem fiet, si nos improbæ illi contractioni, nec ea longe absurdiori divisioni subscribamus. Ita ut neque nomina verbis in unam contracta personam multiplicis divinitatis metu, nuda nobis relinquamus, dum eundem Patrem et Filium et Spiritum sanctum existimamus, nec potius in unum omnia conflari, quam eorum unumquodque nullum prorsus esse definimus (designant enim quod sunt, si alternis sibi cedant, aliaque is

(7) Tom. XXXVI, col. 75.

(8) Vide tom. XXXV, col. 1072.

aliorum locum transeant), neque contra in tres A naturas vel peregrinas, dissimiles, et inter se dissectas, eam quam jure optimo insaniam dixi, amplexati : vel principio et ordine carentes, atque ut ita dicam, divinitati contrarias. Eo quod hinc in Judaicæ paucitatis angustias contrahimur, si soli Ingenito divinitatem ascribamus : inde vero in contrarium quidem, sed æque malum, vitium incurrimus, si tria principia, træve decs ponamus, quod quidem prædictis longe absurdus est. Præstat enim si neque Patrem quidam ita complectantur, ut eum vel Patris nomine defraudent, (nam cujus tandem Pater dici queat, si diversæ naturæ censetur, et creaturis accenseatur ?) neque Christum tantopere ament, ut eum Filii nomine spolient, cujus enim, quæso, Filius audiat, nisi ad causam, B scilicet Patrem referatur ?) neque in Patre principii dignitatem minuant, qua nimirum pater et genitor asseritur. Rerum enim parvi momenti nec se dignarum, principium fuerit, nisi divinitatis ejus, quæ in Filio et Spiritu cernitur, auctor existat. Quandoquidem et unum Deum colere, et tres hypostases seu personas, atque illarum quamlibet sua proprietate præditam confiteri oportet.

CAP. X.

Ejusdem, ex oratione in Arianos, et pro seipso [Patrem, Filium, et Spiritum communi nomine Deum dici, quorum expressa comprehensio vera demum, hoc, est cælestis felicitas sit (9).]

At vero nos Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum adoramus, atque Patrem Deum, Filium Deum, Spiritum sanctum denique Deum, nisi moleste feras, unam scilicet eandemque naturam in tribus proprietatibus, quæ intellectu percipiuntur, perfectæ sunt, per seipsas consistunt, et numero non divinitate dividuntur. His mihi vocibus uti per te liceat, quicumque minis nos hodie territas : cæteras vero persequatur qui volet. Fieri non potest, ut Pater subsistat, si Filii jacturam faciat ; neo Filius, si Spiritu sancto privetur. Privatur autem, si aliquando esse cœperit, sique creatura sit. Creatura enim Deus non est, baptismum porro imminui nec ego quidem fero : *Unus Dominus, una fides ; unum baptisma* ¹⁴. Quod mihi si conferatur irritum, ubi, quæso, alterum nanciscar ? Quod dicitis ? Heus vos qui baptismum pervertitis, seu rebaptizatis ! fieri potest, ut quis spiritualis D sine Spiritu dicatur ? An vero Spiritus particeps ille sit, qui Spiritum non veneratur ? Isne porro Spiritum veneratur, qui in creaturæ conserved nomine baptizatus est ? Nunquam certe, quamlibet multa dicas, nunquam id persuadebis. Non te fallam, o principii expers Pater. Non te fallam, o unigenitum Verbum. Non te fallam, o Spiritus sancte. Scio quid confessus sim, a quo desoiverim, quem secutus sim. Non committam ut viva fidelis

¹⁴ Eph. iv, 5.

(9) Tom. XXXVI, col. 236.

doctoris voce institutus, discipulus infidelis evadam. Veritatem confessus sum, non mendacium non committam, ut qui baptismo perficiendus venerim, imperfectior abeam : qui ut viverem baptizatus sum, in aqua moriar, quemadmodum illa quæ in ipso partu pereunt, mortemque una cum ortu experiuntur. Cur me, quæso, beatum et miserum, recens illuminatum et luminis expertem, divinum et impium, eodem temporis momento facis ? Numnam ut hoc naufragio, vel spe reformationis excidam ? Ut rem paucis absolvam, quid confessus sis, reminiscitor. In quem baptizatus es ? In Patrem. Recte hoc quidem, sed Judaicum. Deinde in Filium. Recte et hoc, at quamvis Judaicum non sit, nondum tamen perfectum est, Et in Spiritum sanctum. Optime hoc certe, nam perfectum est. Age vero, numnam simpliciter in hujusmodi nomine baptizatus es, an etiam commune aliquod horum nomen nosti ? Commune certe novi. Equodnam est ? Nimirum Dei nomen. In hoc commune nomen credito, gressus dirigo, et regno. Jam ex hoc mundo ad beatitudinem illam cælestem transmigrasti. Illa porro, ut me fert opinio, nihil aliud est, quam expressior [quædam] horum comprehensio.

CAP. XI.

D. Maximi, de Patre et Filio, et Spiritu sancto, distincta simul et conjuncta Divinitatis ratio. [Patris et Filii et Spiritus eandem substantiam, potentiam, et actionem esse.]

1. Deus unus est, quia divinitas una, principii expers, simplex, supersubstantialis, impartibilis et indivisibilis. Eadem unitas et Trinitas : eadem tota unitas, et tota Trinitas : eadem tota unitas, si essentiæ, eadem tota Trinitas, si personarum ratio habeatur. Pater et Filius et Spiritus sanctus, Divinitas eadem. Quæque Patri et Filio et Spiritui sancto divinitas inest, eadem tota in Patre toto, atque vicissim eidem toti Pater totus inest. Eadem tota in toto Filio, atque totus in eadem tota Filius. Eadem tota in toto Spiritu sancto, atque totus in eadem tota Spiritus sanctus. Neque ex parte in Patre Divinitas est, vel ex parte Pater Deus est, neque ex parte Divinitas Filio inest, vel ex parte Filius Deus est, neque ex parte inest Spiritui sancto Divinitas, vel ex parte Spiritus sanctus Deus est. Nec enim partitioni Divinitas obnoxia est. Neque Pater aut Filius, aut Spiritus sanctus Deus est imperfectus. Sed tota eadem perfecta perfecte Patri perfecto : tota perfecta perfecte Filio perfecto : tota denique perfecta perfecte, et eadem Spiritui sancto perfecto inest. Totus enim toti Filio et Spiritui sancto perfecte Pater inest. Item totus toti Patri et Spiritui sancto perfecte Filius inest. Totus denique toti Patri et Filio perfecte Spiritus sanctus inest. Una enim et eadem

CAP. XIV.

Essentiæ naturæ, generis, speciei, et formæ; item hypostaseos, personæ, characteris, et individui ἰσοδυναμία.

4. Essentia, natura, genus, species, et forma, ubi de Deo agitur, idem significant, ut sanctis Patribus placet. Item hypostasis, prosopon, hoc est persona, character seu nota, proprietas, et individuum pro eodem sumuntur. Atque essentia quidem et natura de omnibus ex æquo subjectis enuntiantur. Unde fit, ut omnes unius essentiæ naturæque sint. Hypostasis autem persona, et individuum, id est, quod proprie per se subsistit, nec divisionem citra subjecti corruptionem admittere potest.

5. Species et forma in sancta Trinitate pro eodem capiuntur, et ambæ denotant essentiam. Ait enim, *Qui videt me, videt et Patrem*¹²: quo in loco visus præscientia et cognitione intelligitur.

6. Essentia quidem personarum conjugendarum vim habet. Hypostases autem vi charactericarum proprietatum, seu notarum suarum essentiam distinguunt.

7. Essentia quidem nunquam de rebus dicitur, quæ non exstant, a natura sæpissime. Hæc enim, inquit ille, mendacii natura. Item, Ductus æquæ, inquit, fontem ostendit suum: sermonis autem natura cor, a quo processit, indicat.

8. Si quæ communia et universa sunt, ea tota et integre de singulis sibi subjectis enuntiantur, certe Divinitatis quoque natura tota et integra de singularibus suis personis enuntiat. Siquidem commune quid et universum, natura et essentia est, singulare autem hypostasis et persona: singulare, inquam, non quod naturæ partem habeat, partem vero non habeat, sed quia individuum sit.

9. Atque essentia quidem commune quid est, quia de pluribus enuntiat: individuum autem singulare, quia nimirum de uno solo prædicatur.

CAP. XV.

Naturæ et hypostaseos differentia, ex Cyrillo, Dionysio Areopag. et Alexandrino., Greg. Naz. et Theodoro.

10. Natura et hypostasis, ex Ecclesiæ definitione et lege, non idem significant: quo enim modo commune a proprio, universum a singulo, infinitum denique a definito, eodem quoque natura ab hypostasi differt. Beatum tamen Cyrillum et alios Patres utroque nomine ad divinam illam carnis assumptionem significandam, citra ullum discrimen, usos, haudquaquam ambigimus. Abusive enim alias hypostasin pro essentia, alias item essentiam pro hypostasi usurparunt: non quod idem eas esse existimarent, verum quia non Scripturæ tantum sacræ, sed ecclesiasticorum doctorum mos hic jam olim inolevit, ut multis in rebus citra discrimen quibusdam dictionibus utantur: quas abusive aliquando usurpant, scientes verba nihil afferre

¹² Joan. xiv, 9.

A incommodi (ut Cyrilli verbis utar), cum res aliter se habeant. Hierophantes quoque, seu sacrarum rerum demonstrator, Dionysius auctor est, rationi dissentaneum hoc esse, atque adeo præposteri iudicii argumentum, si quis vi et scopo rerum postpositis, a verborum significatione dependeat. Dionysius quoque Alexandrinus ille rhetor in scholis, quæ in sibi cognominem Areopagiten edidit, ait, ingenitum apud externos seu profanos philosophos omnem naturam significare, quæ sub aspectum non cadit. Adhæc essentiæ quoque apud eosdem pro hypostasibus usurpari: et infra. Hujusmodi certe voces apud Areopagitam, Nazian, quoque abusive usurpatis deprehendamus. Gregorius etiam Theologus ita scribit: Neque vero qui de verbis digladiantur, id vitio nobis vertant, quasi pietatem nominibus, at non rebus ascribamus. Item, veritas nobis non nominibus, at rebus inesse videtur. Proinde quæ abusive dicuntur, ea neque proprie id sunt, quod dicuntur, quia nimirum ne proprie quidem id dicuntur quod sunt: neque e diverso talia intelliguntur, qualia vox ipsa designat.

Jam vero cum Cyrillus hypostaseon, conjunctionis, differentiæ, et proprietatis mentionem facit, tunc hypostaseon nomen pro essentiis usurpat, hæc voce conjunctas naturas per se subsistere demonstrans, atque docens ejusmodi conjunctionem haudquaquam similitudinum quarumdam formarumque per se minime consistentium fieri, sed earum rerum quæ subsistunt. Quod ut ita se habere constet, idem ipse in prima Apologia primi anathematismi adversus Theodoretum reprehensiones, sic ait: Discat vero obiter, quod si solæ per se ipsas ab hypostasibus se junctæ formæ æconomica illa carnis assumptæ conjunctione inter se coierint, certe rerum quoque ipsarum, si quidem et hypostaseon, concursus factus esse. Cæterum sibi diversam quoque naturæ et hypostaseos significationem non incognitam fuisse, idem ipse in secunda ad Nestorium epistola his verbis attestatur: Evangelicas Servatoris nostri voces, neque duabus hypostasibus, neque certe personis ascribimus. Item in epistola ad Orientales: Evangelicarum, inquit, et apostolicarum de Domino vocum nonnullas a theologis viris ita communiter accipi novimus, tanquam de una persona prolatae sint: nonnullas item dividi, tanquam de duabus naturis pronuntiatæ fuerint. Idem alibi sic ait: Duplex non est unus et solus Christus, quibus verbis usus est unius hypostaseos ratione. Nam si naturarum ratio habeatur, duplex quoque dici potest.

Certe cum simpliciter et citra differentiam procedit oratio, non solum Patres, sed divinam quoque Scripturam, libere vocabulis et simpliciter uti deprehendimus. Beatus enim Apostolus interiora hominis, hominem, ejusdemque exteriora, hominem rursus appellat: partibus nimirum totius appellationem tribuens. Prophetæ autem contra,

Patris et Filii et Spiritus sancti essentia, potentia, A et actio est. Nec eorum quisquam absque altero esse aut intelligi potest.

2. Ejusdem. Illa universi opifex sanctæ Trinitatis essentia sola simplex, uniformis, nulla re egens, et immutabilis est. Omnis autem creatura composita est, quæ nimirum ex substantia et accidente constat, divinæ providentiæ auxilio semper egeat, haudquaquam mutationis experta. Proinde nec accidens Deo, nec qualitas attribuenda. Hæc enim rebus compositis et mutationi obnoxiiis attribui solent. Quæcunque autem Deo insunt, natura insunt, non tanquam acquisita et adventitia.

3. Ejusdem. Ne habitus et aptitudines in simplici et infinita sanctæ Trinitatis essentia quæsi- B veris : ne forte compositam illam profitearis, et rebus creatis accenseas.

4. Ejusdem. Ex iis quæ sunt, eorum quæ sunt causam dignoscimus [nimirum Patrem], ex eorum autem quæ sunt differentia, illa enhypostata, hoc est, per se consistens, ejus quod est sapientia, nempe Filius, nobis innotescit. Ex naturali denique eorum quæ sunt motu, enhypostatam quoque seu per se consistentem eorum quæ sunt vitam, et vivificam eorum quæ sunt potentiam, nempe Spiritum sanctum intelligimus.

5. Ejusdem. Si Verbum eorum quæ sunt genera- C tioni præest, nullum unquam hoc Verbo verbum antiquius fuit, futurumve est. Verbum autem nec mentis exors, nec vitæ est, sed mentis et vitæ particeps. Generantem enim mentem habet, quæque sui essentia consistat nimirum Patrem : habet et vitam sui essentia consistentem, scilicet Spiritum sanctum.

CAP. XII.

Damasceni, ex oratione De Patre et Filio et Spiritu sancto, distincta simul et conjuncta Divinitatis ratio (10).

Deus et Pater est, qui semper ingenitus est, quippe qui a nullo genitus coæternum Filium genuerit. Deus et Filius est, qui cum Patre semper est, ab illoque sine tempore sempiternæ, sine fluxu imperturbate, et sine sejunctione ab ipso, genitus. Deus denique Spiritus sanctus, virtus sanctificans, quæ per se subsistit, a Patre et Filio procedit, et in Filio conquiescit, ejusdem cum Patre Filioque substantiæ. Verbum est, quod D substantialiter Patri semper adest. Verbum item est, naturalis motus, quo animus ipse movetur, intelligit, et cogitat, quia nimirum ipsius quasi lex et splendor existit. Verbum præterea est, internum quoque illud, quod in corde loquimur. Adhæc, verbum est, animi nuntius, Verbum igitur Deus essentia sua et hypostasi propria consistit. Cætera tria verba facultates animi sunt, quæ propria in hypostasi haudquaquam considerantur. Quorum primum animi naturale germen est, quod semper ab ipso naturaliter profluit. Secundum

(10) Tom. XCIV, col. 856.

vero internum quoque dicitur. Tertium denique profertur. Spiritus etiam multiplex est acceptio. Nam et Spiritus sanctus est ; et spirituales facultates spirituum nomine designantur. Spiritus insuper pro angelo bono, item et pro dæmone capitur. Spiritus item anima est. Aliquando etiam intellectus, ventus, aer, et cætera id genus spiritus appellantur.

CAP. XIII.

Eadem de re, Ex variis Patribus. [Perfectæ in Trinitate personæ, in se vicissim singulæ.]

1. Ex duabus perfectis hypostasibus, seu personis, compositio fieri non potest. Proinde speciem nequaquam ex personis, sed in personis dicimus. Ex quo fit, ut perfectas quidem sancta in Trinitate personas dicamus, ne compositio in illis ulla cogitetur. Has autem in se vicissim singulas, propter mutuam earum habitum inter se atque relationem asserimus. Quia etiam nec circumscribi, nec loco contineri possunt, quia denique una eorum eademque Divinitas est.

2. In omnibus rebus creatis, personarum divisio re ipsa deprehenditur. Nam re ipsa Michael a Gabriele, Petrus a Paulo se junctus est, et cætera eodem modo. Quod vero commune in his et unum est, id cogitatione dignoscitur. Sola enim cogitatione angelitatem, verbi gratia, et humanitatem, hoc est, communem angelorum et hominum notionem cognoscimus. At in divina Trinitate secus se res habet. Quod enim in ea commune et unum est, id re ipsa perspicitur. Nam re ipsa tres unum Deum, unam et eandem in tribus naturam et actionem, unam denique et eandem voluntatem esse certo scimus. Personarum autem divisio simplici et nuda cogitatione intelligitur. Nec enim eam circumscriptionem, qua personæ circumscribi solent, neque intervallum, quo locus a loco disjungitur, nec aliam ullam ex iis proprietatibus, quibus singula suis quasi finibus continentur, hic intelligere aut cogitare audemus. Præter paternitatem, filiationem, et processionem, seu notiones eas, quibus Pater genitor, Filius genitus, et Spiritus procedens intelligitur. Atque hæc quidem hujuscemodi ratione sunt, quæ naturam et essentiam quamcunque facile superat. Proinde Deum unum eos esse dicimus, cum fieri non possit, ut perfecte atque re ipsa eorum personas dividamus, quæ sine divisione dividuntur, et sine conjunctione conjunguntur, propter divisionis et conjunctionis eorum rationem, quæ ea est, ut natura quacunque et essentia longe præstantior sit.

3. Distinguuntur hypostases, non essentiæ ratione, sed characteristicarum proprietatum, hoc est notarum, quæ personis insunt. Ex quo fit, ut ex rebus creatis, quæ sit Patris et Filii et Spiritus sancti, seu propriarum notarum, differentia resciscamus, naturarum vero non item.

CAP. XIV.

Essentiæ naturæ, generis, speciei, et formæ; item hypostaseos, personæ, characteris, et individui ἰσοδυναμία.

4. Essentia, natura, genus, species, et forma, ubi de Deo agitur, idem significant, ut sanctis Patribus placet. Item hypostasis, prosopon, hoc est persona, character seu nota, proprietas, et individuum pro eodem sumuntur. Atque essentia quidem et natura de omnibus ex æquo subjectis enuntiantur. Unde fit, ut omnes unius essentiæ naturæque sint. Hypostasis autem persona, et individuum, id est, quod proprie per seque subsistit, nec divisionem citra subjecti corruptionem admittere potest.

5. Species et forma in sancta Trinitate pro eodem capiuntur, et ambæ denotant essentiam. Ait enim, *Qui videt me, videt et Patrem*¹²: quo in loco visus præscientia et cognitione intelligitur.

6. Essentia quidem personarum conjungendarum vim habet. Hypostases autem vi characteristicarum proprietatum, seu notarum suarum essentiam distinguunt.

7. Essentia quidem nunquam de rebus dicitur, quæ non exstant, a natura sæpissime. Hæc est enim, inquit ille, mendacii natura. Item, Ductus æquæ, inquit, fontem ostendit suum: sermonis autem natura cor, a quo processit, indicat.

8. Si quæ communia et universa sunt, ea tota et integre de singulis sibi subjectis enuntiantur, certe Divinitatis quoque natura tota et integra de singularibus suis personis enuntiat. Siquidem commune quid et universum, natura et essentia est, singulare autem hypostasis et persona: singulare, inquam, non quod naturæ partem habeat, partem vero non habeat, sed quia individuum sit.

9. Atque essentia quidem commune quid est, quia de pluribus enuntiat: individuum autem singulare, quia nimirum de uno solo prædicatur.

CAP. XV.

Naturæ et hypostaseos differentia, ex Cyrillo, Dionysio Areopag. et Alexandrino., Greg. Naz. et Theodoro.

10. Natura et hypostasis, ex Ecclesiæ definitione et lege, non idem significant: quo enim modo commune a proprio, universum a singulo, infinitum denique a definito, eodem quoque natura ab hypostasi differt. Beatum tamen Cyrillum et alios Patres utroque nomine ad divinam illam carnis assumptionem significandam, citra ullum discrimen, usos, haudquaquam ambigimus. Abusive enim alias hypostasin pro essentia, alias item essentiam pro hypostasi usurparunt: non quod idem eas esse existimarent, verum quia non Scripturæ tantum sacræ, sed ecclesiasticorum doctorum mos hic jam olim inolevit, ut multis in rebus citra discrimen quibusdam dictionibus utantur: quas abusive aliquando usurpant, scientes verba nihil afferre

¹² Joan. xiv, 9.

A incommodi (ut Cyrilli verbis utar), cum res aliter se habeant. Hierophantes quoque, seu sacrarum rerum demonstrator, Dionysius auctor est, rationi dissentaneum hoc esse, atque adeo præposteri iudicii argumentum, si quis vi et scopo rerum postpositis, a verborum significatione dependeat. Dionysius quoque Alexandrinus ille rhetor in scholis, quæ in sibi cognominem Areopagiten edidit, ait, ingenitum apud externos seu profanos philosophos omnem naturam significare, quæ sub aspectum non cadit. Adhæc essentias quoque apud eosdem pro hypostasibus usurpari: et infra. Hujusmodi certe voces apud Areopagitam, Nazian, quoque abusive usurpatis deprehendamus. Gregorius etiam Theologus ita scribit: Neque vero qui de verbis digladiantur, id vitio nobis vertant, quasi pietatem nominibus, at non rebus ascribamus. Item, veritas nobis non nominibus, at rebus inesse videtur. Proinde quæ abusive dicuntur, ea neque proprie id sunt, quod dicuntur, quia nimirum ne proprie quidem id dicuntur quod sunt: neque e diverso talia intelliguntur, qualia vox ipsa designat.

Jam vero cum Cyrillus hypostaseon, conjunctionis, differentiæ, et proprietatis mentionem facit, tunc hypostaseon nomen pro essentiis usurpat, hæc voce conjunctas naturas per se subsistere demonstrans, atque docens ejusmodi conjunctionem haudquaquam similitudinum quarundam formarumque per se minime consistentium fieri, sed earum rerum quæ subsistunt. Quod ut ita se habere constet, idem ipse in prima Apologia primi anathematismi adversus Theodoretum reprehensiones, sic ait: Discat vero obiter, quod si solæ per se ipsas ab hypostasibus se junctæ formæ œconomica illa carnis assumptæ conjunctione inter se coierint, certe rerum quoque ipsarum, si quidem et hypostaseon, concursus factus esse. Cæterum sibi diversam quoque naturæ et hypostaseos significationem non incognitam fuisse, idem ipse in secunda ad Nestorium epistola his verbis attestatur: Evangelicas Servatoris nostri voces, neque duabus hypostasibus, neque certe personis ascribimus. Item in epistola ad Orientales: Evangelicarum, inquit, et apostolicarum de Domino vocum nonnullas a theologis viris ita communiter accipi novimus, tanquam de una persona prolatae sint: nonnullas item dividi, tanquam de duabus naturis pronuntiate fuerint. Idem alibi sic ait: Duplex non est unus et solus Christus, quibus verbis usus est unius hypostaseos ratione. Nam si naturarum ratio habeatur, duplex quoque dici potest.

Certe cum simpliciter et citra differentiam procedit oratio, non solum Patres, sed divinam quoque Scripturam, libere vocabulis et simpliciter uti deprehendimus. Beatus enim Apostolus interiora hominis, hominem, ejusdemque exteriora, hominem rursus appellat: partibus nimirum totius appellationem tribuens. Prophetæ autem contra,

nunc carnis, nunc animæ nomine hominem intelligunt: partium appellationem toti tribuentes. Cum vero tempus id postulat, propriis utuntur appellationibus. Eo vero sensu quem prædixi Theologus ille quoque Joannes ait; *Et Verbum caro factum est*¹³, pro, homo factum est. Nil tamen hac de re digladiamur. Hoc enim, ut magnus ille testatur Dionysius, eorum est proprium, non qui ad divinarum rerum cognitionem aspirant, sed qui sonos simplices aucupantur, impensiusque gaudent elementis, syllabis, et dictionibus incognitis, quæ ad animi sui partem, cui vis intelligendi inest, haudquaquam penetrant, sed extrinsecus summis eorum labris et summis auribus inhærent et circumstrepunt. Hypostasis duplex est: alias enim dicitur hypostasis, id quod quidem citra characteristicas proprietates, seu notas, consideratur: alias persona, quæ per se, vel cum prædictis proprietatibus subsistit. Quæ enim individua Peripatetici vocare solent, in quæ generis et speciei divisio desinit, ut quæ præterea dividi non possint (nam hominis in animam et corpus divisio interitum afferre solet), ea doctoribus ecclesiasticis personas et hypostases appellare placuit. Hypostases porro dictæ sunt, quia in iis genera et species, quæ communia nec circumscripta sunt, quasi pedem figunt et circumscribuntur. Quamvis enim animali et homini essentiæ ratio propria sit, quorum illud genus, hic species est, nihilominus tamen in atomis, puta Petro et Paulo hypostasim habent, seu subsistunt, citra quos subsistere non possunt. Sed de hypostasi quidem hæc hactenus.

Vicissim quoque ἐνυπόστατον, seu id quod vi sua subsistit, duplex est: significat enim id quod simpliciter est, quo significatu non solum essentiam, quam ἀθύπαρκτον et αὐτοπόστατον, hoc est per se vique sua subsistentem, rerum hujusmodi periti dicunt, nos quoque ἐνυπόστατον dicimus, quia nimirum simpliciter sit et subsistat; sed accidentia etiam ἐνυπόστατα, hoc est, vi sua subsistentia denominamus, quia in alio, nimirum in essentia, non autem in se ipsis, sint et subsistant: quæ tamen rectius ἑτεροπόστατα, hoc est in alio subsistentia nuncupantur. Significat etiam id quod per se ipsum est, et ἰδιοσύστατον per se proprie consistit: quo in significatu individua quoque ἐνυπόστατα dicimus, quæ proprie hypostases potius et sunt et dignoscuntur. Sed de enhypostato quidem hæc sufficiant.

Non absimili ratione anhypostatatum quoque duplex est. Nec enim anhypostatatum duntaxat id dicitur, quod nullo usquam modo sit, sed id etiam quod alio subsistit, qualia sunt accidentia: quæ ipsa per se subsistere non possunt.

Qui subtilius hæc rimari voluerit, pleraque alia hypostaseos significata deprehendet. Nam præter ea, quæ supra dicta sunt, hypostasis etiam pro onere capitur: ut in Deuteronomio: *Quomodo potero ego solus onus vestrum sustinere*¹⁴? Hebraice enim

¹³ Joan. 1, 14. ¹⁴ Deut. 1, 10. ¹⁵ Ruth. 1, 6. ¹⁶ I Reg. xiv, 1. ¹⁷ Psal. xxxviii, 6. ¹⁸ Psal. lxxviii, 3. ¹⁹ II Cor. xi, 17.

A Masachem, hoc est onus, dicitur. Item pro cibo, sive annona: ut in libro Judicum de Judæis: quoniam Madlanitæ diripuerunt fructus terræ, et substantiam eorum. Hebraice enim pro spe, unde in libro Ruth his verbis utitur Noemi: *Non est mihi filius aut spes*¹⁵. Hebraice enim Thioouia legitur, hoc est spes sobolis propagandæ. Item pro pretio sive mercede, ut primo Regum, de mercede fabri ærarii. Ad securim: inquit, et quæ sequuntur, hoc est merces. Item pro castris, ut in eodem libro Jonathas armigero suo ita inquit: *Veni, ascendamus in castra Palæstinorum*¹⁶. Hebraicus enim codex Mataan habet, quo nomine castra significantur. Item pro fæce illa, quæ in rebus liquidis subsistit, ut cum urinæ substantiam dicimus. Item pro facultate, ut illud, *Et substantia mea tanquam nihilum coram te*¹⁷. Item pro fundamento, ut illud: *Fixus sum in limo profundi, et non est mihi substantia*¹⁷. Item pro negotio, unde Jeremias: *Congregavit extrinsecus substantiam suam*. Et pro arcano, ut apud eundem de pseudopropheta: *Et si stetit in substantia mea, sive in arcano meo*¹⁸. Item pro fundamento, ut apud Ezechielem de templi ædificatione, describens domum et cætera quæ sequuntur, in quibus hypostasim pro fundamento ponit. Item pro laude, ut apud Apostolum, *Quod loquor, non secundum Dominum, sed tanquam in stultitia in hac substantia gloriationis*¹⁹.

CAP. XVI.

C Item, B. D. Dionysii Areopagitæ De Deo. [*Omnia de Deo et affirmantur, tanquam omnium causa: et negantur, quia omnibus excellentior sit.*]

Deus neque lux est, neque tenebræ: neque cognitio, neque ignoratio: neque veritas, neque mendacium: et, ut paucis concludam, nihil est ubi ponatur, aut unde auferatur. Omnibus enim superior est, et quæ a nobis, et quæ ab iis quæ supra nos sunt cogitantur. Quandoquidem Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, non is est, quem cogitamus, vel qui supra nos sunt, sed is est qui nulla ratione intelligi, aut oratione exprimi queat. Positiones enim et ablationes, et habitus, et privationes iis accensentur, quæ post Deum sunt.

2. Ejusdem. Deus est eorum quæ sunt essentia, quippe qui earum principium et causa sit. Sæculum autem sæculorum, ut qui magis proprie sit, quam sæcula. Tempus vero, quia sit eorum, quæ sunt mensura; nam earumdem terminus etiam est, ut qui eis modum et finem imponat. Quandoquidem ea etiam quæ sempiterna sunt, ipsaque sæculorum series infinita illius infinitate terminantur, qui [infinitus] infinities infinite ipsa complectitur. Generatio autem, ut qui ea quoquo modo sunt in rerum naturam producat. Locus, quia omnia contineat. Omnia denique est, quia omnibus superior.

Privantia contrario modo de Deo enuntiantur.

3. Ejusdem. Deus et eorum quæ sunt terminus et infinitas dicitur. Terminus quidem, qui ea terminet. Infinitas vero, qui supra ea protendatur. Ejus enim infinitas, quæ cuncta terminat, infinitis modis patet.

4. Ejusdem. Et magnum et parvum de Deo, qui rerum omnium causa est, contrariis modis efferruntur. Magnum quidem, plerisque Scripturæ in locis. Parvum autem his ex verbis, *In aura tenui*, colligitur. Magnus certe dicitur, quippe qui magnitudinem rebus tribuat, cujus infinita magnitudo sit, qui denique magnitudinem omnem exsuperet, cujus magnitudo quantitatis, mensuræ terminique prorsus expers existat. Parvum autem sive tenue, id in Deo prædicatur, quod in nullum tumorem molemve excrescit, quod nullo spatio definitur, quod libere per omnia penetrat, et usque ad divisionem animæ et spiritus pertingit, atque etiam conceptiones et cogitationes cordis, imo ea quæ sunt omnia discernit, nulla enim res procreata ei obscura est. Et parvum quidem hoc quantitatis expers, immensum et infinitum est: atque licet nullo comprehendendi modo queat, omnia tamen comprehendit.

5. Idem insuper et diversum de Deo prædicatur. Illud quidem eo in loco, *Tu autem idem ipse es*, hoc autem in illo, *Domine, Domine, quis similis tibi* ²⁰? Idem ergo dicitur, quia non immutatur, imo semper eodem se modo et consimiliter habet, item quia non miscetur, non eget, non crescit, non imminuitur, quia denique iis quæ sunt tribuit, ut eadem dicantur. Diversum vero, quia præ illo nulla res sit. Omnia enim quæ sunt, ab eo, qui revera est, creata sunt: et ipse superior omnibus est, et ab omnibus ita diversus, ut nulli eorum ordini accenseri queat, præterea vero, quia ea creaverit, quæ diversa et differentia sunt.

6. Dicitur etiam similis. Ait enim, *Ego visiones multiplicavi, et in manibus prophetarum assimilatus sum* ²¹, quia nimirum apparebat eis hac vel illa forma, rebusque similis fiebat quæ sub speciem cadunt, ad hæc etiam, quia vim illam tribuit, qua similitudo inesse videtur. Ait enim, *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* ²². Sciendum porro eadem Deo et similia et dissimilia dici. Similia quidem, quia quoad ejus fieri potest, eum imitantur, qui est inimitabilis. Dissimilia vero quia effectus a suis causis multum distant, et immensis intervallis disjunguntur.

7. Quies insuper et motus in Deo dicuntur. Quies quidem, quia in seipso Deus manet, immotusque perstat, quia etiam a seipso transferri alio non potest, quia denique rebus omnibus velut expansus incubat. Motus autem, non eo quidem, quod motui mentis, aut animæ, aut naturæ, aut loci, aut ulli denique motuum illorum, qui vulgo dicuntur,

A obnoxius est, sed comprehensionis illius ergo, quæ detineri aut coerceri nullo modo potest: item immobilium illorum progressuum ratione, quibus Deus providentia sua iis quæ sunt infunditur, illarum denique actionum ratione, quæ nullis non actionibus excellentiores sunt.

8. Ejusdem. Quemadmodum sancti homines domus Dei dicuntur: ait enim, *Habitabo in eis, et inambulabo* ²³: ita etiam sanctorum hominum domus Deus est. Davides enim ait, *Esto mihi in Deum protectorem, et in domum refugii, ut saluum me facias* ²⁴. Atque ipsius quidem Domini hæc verba sunt, *Vos in me estis, et ego in vobis* ²⁵. Et quemadmodum ita in illis Deus est, ut neque contineri, neque circumscribi queat: sic etiam ipsi ita in Deo sunt, ut cum ejus essentia nequaquam misceantur, aut confundantur.

9. Ejusdem. Quanquam qualitatis omnis quantitatisque Deus expers est, Dei tamen latitudo intelligitur lata illa progressio qua rebus omnibus providet, longitudo autem, vis illa divina, quæ supra omnia superextenditur: profunditas denique, occultatio illa, qua fit, ut ille ab eorum quæ sunt nullo percipi cognoscive queat.

10. Ejusdem. Deus in sacris mysticarum visionum Dei apparitionibus canus et juvenis fingitur, et canus quidem, antiquum: juvenis vero senio minime obnoxium significat: vel juvenis etiam ratione arithmetica antiquitatem divinam denotat. Unitas enim, et quæ sunt unitati adjuncta, antiquiora sunt iis, quæ illa numero longe diffusionem superant.

11. Deus quidem omnibus adest: nec enim uni loco ita est addictus, ut ab alio absit: sed universa complectitur: at non omnia illi adeunt: sed quæcunque digna sunt, quæ ad Divinitatem propius accedant. Nos autem illi tum demum adsumus, cum illum castissimis votis invocamus, hoc est mente nullis sordibus inquinata, atque ita ut qui ad Deum accedamus, idonei censeamur. Quemadmodum autem, si catena multis contexta luminibus, et cæli vertice suspensa ad nos usque pertingat, nos alternis eam manibus apprehensam deorsum quidem trahere videmur, re autem vera deorsum eam non trahimus, cum eadem supra infraque propendeat, imo potius nos ab illa sursum ad sublimiores ejus radios trahimur: vel, quemadmodum si navem conscendamus, et rudentibus innitamur, qui nobis aliquo scopulo protenduntur, quasi ex professo porriguntur, ut eos comprehendamus, scopulum nequaquam ad nos, sed nos potius ipsos una cum navi propius ad scopulum admovebimus: ita precibus quoque nostris nequaquam Deum ad nos attrahimus, qui ubique adest, sed nos ipsos ad illum divina ejus commemoratione et invocatione sublevamus et evehimus.

²⁰ Psal. LXXXVIII, 9. ²¹ Ose. XII, 10. ²² Genes. I, 26. ²³ II Cor. VI, 16. ²⁴ Psal. XXX, 3. ²⁵ Joan., XV, 4.

CAP. XVII.

D. Maximi, de Deo communiter. [Genuinus nomen sensus, quibus Deus appellamus.]

Hæc nomina Fines, Bonus, Deus, Creator. Super-substantialis, Immensus, Immortalis, et cætera id genus, in Deo differentias substantiales laudquam dicimus, ne compositum eum verbis hujusmodi profiteamur: sed appellationes, quibus eorum nonnulla innotescunt, quæ circa ipsum considerantur, ita tamen, ut eorum quæ ad ejus essentiam et naturam pertinent, nihil eorum significant. Quorumdam enim divinæ naturæ convenientium significationem habent, ipsius autem naturæ nullo modo, quod quidem substantialibus seu essentiam constituentibus proprium est.

2. Ejusdem. Indivisibile quidem Numen est, quia quantitatis expertus: quantitatis autem expertus, quia et qualitatis: qualitatis vero, quia simplex: simplex, quia interminatum; interminatum, quia immensum: immensum, quia immobile; immobile quia principio caret (neque enim quidquam ante eum, esse majus est, neque quidquam cum eo, eique æquale, neque quidquam post eum); principio autem caret, quia ingenitum est: ingenitum vero, quia unum et maxime singulare: unum denique maximeque singulare, quia omni prorsus habitu caret, eaque de causa nullo prorsus modo dici cognoscere potest, ut cui unica illa vera insit cognitio, quod non cognoscatur.

3. Ejusdem. Immensum Numen est, non solum quia principio et fine caret, sed quia ea est ejus essentia, ea virtus, ea operatio. Essentia quidem tale est, ut ejus capax nihil esse queat. Virtute vero, et operatione tale, ut nullo mentis ullius acumine comprehendi possit, atque, ut verius quod res est dicam, omni et ratione et modo; infinitum hoc enim proprie est, quod immensum dicimus. Quemadmodum enim unitas neque numerus est, neque sub numerum cadit, neque totum est, neque pars, neque habitus: sed principium quidem est, quatenus omnium numerorum causa: principio autem caret, quippe quæ nullum antiquiorem se numerum habeat, quique unitatis sit: sic etiam Deus, ut ita, parva velut imagine proposita, dicam, quantitatem omnem, qualitatemque, et habitum exsuperat, ut qui simplex, sine principio, atque etiam eorum quæ sunt principium existat.

4. Ejusdem. Nihil eorum quæ sunt per se factum est, quod autem per se factum non est, ne causa quidem caret, quod autem causa non caret, immobile non est, quod vero immobile non est, movetur ea prorsus causa; quæ motu naturali fit a causa propter quam, et ad quam movetur (siquidem eorum quæ moventur nihil omnino ita comparatum est, ut sine causa moveatur). Omnis autem naturalis motus principium, eo-

²⁵ Eccl. vii ²⁵ Eccl. i.

(41) Vide *Patrologiæ*. tom. XXXV, col. 481.

A rum quæ moventur ortus est. Generationis vero eorum, quæ generata sunt, principium Deus est, tanquam generationis auctor. Motus porro naturalis eorum quæ generata sunt finis, status ille est, qui a transitu eorum quæ transierunt ab illa infinitate fit, in qua quia nullum est interstitium, omnis motus eorum quæ naturaliter moventur, cessat. Inde fit, ut omnis generationis, et motus et status eorum quæ sunt principium, medium et finis, ipse Deus sit, tanquam eorum quæ ex ipso orta sint, quæ per ipsum moveantur, quæ denique in ipso quietura sint, ut qui vel omnem motus definitam infinitatem definit et determinet.

5. Ejusdem Deus neque intelligere, neque intelligi proprie dicitur, ne forte compositus existimetur. Id enim quod intelligit, ea intelligendi facultate præditum est, quæ una cum ipso intelligat, quod autem intelligitur, ea vi qua intelligi possit. Nec tamen intelligentia dicitur. Intelligentiæ enim naturaliter vis ejus susceptiva subjicitur. Superest ergo super hæc omnia, ut si ipsum intelligentiam dicere nequeamus, eam saltem intelligentiam esse dicamus, quæ essentia ipsa, et duntaxat intelligentia sit, eaque adeo quæ intelligentiam omnem exsuperet.

CAP. XVIII.

B. Gregorii Theologi, ex magna oratione Apologetica. [Quam difficile sit, ut ab homine terreno cælestia comprehendantur (11).]

Altum est cælum, terra vero depressa et humilis: ecquis ascendet, eorum in primis, qui peccato inde dejecti sunt? Quis hac terræ caligine, carnisque crassitie adhuc obductus, tota mente pure obtueri, atque iis misceri poterit, quæ obfirmata manent invisibiliaque sunt, quandiu ipse inter illa manebit, quæ infirma sunt et oculis obijciuntur? Vix enim, ac ne vix quidem, eorum quispiam, qui hic perpurgato et defæcato animo sunt, vel solum boni idolum contra obtueri queat, quemadmodum ii qui solem in aquis contemplantur. Quis aquam manu dimensus est, et cælum palmo, et terram universam pugnillo? quis montes lance, vallesque statera appendit? quis ille locus erit, in quo requiescet? ovique adeo in hac rerum universitate similis dicitur? Quis omnia verbo creavit, sapientia hominem formavit, in unum ea quæ disjuncta prius erant, adduxit, limum spiritui, seu cælo terram commiscuit, animal denique visibile et invisibile mortale et immortale, terrenum et cæleste composuit? quodque adeo Deum attingeret, nec amplecteretur, propiusque ad eum accoderet, procul tamen ab eodem sejungeretur? Dixi: *Sapiens evadam*, inquit Salomon, *et ipsa procul a me recessit, atque etiam longius quam antea* ²⁵. Quibus verbis sapientiam intelligit. Isque re vera, *qui scientiam adjicit, adjicit et dolorem* ²⁶. Ita ut non magis oblectetur, qui

eam delegit, quam contristetur, qui prætermisit. Quod quidem iis usuvenire solet, quibus adhuc sitientibus scyphus e manibus extortus est: vel iis, qui quamvis continere quid nequeant, se tamen habere arbitrantur: aut quos fulgetræ splendor deseruit, cum primum affulsit. Hæc me cogitantem ratio dimisit, abjectioremque reddidit, atque effecit, ut mihi persuaderem, mecum melius actum iri, si vocem laudationis audiam, quam si eorum me doctorem profitear, quæ vires meas exsuperant. Majestas, altitudo, dignitas, puræ denique cælestesque naturæ vix claritudinis Dei capaces sunt, qui abysso contegitur, tenebrarumque latibulis delitescit, cum purissimum sit lumen majorique hominum parti inaccessum. Siquidem et huic rerum universitate inest, et extra rerum universitatem excurrit. Qui bonitas est universa, imo nullam non bonitatem exsuperat. Qui menti lumen suggerit, mentisque velocitatem et sublimitatem effugit, tantum semper secedens, quantum comprehenditur, atque amatorem ad superiora fugiendo sublevans, seque ipsum quasi furtim subducendo comprehendens.

CAP. XIX.

Chrysostomi, ex libro, De eo quod comprehendere non potest. [Si sapientia comprehendere nequeat, nullo minus natura poterit.]

Mirabilis, inquit, facta est scientia tua ex me, exaltata est, et non potero ad eam ²⁷. Ea est sapientie divinæ profunditas, ut in ea exprimenda Propheta vertigine quadam laborare videatur. Quis eo, quæso, temeritatis prolapsus est, ut naturam Dei sibi cognitam et perspectam dicere audeat, dicentis: *Incerta et occulta sapientie tue manifestati mihi* ²⁷? clamantis. *Sapientie ejus non est numerus* ²⁸, seu comprehensio? et in tantam quis audaciam prorumpat, ut de natura, quæ a nullo comprehendere potest, quidquam affirmare audeat? Quid ais? Fierine poterit, ut cum Dei sapientia comprehendere non possit, ejusdem natura comprehendatur? Majestas ejus infinita est, et essentiam ejus circumscribere? hoc certe facto certam insaniam tuam prodis.

2. Ejusdem. Angeli tantum glorificant, alii, *Gloria in excelsis Deo* ²⁹, dicentes: alii, *Benedicta gloria ejus ex loco sancto ejus* ³⁰, id est, ubicunque sit ille: neque enim Deo locus assignatur, cum divinitas circumscribi non possit: alii, *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth* ³¹. Homines autem in illius natura pervestiganda plus æquo solliciti sunt. Quantus ejus timor supra, tantus infra contemptus est, usque adeo illi magna cum religione benedicunt, hi temeraria curiositate laborant.

3. Ejusdem. Alio loco Isaias inquit, *Vidi Dominum sedentem in solio alto atque excelso*, eo nimirum qui comprehendere non potest. Cum ergo solium Dei humana mente sublimius sit qui fieri potest; ut is comprehendatur, qui solio insidet?

²⁷ Psal. xxxiii. ²⁷ Psal. l, 8. ²⁸ Psal. cxlvi, 5. ²⁹ Luc. ii, 14. ³⁰ Ezech. iii, 12. ³¹ Isa. vi, 3. ³² Ibid. i seqq. ³³ Joan. i, 18.

A *Et Seraphim stabant in circuitu ejus, sex alæ unæ, et sex alæ alteri. Quarum duabus facies suas legebant, et duabus pedes: duabus denique volabant, et inter se clamabant, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth* ³². Seraphim oculos avertunt, et duplicis muri loco alas prætendunt: quia nimirum splendorem illum ferre non possunt, qui ex solli gloria, vel ad terrorem usque, diradiat. Atque pedes obtegunt, præ stupore. Ita enim natura nos quoque comparati sumus, si quando nos maximus aliquis stupor, aut admiratio invadat, ut corpus undique contrahamus. Quo quidem temporis momento anima quoque idem perpressa, et ab aliis quæ extrinsecus et in cute apparent actiones suas contrahens, ad interiora confugit. Ipsoque corpore non secus atque propugnaculo quodam circummunitur. Jam quatuor alarum usum nosti cætera quid sibi velint, accipe: *Duabus, inquit, volabant*. Hoc indicio ad sublimia semper aspirare, nec unquam deorsum oculos deflectere constat. Alarum enim involucro angelicæ naturæ sublimitas et velocitas designantur. Est vero alia quoque ratio. Quod enim alis duabus caput, duabusque pedes obtegebant, eo principium et finem nullius oculis patere, nullaque disquisitione indagari posse significabant. Mediarum porro alarum remigio volabant, ut hoc indicio de rebus mediis disputationem theologiam ineundam esse docerent, nimirum quod Deus sit, quod sapiens, quod omnipotens, et cætera id genus. *Et clamabant inter se: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth*. Hoc utique admirationis symbolum est, præsertim cum neque lumen ipsum, neque divinam naturam intuerentur. Sed eo illa quæ videbantur, se demittebant: nec tamen illorum quæ eo se demittebant gloriam ferre poterant. Eo enim se demittebant, quod in sua natura non viderentur, sed pro resipientium imbecillitatis modulo sui manifestationem dimittentur. Porro quod eo se demiserint, vel ex ipsis Scripturæ verbis perspicuum est: *Vidi enim, ait, Dominum*. At vero *Deum nemo vidit unquam*, qui forma, qui quantitate, qui denique qualitate careat. Quis hoc ait? *Unigenitus, qui sedet in sinu Patris, ipse enarravit* ³³. Deinde subjicit: *Sedentem*. At vero Deus neque sedet, neque stat. Hi enim habitus corporibus competunt. Tum subinfert: *In solio*, at solio Deus nequaquam circumcluditur. Qui enim hoc fiat, cum circumscribi non possit? Jam cum Seraphin, quæ Deum ingenti corona circumstant (quod quidem non locum significat, sed singulare nescio quid quod a puritate consequuntur), cum Seraphin, inquam, ne Dei quidem eo se demittentis gloriam intentis oculis obtueri valeant: homines, scilicet, essentia ejus gloriam nulli perviam intentis oculis obtueri contendunt. Tametsi tanto ab illis interstitio differamus, quanto cæcus ab eo qui videndi sensu præditus est.

cepta notio, Filii quoque et Spiritus essentiam commonstrat et confirmat. Nam Filius Pater est et Patris Filius, eosque una et eadem natura efformat. Spiritus itidem alterius cujuspiam spiritus est, ejus nimirum cujus et dicitur. Iis itaque de causis Trishypostata, hoc est, tribus constans personis Divinitas animo ex symbolis primum ab illis concepta est, qui rerum divinarum præscientia claruerunt: palam vero et perspicue tum demum, cum ex Trinitatis personis una nobiscum in carne versata est.

CAP. II.

Cur Trinitatis mysterium ministerio Verbi posuit quam hominis cujuspiam innotuerit.

Cæterum Verbo muneris id conveniebat, ut Trinitatis mysterium mundo patefaceret, ut homines a Deo ea quæ Dei sunt edocti, haud dubiam do iis opinionem conciperent. Nam si a mortalium aliquo traditum fuisset, nunquam id ponderis apud rerum divinarum studiosos habuisset, ut facile suscipiendum videretur: quemadmodum verbi gratia, Mosaicis scriptis usuvenisse sycphantæ affirmare ausi sunt (3), quorum alia quidem a Deo legislatore, alia vero a Mose populique senioribus promulgata dixerunt. Atque hujus posterioris opinionis ergo, ne legis quidem divinæ cultum hujusmodi scriptis exhibuerunt. Nam si posteaquam ipse Christus theologiam illam professus est, quæ et in unitate Divinitatis, et in trinitate personarum elucescit, nonnulli, velut adulterinæ quædam dæmonis monetæ, exorti sunt, qui Dei majestatem nullo modo reveriti, a fide diviticula subintroducerent, a quibus, quæso, verbis sibi temperassent homines, si abstrusarum rerum, necdum a quoquam tractatarum doctores fuissent?

CAP. III.

Incarnatio Christi certissimum divinæ erga nos providentiæ argumentum.

Dei porro majestatis excellentissimum opus, ejusdemque providentiæ erga nos argumentum efficacissimum inde innotuit, quod Filius carnem assumpserit, et usque ad mortem crucis sese examinaverit. Cum enim ille Dei imago immutabilis et naturalis esset, nosque imaginis illius divinæ, ad quam efformati fueramus characterem corrupissemus, idem ille qui ut in rerum natura essemus, effecerat, creaturæ suæ restaurationem in se recepit, atque adeo ἐνοπίστατον illud, hoc est, per se subsistens Dei Verbum, Patre propriam gloriam non exuente, incarnatum in terris apparuit, et eos qui a ratione deflexerant, ad brutamque vitam diverterant, denuo ad rationis et intellectus dignitatem revocavit, Pater autem ordine Filium, Filiusque Spiritum præcedere eadem ratione dici

¹ Matth. xxviii, 19. ² Joan. xiv, 26. ³ Joan. xv, 26.

(3) Ptolemæus in primis infr. lib. iv, c. 5.

A potest, qua res expetendas, et suos effectus causa præcedit, qui tamen diversæ naturæ, posterioresque tempore non sint, sed æterna potius coæternorum effectuum causa sit, ejusdem substantiæ, sola proprietate dempta, particeps. Primus enim pater, secundus genitura, tertius processio dicitur.

CAP. IV.

Cum divinitas ineffabilis sit et incomprehensibilis, qui sit, ut a Christo in Patrem, Filium et Spiritum dividatur?

Quod si rem ipsam alius atque convenienter Deo disquiramus, natura divina omni ex parte ineffabilis est, et incomprehensibilis, nec id quod re ipsa est aut humana capi ratione ac revelari, aut oratione ulla exprimi potest. Et quamvis Trinitatem, quamvis unitatem, quamvis Patrem et Filium, et Spiritum, quamvis denique Divinitatem illam incomprehensibilem, et naturam ineffabilem vel animo concipiamus, vel ratione pronuntiemus, illa non iis rebus, sed supra eas consistit. Ex quo fit, ut divinæ naturæ neque prior locus neque posterior accommodari commode possit, sed omnium supremus duntaxat, utpote quæ omnem numerum et unitatum excogitationem excedit, si saltem numerus et unitas circa substantias versentur, Deus autem supra substantiam sit. Servator tamen noster, ut nominibus et rebus nobis familiaribus ad ea nos deduceret, quæ supra naturam posita sunt, divinisque adeo mysteriis initiaret, oratione sua Patri primum, Filio alterum, Spirituique sancto tertium locum attribuit, cum sic discipulos suos alloquitur: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* ⁷.

CAP. V.

Consentaneum fuisse, ut Dei Filius hominis quoque Filius diceretur, fierique non potuisse ut vel ab homine humano, vel ab angelo servaretur.

Hoc autem neque Patri a natura insitum, neque divino item Spiritui consentaneum erat, ut in terra videretur, et nobiscum coalesceret. Qui enim fieri posset, ut qui nullis non sæculis insitam sibi paternitatem prædicabat, Filius hominis audiret? vel etiam Spiritus ille coadjutor et perfectior, eorumque confirmator, quæ Filius ex nihilo ad id quod est in rerum natura produxit, prout plerique scriptis suis assuerunt, imo vel ipse Servator in Evangeliiis, in quibus de Spiritu sancto disserens discipulos his verbis alloquitur: *Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret vobis quæcumque dixi vobis* ⁸. Item, *Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis, Spiritus veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium feret de me* ⁹. Sed hoc a ratione non ab-

horrebat, ut qui Dei Filius esset, hominis quoque Filius evaderet; et quemadmodum vitam hominibus largitus erat, ita nobis quoque non tantum vitam, sed bonam etiam vitam adventu suo largiretur, salvus ambabus naturis: divina, inquam, quæ eadem prima est, et hominis captum transcendit; necnon humana, quam propter nos ad tempus speciali quadam proprietate assumpsit. Præsertim quia hominis culpa factum fuerat, ut homo salute excluderetur, cui consequendæ nihil Mosaica lex, nihil propheticæ prædictiones prodesse potuerant, nihil denique angelorum quispian nobis hac in re proferre posse videretur: tametsi hoc Deo supra modum arrisisset, quod rebus hominum deploratis præsens remedium et ac recuperandam salutem efficacissimum afferret. Qui enim fieri potuisset, ut simplex homo, nec ullius divinitatis particeps, unam eandemque in fidem gentes congregaret, illisque œremoniis finem imponeret, quibus lex obnoxios nos efficiebat? vel etiam eadem potestate uti potuisset, qua Christus utitur, his verbis: *Lex quidem ait, Non mœchaberis: ego autem, Ne mulierem quidem aspicias, ad concupiscendam eam* ¹⁰, et quæ sequuntur, eo quidem sensu accipienda, ut ad legis perfectionem, non autem ad destructionem dicta et tradita intelligantur. Sed ne malorum quidem spirituum viros infirmare potuisset angelus, præsertim cum Scriptura nos moneat, Michaellem archangelum cum diabolo quidem super Mosis corpore contendisse, eo tamen audaciæ nequaquam evasisse, ut illum tanquam blasphemum condemnaret, sed his duntaxat verbis usum esse; *Increpet te Dominus*. Quin et angeli in angelos insurgunt, quemadmodum vir ille desideriorum et prophetarum perspicacissimus Daniel suis scriptis explicat. Quocirca prout oportebat, ita etiam creata sunt omnia, creata vero et facta sunt ita ut et mundo salutifera, nec Deo indigna essent. Atque hæc hactenus, etiamsi citra omnem orationis ornatum dicta sint. Jam quædam scriptis mandanda supersunt, ex quibus sanctissimi Patres et theologi nos docuerunt, quidnam de supersubstantiali Trinitate sentiendum sit.

CAP. VI.

B. Dionysii Areopagitæ, ex cap. 2, De uniuersa et distincta theologia, de Patre, et Filio et Spiritu sancto (4).

Patrem quidem fontem divinitatis esse, Filium autem et Spiritum Deigenæ divinitatis germina, ut ita dicam, divinitus pullulantia et quasi flores, supersubstantialiaque lumina, sacris ex oraculis accepimus; at quonam id tandem pacto fiat, nec oratione quisquam, nec intellectu consequi potest. Item, proinde in omni fere theologia disputatione summæ Divinitatis sacras laudes intuemur, partim quidem, quia unitas sit propter simplicitatem et

¹⁰ Matth. v 28, 29.

(4) Vide *Patrologiæ Græcæ* tom. III, col. 674.

A unitatem supernaturalis ejus impartibilitatis, ratione cujus tanquam unificæ potentiæ, unimur, dividuisque nostri diversitatibus, supra mundi hujus conditionem, complicatis, in Deiformem monadem, eamque unitatem colligimur, quæ divinam illam imitetur: partim vero, quia Trinitas sit, trium illarum personarum ratione, quæ ex fecunditate supersubstantiali elucescunt, ex qua cœlestis omnis familia et est et denominatur. Item, Divinitas illa, quæ rerum omnium præses, et unitas et Trinitas celebri nomine dicitur, non ea est unitas et Trinitas, quæ vel nobis, vel alii cuiquam eorum quæ sunt innotescat, sed ut ipsius unitatem unitate omni superiorem, Deigenamque fecunditatem vere laudemus, illam trina et una Divinitatis appellatione denominamus: cum tamen omnia nomina transcendat, et eorum quæ sunt essentiam exsuperet. Nulla porro unitas, aut Trinitas, aut nullus numerus aut unitas, aut fecunditas, nullum denique aliud ex iis quæ sunt, quod quidem cognitioni scientiæque pateat, arcantum illud nulla oratione nulloque intellectu explicabile, reterege potest, quod in ea super Divinitate inest, quæ substantia sua nullam non substantiam multis parasangis exsuperat. Ipsa vero neque ullo nomine, neque ulla ratione, aut oratione exprimi potest, sed in ipsis adytorum penetralibus, quasi de medio sublata delitescit.

CAP. VII.

Magni Basilii ex epistola ad Gregorium fratrem, quæ de essentiæ et hypostaseos differentia inscribitur (5).

C Ubicumque in sancta Trinitate Patrem intellectu assequitur, una eadem opera et ipsum per se Patrem intelligit, et Filium cogitatione comprehendit. Qui autem Filium tenet, Spiritum quoque complectitur, et consequenter quidem secundum ordinem, conjuncte vero secundum naturam, trium in seipso confusam et commistam fidem expressit. Spiritum item solum qui dixit, hujusmodi confessione eum quoque, cujus et Spiritus est, nempe Christum, et eum ex quo procedit, nempe Deum, ut Apostolus ait, complexus est. Quemadmodum autem in cætena, qui anulum unum attingit, simul etiam alterum extremum attrahit, ita quicumque Spiritum trahit, ut auctor est propheta, is vero per istum Filii quoque et Patris compos factus est. Quod si quis apprehendat, ab utroque ejusdem latere, hoc quidem ejusdem Patrem, illo vero proprium ejusdem Spiritum eadem hac inductione sibi conciliet. Nec enim fieri poterit, ut is a Patre separetur, qui semper in Patre manet, aut a proprio unquam Spiritu disjungatur, qui omnia in ipso agit. Proinde nulla prorsus sectio aut divisio excogitari potest, quæ vel Pater sine Filio, vel Filius sine Spiritu intelligatur. Imo vero ea in iis conjunctio et divisio

(5) Vide tom. XXXII, col. 331.

est, quæ nulla oratione explicari, nulloque intellectu comprehendi queat: cum præsertim neque hypostaseon differentia continuitatem nature distrahbat, nec essentialis conjunctio proprietatem personarum, quasi fatiscens et perfluens effundat: ita ut mirabili quadam ratione in his et conjuncta distinctio, et distincta conjunctio dignoscatur. Ut autem hujus rei obscuritati luminis aliquid accedat, aut potius veritas adumbretur, multicolor ille cœlestis arcus, quem vulgus Irin appellat, exempli gratia proponatur. Omnium enim colorum ejus splendores et distincti videntur, quia eminus lucent, et conjuncti, quia misionum terminos non videmus, quibus colorum varietates distinguuntur: ut discernere omnino nequeas quatenus extendantur, aut unde initium ducat, vel rutilus, vel smaragdinus, vel glaucus luminis splendor. Quo quidem naturæ exemplo nos ratio monet, ne novitatis vitio laboremus (6) in dogmatum rationibus exquirendis, si quando difficilem aliquem nodum disquirendo nacti, in utram nobis partem inclinandum sit, addubitamus. Quemadmodum enim ea quæ sub aspectum cadunt qualia sint experiri, quam iis temere contralicere præstat, ita etiam in dogmatibus illis, quæ de rebus arduis instituuntur, illi cognitioni, quæ ratiocinationibus comparatur, fides antecellat oportet.

CAP. VIII.

Magni Gregorii Theologi de Patre, et Filio, et Spiritu sancto, distincta simul et conjuncta divinitatis ratio. Ex oratione prima de Filio (7).

Nos autem unius Dei principatum colimus. Principatum, inquam, non una circumscriptum persona (feri enim potest, ut unum a seipso dissidat, et in multa evadat) qui æquali naturæ dignitate, eodem animi consensu, eadem motione, et omnium quæ ab uno fluunt, in unum concursu constituitur (quod quidem in natura procreata fieri nullo prorsus modo potest) ita ut etiamsi numero differat, essentialis tamen ratione non dividatur. Idecirco unitas ab initio in binarium excrevens in ternario conquiescit. Et hoc nobis est Pater, et Filius, et Spiritus sanctus. Ille quidem genitor et emissor (quod circa affectum, tempus, et corpus intelligo), horum vero alterum genitura, alterum autem emissio dicitur. Alioqui nescio quo illa nomine dicenda sint, cum ab iis quæ sub aspectum cadunt abstracta fuerint. Et paulo post: Quocirca nostris nos in finibus continentes, unum ingentum, alterum genitum, tertium a Patre et Filio procedens introducimus, quemadmodum ipse Deus et Verbum testatur alicubi. Quando igitur, objiciat quispiam, hiesse cœperunt? Nimirum antequam ulla temporis observatio fieret, et si quid juvenilliter enuntiandum est, quando Pater ipse. Quando autem Pater non fuit? Quando nec

(6) μή καινοπαθεῖν. Interpres Euthymii habet *ne frustra laboremus*, ut legisse videatur μή κεινοπαθεῖ.

A hi fuerunt. Sic ergo de Filio, sic et de Spiritu sancto sentiendum est. Rursum interrogato me, ut rursum quoque tibi respondeam. Quando Filius genitus est? Nimirum quando Pater genitus non est. Quando denique Spiritus processit? Quando nimirum Filius non processit. Sed genitus est nullo tempore, supraque quam quis ratione consequi possit. Et si supra tempus nihil quidquam statuerè possumus, quamlibet temporalem significationem subterfugiamus (nam voces hæ, *quando, antea, postea et ab initio*, temporis expertes non sunt) etiamsi vel maxime adnitamur, vimque verbis auferamus, nisi quia spatium illud, quod eadem cum sempiterna duratione protenditur, nulloque motu aut solis cursu dividitur, aut mensurabile temporis instar est, sæculum appellamus: Jam si cœterni sint, inquires, qui sit, ut principii etiam una cum Patre non sint expertes? Quia nimirum ex illo sunt, quamvis post illum non sint. Quod enim principium caret, idem et æternum est, quod vero æternum est, non omnino principio caret, quandiu saltem ad principium suum, hoc est Patrem, referatur. Filius ergo et Spiritus, si ad causam sui revocentur, principii expertes non sunt, (constat tamen causam non omnino iis antiquiorem esse, quorum causa est. Nec enim solem luce antiquiorem dixeris: » ac si temporis habeatur ratio, sine principio sunt: quamlibet tu simpliciorum animos præstigiis tuis perterrefacias. Nec enim temporis subjiuntur, a quibus tempus ipsum dependet.

CAP. IX.

Ejusdem, ex oratione De dogmate et statu episcoporum (8).

Ita igitur Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum adoramus, ut divisis proprietatibus Divinitatem ipsam jungamus. Nec vero in unum tria contrahimus, ne Sabellii morbo corripiamur, nec contra unum in tria, diversa quidem illa et aliena diducimus, ne cum Ario insaniamur. Cur enim, quæso, plantæ in alteram partem vergenti et prorsus incurvatæ similes, vi contrariam in partem distorqueamus, et perversitatem perversitate corrigamus, ac non potius ad medium aspirantes, intra divinæ pietatis fines consistamus? Mediocritatis porro nomine veritatem ipsam intelligo, ad quam si spectabimus, non aberrabimus: id autem fiet, si nec improbæ illi contractioni, nec ea longe absurdiori divisioni subscribamus. Ita ut neque nomina verbis in unam contracta personam multiplicis divinitatis metu, nuda nobis relinquamus, dum eundem Patrem et Filium et Spiritum sanctum existimamus, nec potius in unum omnia conflari, quam eorum unumquodque nullum prorsus esse desinimus (designant enim quod sunt, si alternis sibi cedant, aliaque is

(7) Tom. XXXVI, col. 75.

(8) Vide tom. XXXV, col. 1072.

aliorum locum transeant), neque contra in tres A naturas vel peregrinas, dissimiles, et inter se dissectas, eam quam jure optimo insaniam dixi, amplexati : vel principio et ordine carentes, atque ut ita dicam, divinitati contrarias. Eo quod hinc in Judaicæ paucitatis angustias contrahimur, si soli Ingenito divinitatem ascribamus : inde vero in contrarium quidem, sed æque malum, vitium incurrimus, si tria principia, tresve decs ponamus, quod quidem prædictis longe absurdus est. Præstat enim si neque Patrem quidam ita complectantur, ut eum vel Patris nomine defraudent, (nam cujus tandem Pater dici queat, si diversæ naturæ censetur, et creaturis accenseatur ?) neque Christum tantopere ament, ut eum Filii nomine spolient, cujus enim, quæso, Filius audiat, nisi ad causam, B scilicet Patrem referatur ?) neque in Patre principii dignitatem minuant, qua nimirum pater et genitor asseritur. Rerum enim parvi momenti nec se dignarum, principium fuerit, nisi divinitatis ejus, quæ in Filio et Spiritu cernitur, auctor existat. Quandoquidem et unum Deum colere, et tres hypostases seu personas, atque illarum quamlibet sua proprietate præditam confiteri oportet.

CAP. X.

Ejusdem, ex oratione in Arianos, et pro seipso (Patrem, Filium, et Spiritum communi nomine Deum dici, quorum expressa comprehensio vera demum, hoc, est cælestis felicitas sit (9).]

At vero nos Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum adoramus, atque Patrem Deum, Filium Deum, Spiritum sanctum denique Deum, nisi molestè feras, unam scilicet eandemque naturam in tribus proprietatibus, quæ intellectu percipiuntur, perfectæ sunt, per seipsas consistunt, et numero non divinitate dividuntur. His mihi vocibus uti per te liceat, quicumque minis nos hodie territas : cæteras vero persequatur qui volet. Fieri non potest, ut Pater subsistat, si Filii jacturam faciat ; nec Filius, si Spiritu sancto privetur. Privatur autem, si aliquando esse cœperit, sique creatura sit. Creatura enim Deus non est, baptismum porro imminui nec ego quidem fero : *Unus Dominus, una fides ; unum baptisma* ¹¹. Quod mihi si conferatur irritum, ubi, quæso, alterum nanciscar ? Quod dicitis ? Heus vos qui baptismum pervertitis, seu rebaptizatis ! fieri potest, ut quis spiritualis D sine Spiritu dicatur ? An vero Spiritus particeps ille sit, qui Spiritum non veneratur ? Inne porro Spiritum veneratur, qui in creaturæ conserved nomine baptizatus est ? Nunquam certe, quamlibet multa dicas, nunquam id persuadebis. Non te fallam, o principii expers Pater. Non te fallam, o unigenitum Verbum. Non te fallam, o Spiritus sancte. Scio quid confessus sim, a quo desoiverim, quem secutus sim. Non committam ut viva fidelis

¹¹ Eph. iv, 5.

(9) Tom. XXXVI, col. 236.

doctores voce institutus, discipulus infidelis evadam. Veritatem confessus sum, non mendacium non committam, ut qui baptismo perficiendus venerim, imperfectior abeam : qui ut viverem baptizatus sum, in aqua moriar, quemadmodum illa quæ in ipso partu pereunt, mortemque una cum ortu experiuntur. Cur me, quæso, beatum et miserum, recens illuminatum et luminis expertem, divinum et impium, eodem temporis momento facis ? Numnam ut hoc naufragio, vel spe reformationis excidam ? Ut rem paucis absolvam, quid confessus sis, reminiscitor. In quem baptizatus es ? In Patrem. Recte hoc quidem, sed Judaicum. Deinde in Filium. Recte et hoc, at quamvis Judaicum non sit, nondum tamen perfectum est. Et in Spiritum sanctum. Optime hoc certe, nam perfectum est. Age vero, numnam simpliciter in hujusmodi nomine baptizatus es, an etiam commune aliquod horum nomen nosti ? Commune certe novi. Ecquodnam est ? Nimirum Dei nomen. In hoc commune nomen credito, gressus dirigo, et regno. Jam ex hoc mundo ad beatitudinem illam cælestem transmigrasti. Illa porro, ut mea fert opinio, nihil aliud est, quam expressior [quædam] horum comprehensio.

CAP. XI.

D. Maximi, de Patre et Filio, et Spiritu sancto, distincta simul et conjuncta Divinitatis ratio. [Patris et Filii et Spiritus eandem substantiam, potentiam, et actionem esse.]

1. Deus unus est, quia divinitas una, principii expers, simplex, supersubstantialis, impartibilis et indivisibilis. Eadem unitas et Trinitas : eadem tota unitas, et tota Trinitas : eadem tota unitas, si essentia, eadem tota Trinitas, si personarum ratio habeatur. Pater et Filius et Spiritus sanctus, Divinitas eadem. Quæque Patri et Filio et Spiritui sancto divinitas inest, eadem tota in Patre toto, atque vicissim eidem toti Pater totus inest. Eadem tota in toto Filio, atque totus in eadem tota Filius. Eadem tota in toto Spiritu sancto, atque totus in eadem tota Spiritus sanctus. Neque ex parte in Patre Divinitas est, vel ex parte Pater Deus est, neque ex parte Divinitas Filio inest, vel ex parte Filius Deus est, neque ex parte inest Spiritui sancto Divinitas, vel ex parte Spiritus sanctus Deus est. Nec enim partitioni Divinitas obnoxia est. Neque Pater aut Filius, aut Spiritus sanctus Deus est imperfectus. Sed tota eadem perfecta perfecte Patri perfecto : tota perfecta perfecte Filio perfecto : tota denique perfecta perfecte, et eadem Spiritui sancto perfecto inest. Totus enim toti Filio et Spiritui sancto perfecte Pater inest. Item totus toti Patri et Spiritui sancto perfecte Filius inest. Totus denique toti Patri et Filio perfecte Spiritus sanctus inest. Una enim et eadem

Patris et Filii et Spiritus sancti essentia, potentia, A et actio est. Nec eorum quisquam absque altero esse aut intelligi potest.

2. Ejusdem. Illa universi opifex sanctæ Trinitatis essentia sola simplex, uniformis, nulla re egens, et immutabilis est. Omnis autem creatura composita est, quæ nimirum ex substantia et accidente constat, divinæ providentiæ auxilio semper egeat, haudquaquam mutationis expers. Proinde nec accidens Deo, nec qualitas attribuenda. Hæc enim rebus compositis et mutationi obnoxiiis attribui solent. Quæcunque autem Deo insunt, natura insunt, non tanquam acquisita et adventitia.

3. Ejusdem. Ne habitus et aptitudines in simplici et infinita sanctæ Trinitatis essentia quæsi- B veris : ne forte compositam illam profitearis, et rebus creatis accenseas.

4. Ejusdem. Ex iis quæ sunt, eorum quæ sunt causam dignoscimus [nimirum Patrem], ex eorum autem quæ sunt differentia, illa enhypostata, hoc est, per se consistens, ejus quod est sapientia, nempe Filius, nobis innotescit. Ex naturali denique eorum quæ sunt motu, enhypostatam quoque seu per se consistentem eorum quæ sunt vitam, et vivificam eorum quæ sunt potentiam, nempe Spiritum sanctum intelligimus.

5. Ejusdem. Si Verbum eorum quæ sunt generationi præest, nullum unquam hoc Verbo verbum antiquius fuit, futurumve est. Verbum autem nec mentis exorsus, nec vitæ est, sed mentis et vitæ C particeps. Generantem enim mentem habet, quæ et vitam sui essentia consistat nimirum Patrem : habet et vitam sui essentia consistentem, scilicet Spiritum sanctum.

CAP. XII.

Damasceni, ex oratione De Patre et Filio et Spiritu sancto, distincta simul et conjuncta Divinitatis ratio (10).

Deus et Pater est, qui semper ingenitus est, quippe qui a nullo genitus cœternum Filium genuerit. Deus et Filius est, qui cum Patre semper est, ab illoque sine tempore sempiternæ, sine fluxu imperturbate, et sine sejunctione ab ipso, genitus. Deus denique Spiritus sanctus, virtus sanctificans, quæ per se subsistit, a Patre et Filio procedit, et in Filio conquiescit, ejusdem cum Patre Filioque substantiæ. Verbum est, quod D substantialiter Patri semper adest. Verbum item est, naturalis motus, quo animus ipse movetur, intelligit, et cogitat, quia nimirum ipsius quasi lex et splendor existit. Verbum præterea est, internum quoque illud, quod in corde loquimur. Adhæc, verbum est, animi nuntius, Verbum igitur Deus essentia sua et hypostasi propria consistit. Cætera tria verba facultates animi sunt, quæ propria in hypostasi haudquaquam considerantur. Quorum primum animi naturale germen est, quod semper ab ipso naturaliter profluit. Secundum

(10) Tom. XCIV, col. 856.

vero internum quoque dicitur. Tertium denique profertur. Spiritus etiam multiplex est acceptio. Nam et Spiritus sanctus est ; et spirituales facultates spirituum nomine designantur. Spiritus insuper pro angelo bono, item et pro dæmone capitur. Spiritus item anima est. Aliquando etiam intellectus, ventus, aer, et cætera id genus spiritus appellantur.

CAP. XIII.

Eadem de re, Ex variis Patribus. [Perfectæ in Trinitate personæ, in se vicissim singulæ.]

1. Ex duabus perfectis hypostasibus, seu personis, compositio fieri non potest. Proinde speciem nequaquam ex personis, sed in personis dicimus. Ex quo fit, ut perfectas quidem sancta in Trinitate personas dicamus, ne compositio in illis ulla cogitetur. Has autem in se vicissim singulas, propter mutuam earum habitum inter se atque relationem asserimus. Quia etiam nec circumscribi, nec loco contineri possunt, quia denique una eorum eademque Divinitas est.

2. In omnibus rebus creatis, personarum divisio re ipsa deprehenditur. Nam re ipsa Michael a Gabriele, Petrus a Paulo sejunctionus est, et cætera eodem modo. Quod vero commune in his et unum est, id cogitatione dignoscitur. Sola enim cogitatione angelitatem, verbi gratia, et humanitatem, hoc est, communem angelorum et hominum notionem cognoscimus. At in divina Trinitate secus se res habet. Quod enim in ea commune et unum est, id re ipsa perspicitur. Nam re ipsa tres unum Deum, unam et eandem in tribus naturam et actionem, unam denique et eandem voluntatem esse certo scimus. Personarum autem divisio simplici et nuda cogitatione intelligitur. Nec enim eam circumscriptionem, qua personæ circumscribi solent, neque intervallum, quo locus a loco disjungitur, nec aliam ullam ex iis proprietatibus, quibus singula suis quasi finibus continentur, hic intelligere aut cogitare audeamus. Præter paternitatem, filiationem, et processionem, seu notionem eas, quibus Pater genitor, Filius genitus, et Spiritus procedens intelligitur. Atque hæc quidem hujuscemodi ratione fiunt, quæ naturam et essentiam quamcunque facile superat. Proinde D Deum unum eos esse dicimus, cum fieri non possit, ut perfecte atque re ipsa eorum personas dividamus, quæ sine divisione dividuntur, et sine conjunctione conjunguntur, propter divisionis et conjunctionis eorum rationem, quæ ea est, ut natura quacunque et essentia longe præstantior sit.

3. Distinguuntur hypostases, non essentia ratione, sed characteristicarum proprietatum, hoc est notarum, quæ personis insunt. Ex quo fit, ut ex rebus creatis, quæ sit Patris et Filii et Spiritus sancti, seu propriarum notarum, differentia resciscamus, naturarum vero non item.

CAP. XIV.

Essentiæ naturæ, generis, speciei, et formæ; item hypostaseos, personæ, characteris, et individui ἰσοδυναμία.

4. Essentia, natura, genus, species, et forma, ubi de Deo agitur, idem significant, ut sanctis Patribus placet. Item hypostasis, prosopon, hoc est persona, character seu nota, proprietas, et individuum pro eodem sumuntur. Atque essentia quidem et natura de omnibus ex æquo subjectis enuntiantur. Unde fit, ut omnes unius essentiæ naturæque sint. Hypostasis autem persona, et individuum, id est, quod proprie per seque subsistit, nec divisionem citra subjecti corruptionem admittere potest.

5. Species et forma in sancta Trinitate pro eodem capiuntur, et ambæ denotant essentiam. Ait enim, *Qui videt me, videt et Patrem*¹²: quo in loco visus præscientia et cognitione intelligitur.

6. Essentia quidem personarum conjungendarum vim habet. Hypostases autem vi characteristarum proprietatum, seu notarum suarum essentiam distinguunt.

7. Essentia quidem nunquam de rebus dicitur, quæ non exstant, a natura sæpissime. Hæc est enim, inquit ille, mendacii natura. Item, Ductus æquæ, inquit, fontem ostendit suum: sermonis autem natura cor, a quo processit, indicat.

8. Si quæ communia et universa sunt, ea tota et integre de singulis sibi subjectis enuntiantur, certe Divinitatis quoque natura tota et integra de singularibus suis personis enuntiat. Siquidem commune quid et universum, natura et essentia est, singulare autem hypostasis et persona: singulare, inquam, non quod naturæ partem habeat, partem vero non habeat, sed quia individuum sit.

9. Atque essentia quidem commune quid est, quia de pluribus enuntiat: individuum autem singulare, quia nimirum de uno solo prædicatur.

CAP. XV.

Naturæ et hypostaseos differentia, ex Cyrillo, Dionysii Areopag. et Alexandrino., Greg. Naz. et Theodoro.

10. Natura et hypostasis, ex Ecclesiæ definitione et lege, non idem significant: quo enim modo commune a proprio, universum a singulo, infinitum denique a definito, eodem quoque natura ab hypostasi differt. Beatum tamen Cyrillum et alios Patres utroque nomine ad divinam illam carnis assumptionem significandam, citra ullum discrimen, usos, haudquaquam ambigimus. Abusive enim alias hypostasin pro essentia, alias item essentiam pro hypostasi usurparunt: non quod idem eas esse existimarent, verum quia non Scripturæ tantum sacræ, sed ecclesiasticorum doctorum mos hic jam olim inolevit, ut multis in rebus citra discrimen quibusdam dictionibus utantur: quas abusive aliquando usurpant, scientes verba nihil afferre

¹² Joan. xiv, 9.

A incommodi (ut Cyrilli verbis utar), cum res aliter se habeant. Hierophantes quoque, seu sacrarum rerum demonstrator, Dionysius auctor est, rationi dissotaneum hoc esse, atque adeo præposteri iudicii argumentum, si quis vi et scopo rerum postpositis, a verborum significatione dependeat. Dionysius quoque Alexandrinus ille rhetor in scholis, quæ in sibi cognominem Areopagiten edidit, ait, ingenitum apud externos seu profanos philosophos omnem naturam significare, quæ sub aspectum non cadit. Adhæc essentias quoque apud eosdem pro hypostasibus usurpari: et infra. Hujusmodi certe voces apud Areopagitam, Nazian, quoque abusive usurpatis deprehendamus. Gregorius etiam Theologus ita scribit: Neque vero qui de verbis digladiantur, id vitio nobis vertant, quasi pietatem nominibus, at non rebus ascribamus. Item, veritas nobis non nominibus, at rebus inesse videtur. Proinde quæ abusive dicuntur, ea neque proprie id sunt, quod dicuntur, quia nimirum ne proprie quidem id dicuntur quod sunt: neque e diverso talia intelliguntur, qualia vox ipsa designat.

Jam vero cum Cyrillus hypostaseon, conjunctionis, differentiæ, et proprietatis mentionem facit, tunc hypostaseon nomen pro essentiis usurpat, hac voce conjunctas naturas per se subsistere demonstrans, atque docens ejusmodi conjunctionem haudquaquam similitudinum quarundam formarumque per se minime consistentium fieri, sed earum rerum quæ subsistunt. Quod ut ita se habere constet, idem ipse in prima Apologia primi anathematis adversus Theodoretum reprehensiones, sic ait: Discat vero obiter, quod si solæ per se ipsas ab hypostasibus se junctæ formæ æconomica illa carnis assumptæ conjunctione inter se coierint, certe rerum quoque ipsarum, si quidem et hypostaseon, concursus factus esse. Cæterum sibi diversam quoque naturæ et hypostaseos significationem non incognitam fuisse, idem ipse in secunda ad Nestorium epistola his verbis attestatur: Evangelicas Servatoris nostri voces, neque duabus hypostasibus, neque certe personis ascribimus. Item in epistola ad Orientales: Evangelicarum, inquit, et apostolicarum de Domino vocum nonnullas a theologis viris ita communiter accipi novimus, tanquam de una persona prolatae sint: nonnullas item dividi, tanquam de duabus naturis pronuntiatæ fuerint. Idem alibi sic ait: Duplex non est unus et solus Christus, quibus verbis usus est unius hypostaseos ratione. Nam si naturarum ratio habeatur, duplex quoque dici potest.

Certe cum simpliciter et citra differentiam procedit oratio, non solum Patres, sed divinam quoque Scripturam, libere vocabulis et simpliciter uti deprehendimus. Beatus enim Apostolus interiora hominis, hominem, ejusdemque exteriora, hominem rursus appellat: partibus nimirum totius appellationem tribuens. Prophetæ autem contra,

nunc carnis, nunc animæ nomine hominem intelligunt: partium appellationem toti tribuentes. Cum vero tempus id postulat, propriis utuntur appellationibus. Eo vero sensu quem prædixi Theologus ille quoque Joannes ait; *Et Verbum caro factum est*¹³, pro, homo factum est. Nil tamen hac de re digladiamur. Hoc enim, ut magnus ille testatur Dionysius, eorum est proprium, non qui ad divinarum rerum cognitionem aspirant, sed qui sonos simplices aucupantur, impensiusque gaudent elementis, syllabis, et dictionibus incognitis, quæ ad animi sui partem, cui vis intelligendi inest, haudquaquam penetrant, sed extrinsecus summis eorum labris et summis auribus inhærent et circumstrepunt. Hypostasis duplex est: alias enim dicitur hypostasis, id quod quidem citra characteristicas proprietates, seu notas, consideratur: alias persona, quæ per se, vel cum prædictis proprietatibus subsistit. Quæ enim individua Peripatetici vocare solent, in quæ generis et speciei divisio desinit, ut quæ præterea dividi non possint (nam hominis in animam et corpus divisio interitum afferre solet), ea doctoribus ecclesiasticis personas et hypostases appellare placuit. Hypostases porro dictæ sunt, quia in iis genera et species, quæ communia nec circumscripta sunt, quasi pedem figunt et circumscribuntur. Quamvis enim animali et homini essentialis ratio propria sit, quorum illud genus, hic species est, nihilominus tamen in atomis, puta Petro et Paulo hypostasin habent, seu subsistunt, citra quos subsistere non possunt. Sed de hypostasi quidem hactenus.

Vicissim quoque ἐνυπόστατον, seu id quod vi sua subsistit, duplex est: significat enim id quod simpliciter est, quo significato non solum essentialiam, quam ἀβύπαρκτον et αὐτοπόστατον, hoc est per se vique sua subsistentem, rerum hujusmodi periti dicunt, nos quoque ἐνυπόστατον dicimus, quia nimirum simpliciter sit et subsistat; sed accidentia etiam ἐνυπόστατα, hoc est, vi sua subsistentia denominamus, quia in alio, nimirum in essentiali, non autem in se ipsis, sint et subsistant: quæ tamen rectius ἑτεροῦπόστατα, hoc est in alio subsistentia nuncupantur. Significat etiam id quod per se ipsum est, et ἰδιοπόστατον per se proprie consistit: quo in significato individua quoque ἐνυπόστατα dicimus, quæ proprie hypostases potius et sunt et dignoscuntur. Sed de enhypostato quidem hæc sufficiant.

Non absimili ratione anhypostatatum quoque duplex est. Nec enim anhypostatatum duntaxat id dicitur, quod nullo usquam modo sit, sed id etiam quod alio subsistit, qualia sunt accidentia: quæ ipsa per se subsistere non possunt.

Qui subtilius hæc rimari voluerit, pleraque alia hypostaseos significata deprehendet. Nam præter ea, quæ supra dicta sunt, hypostasis etiam pro onere capitur: ut in Deuteronomio: *Quomodo potero ego solus onus vestrum sustinere*¹⁴? Hebraice enim

¹³ Joan. 1, 14. ¹⁴ Deut. 1, 10. ¹⁵ Ruth. 1, 6. ¹⁶ I Reg. xiv, 1. ¹⁷ Psal. xxxviii, 6. ¹⁸ Psal. lxxviii, 3. ¹⁹ II Cor. xi, 17.

A Masachem, hoc est onus, dicitur. Item pro cibo, sive annona: ut in libro Judicum de Judæis: quoniam Madianitæ diripuerunt fructus terræ, et substantiam eorum. Hebraice enim pro spe, unde in libro Ruth his verbis utitur Noemi: *Non est mihi filius aut spes*¹⁵. Hebraice enim Thioonia legitur, hoc est spes sobolis propagandæ. Item pro pretio sive mercede, ut primo Regum, de mercede fabri ærarii. Ad securim: inquit, et quæ sequuntur, hoc est merces. Item pro castris, ut in eodem libro Jonathas armigero suo ita inquit: *Veni, ascendamus in castra Palæstinorum*¹⁶. Hebraicus enim codex Mataan habet, quo nomine castra significantur. Item pro sæce illa, quæ in rebus liquidis subsistit, ut cum urinæ substantiam dicimus. Item pro facultate, ut illud, *Et substantia mea tanquam nihilum coram te*¹⁷. Item pro fundamento, ut illud: *Fixus sum in limo profundi, et non est mihi subsistentia*¹⁷. Item pro negotio, unde Jeremias: *Congregavit extrinsecus subsistentiam suam*. Et pro arcano, ut apud eundem de pseudopropheta: *Et si stetit in substantia mea, sive in arcano meo*¹⁸. Item pro fundamento, ut apud Ezechielem de templi ædificatione, describens domum et cætera quæ sequuntur, in quibus hypostasin pro fundamento ponit. Item pro laude, ut apud Apostolum, *Quod loquor, non secundum Dominum, sed tanquam in stultitia in hac substantia gloriationis*¹⁹.

CAP. XVI.

C Item, B. D. Dionysii Areopagitæ De Deo. [*Omnia de Deo et affirmantur, tanquam omnium causa: et negantur, quia omnibus excellentior sit.*]

Deus neque lux est, neque tenebræ: neque cognitio, neque ignoratio: neque veritas, neque mendacium: et, ut paucis concludam, nihil est ubi ponatur, aut unde auferatur. Omnibus enim superior est, et quæ a nobis, et quæ ab iis quæ supra nos sunt cogitantur. Quandoquidem Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, non is est, quem cogitamus, vel qui supra nos sunt, sed is est qui nulla ratione intelligi, aut oratione exprimi queat. Positiones enim et ablationes, et habitus, et privationes iis accensentur, quæ post Deum sunt.

2. Ejusdem. Deus est eorum quæ sunt essentialia, quippe qui earum principium et causa sit. Sæculum autem sæculorum, ut qui magis proprie sit, quam sæcula. Tempus vero, quia sit eorum, quæ sunt mensura; nam earumdem terminus etiam est, ut qui eis modum et finem imponat. Quandoquidem ea etiam quæ sempiterna sunt, ipsaque sæculorum series infinita illius infinitate terminantur, qui [infinitus] infinities infinite ipsa complectitur. Generatio autem, ut qui ea quoquo modo fiunt in rerum naturam producat. Locus, quia omnia contineat. Omnia denique est, quia omnibus superior.

Privantia contrario modo de Deo enuntiantur.

3. Ejusdem. Deus et eorum quæ sunt terminus et infinitas dicitur. Terminus quidem, qui ea terminet. Infinitas vero, qui supra ea protendatur. Ejus enim infinitas, quæ cuncta terminat, infinitis modis patet.

4. Ejusdem. Et magnum et parvum de Deo, qui rerum omnium causa est, contrariis modis effe-
runtur. Magnum quidem, plerisque Scripturæ in locis. Parvum autem his ex verbis, *In aura tenui*, colligitur. Magnus certe dicitur, quippe qui magnitudinem rebus tribuat, cujus infinita magnitudo sit, qui denique magnitudinem omnem exsuperet, cujus magnitudo quantitalis, mensuræ terminique prorsus expers existat. Parvum autem sive tenue, id in Deo prædicatur, quod in nullum tumorem molemve exorescit, quod nullo spatio definitur, quod libere per omnia penetrat, et usque ad divisionem animæ et spiritus pertingit, atque etiam conceptiones et cogitationes cordis, imo ea quæ sunt omnia discernit, nulla enim res procreata ei obscura est. Et parvum quidem hoc quantitatis expers, immensum et infinitum est: atque licet nullo comprehendendi modo queat, omnia tamen comprehendit.

5. Idem insuper et diversum de Deo prædicatur. Illud quidem eo in loco, *Tu autem idem ipse es*, hoc autem in illo, *Domine, Domine, quis similis tibi* ²⁰? Idem ergo dicitur, quia non immutatur, imo semper eodem se modo et consimiliter habet, item quia non miscetur, non eget, non crescit, non immittitur, quia denique iis quæ sunt tribuit, ut eadem dicantur. Diversum vero, quia præ illo nulla res sit. Omnia enim quæ sunt, ab eo, qui revera est, creata sunt: et ipse superior omnibus est, et ab omnibus ita diversus, ut nulli eorum ordini accenseri queat, præterea vero, quia ea creaverit, quæ diversa et differentia sunt.

6. Dicitur etiam similis. Ait enim, *Ego visiones multiplicavi, et in manibus prophetarum assimilatus sum* ²¹, quia nimirum apparebat eis hæc vel illa forma, rebusque similis fiebat quæ sub speciem cadunt, ad hæc etiam, quia vim illam tribuit, qua similitudo inesse videtur. Ait enim, *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* ²². Sciendum porro eadem Deo et similia et dissimilia dici. Similia quidem, quia quoad ejus fieri potest, eum imitantur, qui est inimitabilis. Dissimilia vero quia effectus a suis causis multum distant, et immensis intervallis disjunguntur.

7. Quies insuper et motus in Deo dicuntur. Quies quidem, quia in seipso Deus manet, imotusque perstat, quia etiam a seipso transferri alio non potest, quia denique rebus omnibus velut expansus incubat. Motus autem, non eo quidem, quod motui mentis, aut animæ, aut naturæ, aut loci, aut ulli denique motuum illorum, qui vulgo dicuntur,

A obnoxius est, sed comprehensionis illius ergo, quæ detineri aut coerceri nullo modo potest: item immobilium illorum progressuum ratione, quibus Deus providentia sua iis quæ sunt infunditur, illarum denique actionum ratione, quæ nullis non actionibus excellentiores sunt.

8. Ejusdem. Quemadmodum sancti homines domus Dei dicuntur: ait enim, *Habitabo in eis, et inambulabo* ²³: ita etiam sanctorum hominum domus Deus est. Davides enim ait, *Esto mihi in Deum protectorem, et in domum refugii, ut salvum me facias* ²⁴. Atque ipsius quidem Domini hæc verba sunt, *Vos in me estis, et ego in vobis* ²⁵. Et quemadmodum ita in illis Deus est, ut neque contineri, neque circumscribi queat: sic etiam ipsi ita in Deo sunt, ut cum ejus essentia nequaquam misceantur, aut confundantur.

9. Ejusdem. Quanquam qualitatis omnis quantitatisque Deus expers est, Dei tamen latitudo intelligitur lata illa progressio qua rebus omnibus providet, longitudo autem, vis illa divina, quæ supra omnia superextenditur: profunditas denique, occultatio illa, qua fit, ut ille ab eorum quæ sunt nullo percipi cognoscive queat.

10. Ejusdem. Deus in sacris mysticarum visionum Dei apparitionibus canus et juvenis fingitur, et canus quidem, antiquum: juvenis vero senio minime obnoxium significat: vel juvenis etiam ratione arithmetica antiquitatem divinam denotat. Unitas enim, et quæ sunt unitati adjuncta, antiquiora sunt iis, quæ illa numero longe diffusiore superant.

11. Deus quidem omnibus adest: nec enim uni loco ita est addictus, ut ab alio absit: sed universa complectitur: at non omnia illi adeunt: sed quæcunque digna sunt, quæ ad Divinitatem propius accedant. Nos autem illi tum demum adsumus, cum illum castissimis votis invocamus, hoc est mente nullis sordibus inquinata, atque ita ut qui ad Deum accedamus, idonei censeamur. Quemadmodum autem, si catena multis contexta luminibus, et cæli vertice suspensa ad nos usque pertingat, nos alternis eam manibus apprehensam deorsum quidem trahere videmur, re autem vera deorsum eam non trahimus, cum eadem supra infraque propendeat, imo potius nos ab illa sursum ad sublimiores ejus radios trahimur: vel, quemadmodum si navem conscendamus, et rudentibus innitamur, qui nobis aliquo scopulo protenduntur, quasi ex professo porriguntur, ut eos comprehendamus, scopulum nequaquam ad nos, sed nos potius ipsos una cum navi propius ad scopulum admovebimus: ita precibus quoque nostris nequaquam Deum ad nos attrahimus, qui ubique adest, sed nos ipsos ad illum divina ejus commemoratione et invocatione sublevamus et evehimus.

²⁰ Psal. LXXXVIII, 9. ²¹ Ose. XII, 10. ²² Genes. I, 26. ²³ II Cor. VI, 16. ²⁴ Psal. XXX, 3. ²⁵ Joan., XV, 4.

CAP. XVII.

D. Maximi, de Deo communiter. [Genuinus nomen scnsus, quibus Deus appellamus.]

Hæc nomina Ens, Bonus, Deus, Creator. Super-substantialis, Immensus, Immortalis, et cætera id genus, in Deo differentias substantiales laudquam dicimus, ne compositum eum verbis hujusmodi profiteamur: sed appellationes, quibus eorum nonnulla innotescunt, quæ circa ipsum considerantur, ita tamen, ut eorum quæ ad ejus essentiam et naturam pertinent, nihil eorum significant. Quorumdam enim divinæ naturæ convenientium significationem habent, ipsius autem naturæ nullo modo, quod quidem substantialibus seu essentiam constituentibus proprium est.

2. Ejusdem. Indivisibile quidem Numen est, quia quantitatis expers: quantitatis autem expers, quia et qualitatis: qualitatis vero, quia simplex: simplex, quia interminatum; interminatum, quia immensum: immensum, quia immobile; immobile quia principio caret (neque enim quidquam ante eum, esse majus est, neque quidquam cum eo, eique æquale, neque quidquam post eum); principio autem caret, quia ingenitum est: ingenitum vero, quia unum et maxime singulare: unum denique maximeque singulare, quia omni prorsus habitu caret, eaque de causa nullo prorsus modo dici cognoscive potest, ut cui unica illa vera insit cognitio, quod non cognoscatur.

3. Ejusdem. Immensum Numen est, non solum quia principio et fine caret, sed quia ea est ejus essentia, ea virtus, ea operatio. Essentia quidem tale est, ut ejus capax nihil esse queat. Virtute vero, et operatione tale, ut nullo mentis ullius acumine comprehendendi possit, atque, ut verius quod res est dicam, omni et ratione et modo; infinitum hoc enim proprie est, quod immensum dicimus. Quemadmodum enim unitas neque numerus est, neque sub numerum cadit, neque totum est, neque pars, neque habitus: sed principium quidem est, quatenus omnium numerorum causa: principio autem caret, quippe quæ nullum antiquiorem se numerum habeat, quique unitatis sit: sic etiam Deus, ut ita, parva velut imagine proposita, dicam, quantitatem omnem, qualitatemque, et habitum exsuperat, ut qui simplex, sine principio, atque etiam eorum quæ sunt principium existat.

4. Ejusdem. Nihil eorum quæ sunt per se factum est, quod autem per se factum non est, ne causa quidem caret, quod autem causa non caret, immobile non est, quod vero immobile non est, movetur ea prorsus causa; quæ motu naturali fit a causa propter quam, et ad quam movetur (siquidem eorum quæ moventur nihil omnino ita comparatum est, ut sine causa moveatur). Omnis autem naturalis motus principium, eo-

²⁵ Eccl. vii ²⁶ Eccl. i.

(41) Vide *Patrologiæ*. tom. XXXV, col. 481.

A rum quæ moventur ortus est. Generationis vero eorum, quæ generata sunt, principium Deus est, tanquam generationis auctor. Motus porro naturalis eorum quæ generata sunt finis, status ille est, qui a transitu eorum quæ transierunt ab illa infinitate fit, in qua quia nullum est interstitium, omnis motus eorum quæ naturaliter moventur, cessat. Inde fit, ut omnis generationis, et motus et status eorum quæ sunt principium, medium et finis, ipse Deus sit, tanquam eorum quæ ex ipso orta sint, quæ per ipsum moveantur, quæ denique in ipso conquiescunt, ut qui vel omnem motus definitam infinitatem definiat et determinet.

5. Ejusdem Deus neque intelligere, neque intelligi proprie dicitur, ne forte compositus existimetur. Id enim quod intelligit, ea intelligendi facultate præditum est, quæ una cum ipso intelligat, quod autem intelligitur, ea vi qua intelligi possit. Nec tamen intelligentia dicitur. Intelligentiæ enim naturaliter vis ejus susceptiva subjicitur. Superest ergo super hæc omnia, ut si ipsum intelligentiam dicere nequeamus, eam saltem intelligentiam esse dicamus, quæ essentia ipsa, et duntaxat intelligentia sit, eaque adeo quæ intelligentiam omnem exsuperet.

CAP. XVIII.

B. Gregorii Theologi, ex magna oratione Apologetica. [Quam difficile sit, ut ab homine terreno cælestia comprehendantur (11).]

Altum est cælum, terra vero depressa et humilis: ecquis ascendet, eorum in primis, qui peccato inde dejecti sunt? Quis hac terrena caligine, carnisque crassitie adhuc obductus, tota mente pure obtueri, atque iis misceri poterit, quæ obfirmata manent invisibiliaque sunt, quandiu ipse inter illa manebit, quæ infirma sunt et oculis objiciuntur? Vix enim, ac ne vix quidem, eorum quispiam, qui hic perpurgato et defæcato animo sunt, vel solum boni idolum contra obtueri queat, quemadmodum ii qui solem in aquis contemplantur. Quis aquam manu dimensus est, et cælum palmo, et terram universam pugillo? quis montes lance, vallesque statera appendit? quis ille locus erit, in quo requiescet? ovique adeo in hac rerum universitate similis dicitur? Quis omnia verbo creavit, sapientia hominem formavit, in unum ea quæ disjuncta prius erant, adduxit, limum spiritui, seu cælo terram commiscuit, animal denique visibile et invisibile mortale et immortale, terrenum et cæleste composuit? quodque adeo Deum attingeret, nec amplecteretur, propiusque ad eum accederet, procul tamen ab eodem sejungeretur? Dixi: *Sapiens evadam*, inquit Salomon, *et ipsa procul a me recessit, atque etiam longius quam antea* ²⁵. Quibus verbis sapientiam intelligit. Isque re vera, *qui scientiam adjicit, adjicit et dolorem* ²⁶. Ita ut non magis oblectetur, qui

eam delegit, quam contristetur, qui prætermisit. Quod quidem iis usuvenire solet, quibus adhuc silientibus scyphus e manibus extortus est: vel iis, qui quamvis continere quid nequeant, se tamen habere arbitrantur: aut quos fulgetræ splendor deseruit, cum primum affulsit. Hæc me cogitantem ratio dimisit, abjectioremque reddidit, atque effecit, ut mihi persuaderem, necum melius actum iri, si vocem laudationis audiam, quam si eorum me doctorem profitear, quæ vires meas exsuperant. Majestas, altitudo, dignitas, puræ denique cœlestesque naturæ vix claritudinis Dei capaces sunt, qui abyso contegitur, tenebrarumque latibulis delitescit, cum purissimum sit lumen majorique hominum parti inaccessum. Siquidem et huic rerum universitate inest, et extra rerum universitatem excurrit. Qui bonitas est universa, imo nullam non bonitatem exsuperat. Qui menti lumen suggerit, mentisque velocitatem et sublimitatem effugit, tantum semper secedens, quantum comprehenditur, atque amatorem ad superiora fugiendo sublevans, seque ipsum quasi furtim subducendo comprehendens.

CAP. XIX.

Chrysostomi, ex libro, De eo quod comprehendere non potest. [Si sapientia comprehendere nequeat, minus natura poterit.]

Mirabilis, inquit, facta est scientia tua ex me, exaltata est, et non potero ad eam ²⁷. Ea est sapientiæ divinæ profunditas, ut in ea exprimenda Propheta vertigine quadam laborare videatur. Quis eo, quæso, temeritatis prolapsus est, ut naturam Dei sibi cognitam et perspectam dicere audeat, dicentis: *Incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestati mihi* ^{27*}? clamantis. *Sapientiæ ejus non est numerus* ²⁸, seu comprehensio? et in tantam quis audaciam prorumpat, ut de natura, quæ a nullo comprehendere potest, quidquam affirmare audeat? Quid ais? Fierine poterit, ut cum Dei sapientia comprehendere non possit, ejusdem natura comprehendatur? Majestas ejus infinita est, et essentiam ejus circumscribere? hoc certe factum certam insaniam tuam prodit.

2. Ejusdem. Angeli tantum glorificant, alii, *Gloria in excelsis Deo* ²⁹, dicentes: alii, *Benedicta gloria ejus ex loco sancto ejus* ³⁰, id est, ubicunque sit ille: neque enim Deo locus assignatur, cum divinitas circumscribi non possit: alii, *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth* ³¹. Homines autem in illius natura pervestiganda plus æquo solliciti sunt. Quantum ejus timor supra, tantum infra contemptus est, usque adeo illi magna cum religione benedicunt, hi temeraria curiositate laborant.

3. Ejusdem. Alio loco Isaias inquit, *Vidi Dominum sedentem in solio alto atque excelso*, eo nimirum qui comprehendere non potest. Cum ergo solium Dei humana mente sublimius sit qui fieri potest; ut is comprehendatur, qui solio insidet?

²⁷ Psal. xxxiii. ^{27*} Psal. l, 8. ²⁸ Psal. cxlvi, 5. ²⁹ Luc. ii, 14. ³⁰ Ezech. iii, 12. ³¹ Isa. vi, 3. ²² Ibid. I seqq. ²³ Joan. i, 18.

A *Et Seraphim stabant in circuitu ejus, sex alæ un, et sex alæ alteri. Quarum duabus facies suas tangebant, et duabus pedes: duabus denique volabant, et inter se clamabant, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth* ³². Seraphim oculos avertunt, et duplicis muri loco alas præterdunt: quia nimirum splendorem illum ferre non possunt, qui ex solii gloria, vel ad terrorem usque, diradiat. Atque pedes obtegunt, præ stupore. Ita enim natura nos quoque comparati sumus, si quando nos maximus aliquis stupor, aut admiratio invadat, ut corpus undique contrahamus. Quo quidem temporis momento anima quoque idem perpeasa, et ab aliis quæ extrinsecus et in cute apparent actiones suas contrahens, ad interiora confugit. Ipsoque corpore non secus atque propugnaculo quodam circummunitur. Jam quatuor alarum usum nosti cæteræ quid sibi velint, accipe: *Duabus, inquit, volabant*. Hoc indicio ad sublimia semper aspirare, nec unquam deorsum oculos deflectere constat. Alarum enim involucro angelicæ naturæ sublimitas et velocitas designantur. Est vero alia quoque ratio. Quod enim alis duabus caput, duabusque pedes obtegebant, eo principium et finem nullius oculis patere, nullaque disquisitione indagari posse significabant. Mediarum porro alarum remigio volabant, ut hoc indicio de rebus mediis disputationem theologiam ineundam esse docerent, nimirum quod Deus sit, quod sapiens, quod omnipotens, et cætera id genus. *Et clamabant inter se: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth*. Hoc utique admirationis symbolum est, præsertim cum neque lumen ipsum, neque divinam naturam intuerentur. Sed eo illa quæ videbantur, se demittebant: nec tamen illorum quæ eo se demittebant gloriam ferre poterant. Eo enim se demittebant, quod in sua natura non viderentur, sed pro respicientium imbecillitatis modulo sui manifestationem dimitterentur. Porro quod eo se demiserint, vel ex ipsis Scripturæ verbis perspicuum est: *Vidi enim, ait, Dominum*. At vero *Deum nemo vidit unquam*, qui forma, qui quantitate, qui denique qualitate careat. Quis hoc ait? *Unigenitus, qui sedet in sinu Patris, ipse enarravit* ³³. Deinde subjicit: *Sedentem*. At vero Deus neque sedet, neque stat. Hi enim habitus corporibus competunt. Tum subinfert: *In solio*, at solio Deus nequaquam circumcluditur. Qui enim hoc fiat, cum circumscribi non possit? Jam cum Seraphin, quæ Deum ingenti corona circumstant (quod quidem non locum significat, sed singulare nescio quid quod a puritate consequuntur), cum Seraphin, inquam, ne Dei quidem eo se demittentis gloriam intentis oculis obtueri valeant: homines, scilicet, essentiæ ejus gloriam nulli perviam intentis oculis obtueri contendunt. Tametsi tanto ab illis interstitio differamus, quanto cæcus ab eo qui videndi sensu præditus est.

4. Ejusdem. Cum Daniel ipse propheta angeli eo se demittentis aspectum non tulit, sed remissa intentione in faciem cecidit: *Et non remansit in me fortitudo*, inquit; *sed et species mea immutata est in me, et emarcui* ³⁴, hoc est, oris mei pulchritudo periit, et in mortui pallorem conversa est: tu qui Daniele tanto inferior es, quanto ille angelo, qui fit, ut os attollere, et de divina natura curiosius inquirere audeas? Daniel, qui in corpore humano ea videre potuit, quorum homo capax non est, conservi eo se demittentis splendorem non ferebat: et tu naturam illam comprehendisti, quæ angelorum innumera millia condidit; quorum unius aspectum non tulit Daniel, ut jam dictum est? Quis non indoleat? quis tantum stuporem non defleat?

CAP. XX.

Catechetica quædam erotemata. Nimirum Deus, Pater, Filius et Spiritus quot modis in Scripturis accipiantur. Una cum eorum ἐρώμα. Quid Trinitas.

1. Quot modis vocabulum Deus in Scriptura capitur? Duobus, nimirum natura et habitu. Natura quidem, ut creator, habitu autem et gratia: justique homines deorum nomine censentur.

2. Dictio Deus substantiæne est, an personæ, an actionis, an figuræ, an vero metaphoræ? Perspicuum est actionis esse, qua quidem suam nobis Deus substantiam impertit, quæ quidem quia cognitu impossibilis est, eo fit, ut actionem suam Deus sola contemplatione nobis aperiat, ideoque θεὸς ἀπὸ τοῦ θεῖν, hoc est a considerando dictus.

3. Pater quid significat? quotque modis paternitas Deo convenit? Pater utique proprie hypostasis seu persona dicitur, quæ nulla alia ex causa pendet. Sed quamvis generet, a nullo tamen generatur. Porro, πατήρ dictus est, quasi πάντα τηρῶν, hoc est, omnia conservans, vel quasi τοὺς οὐρανούς πατὴρ τηρῶν, hoc est, proprios filios conservans. Deus Pater duobus modis dicitur, natura scilicet, et gratia: natura quidem proprii sibi consubstantialisque Dei Verbi; gratia vero noster quoque, unde illud, *Ego dixi, Dii estis, et filii Altissimi omnes* ³⁵.

4. Quid Filius? qua ratione Filius dicitur? et quot modis intelligitur? Filius proprie secundaria hypostasis est in una eademque natura, vel personarum incrementum, vel unigenita naturæ D processio, vel cognatio cognita, υἱὸς autem, hoc est Filius, proprie dicitur, quasi οἶος, hoc est qualis. Qualis enim Pater substantia, talis et unigenitus est Filius. Sive ex increato increatus, sive ex mortali mortalis, humanoque humanus. Duobus itidem modis in Deo filiatio dicitur. Natura et gratia. Natura quidem Deus Verbum, gratia vero justus.

5. Quid Spiritus? qua ratione dicitur? quotque modis accipitur? Spiritus est tenuis quædam processiva substantia, et quæ materiei formæque

prorsus expers est. Πνεῦμα porro, hoc est Spiritus dicitur, διὰ τὸ ὡς νεῦμα ὀξέως πᾶν νεύειν καὶ κινεῖσθαι hoc est, quia tanquam nutus quocumque annual et moveatur. Dicitur autem Spiritus in Scriptura quatuor modis. Spiritus sanctus, Spiritus angelus, Spiritus ventus, interdum etiam mens Spiritus appellatione significatur.

6. Trinitas quid est? Trinitas, siquidem naturalis ordinis rationem habeas, nihil aliud est, quam unitatum compositio. Si vero divinam substantiam consideres, essentia est, quæ numerum omnem exsuperat.

7. Æternitas quid est? Quod principium nunquam habuit, nec finem ullo unquam tempore habiturum est. Cæterum quidquid nunquam desitum est, non statim principio caruisse recte colligas. Angeli enim et animæ principium quidem essentiæ habuerunt, finem interim nullum habuerunt.

CAP. XXI.

Theologica alia de Trinitate consideratio. [Unus cum sibi cur Patrem, Filium et Spiritum invocemus, contra Tritheitas].

Unum Deum esse credimus, qui substantiam quamlibet naturamque creaverit: sive aspectabilis illi sit, sive sub aspectum non cadat. Qui diversam ab hac sententiam sequitur impius est. Eundem illum humanitate, justitia, sapientia, et bonitate singulari præditum esse nobis persuademus, cæterisque adeo rebus, quæ divinæ et beatæ naturæ conveniunt. Ne singula scribendo persequar, parum abest, quin eadem et dicatis et sentiat. Vos enim audiente me Verbum Dei invocastis. Et re vera est. Qui enim fieri posset, ut Deus verbo careret? Spiritum item vocatis. Est vero et Spiritus. Nullus enim citra spiritum sermo articulate procedere potest. Nos porro cum ea unicum ad Deum referamus, idcirco Patrem et Filium et Spiritum sanctum invocamus, ac si mentem, Verbum, et Spiritum simul contempleremur. Sed eadem quoque per se vique sua asserimus. Divinarum enim rerum nulla suis caret viribus. Siquidem Verbum nostro simile intelligendum non est, quod spiritus quidem adminiculo profertur, at in auras evanescit; sed convenienter Deo, sempiternum scilicet atque per se subsistens. Siquidem rerum divinarum perfunctorie nulla fit. Sunt enim illæ, atque una sunt, suaque hypostasi et substantia constant, unius et ejusdem naturæ, honoris atque essentiæ. Hoc nobis est Trinitas, non Deus, et Deus, et Deus. Abeant in malam rem, qui hanc circumferunt hæresin, hac enim via pluralitas deorum introduceretur. Nos vero hæc, quæ proprietatibus tria sunt, unum esse Deum, unam naturam, unam denique substantiam docemus. Hoc certe

³⁴ Dan. x, 8. ³⁵ Psal. LXXXI, 6.

credat necesse est, quicumque sapit, pietatem- A que amplectitur.

CAP. XXII.

Demonstratio ex communibus notionibus, unum in Trinitate Deum esse.

Cuivis homini, qui mentem divinitus insitam habet, hæc ultro quoque inhæret opinio, quod Deus substantia sit, quæ substantiam omnem et potentia, quæ potentiam superet: actio denique omni actione superior, ut qui neque sectioni, neque compositioni, neque passioni ulli sit obnoxius. Nec tamen a ratione minus is aberrat, qui Deum substantiæ, potentiæ et actionis expertem esse arbitratur. Æque vero aberrat a veritate, qui Deum substantia, et qui potentia, et qui actione privat. Quodcumque enim triplicis B cognationis primum divellere quispiam ausus fuerit, eo duplicem blasphemiam adversus Divinitatem ejaculabitur. Quemadmodum enim quod substantia caret, Deitas non est: ita neque quod aut potentia, aut actione privatur. Nam qui fieri potest, ne id supersubstantialis substantia sit, ex quo nulla non substantia procedit? Nec vero magis fieri potest, ut id ex quo potentia et actio quævis scaturit, illis ipsis careat. Ex illa ergo nulli non hominum insita notione patet quam minime sit absurdum, imo etiam necessario consequatur, ut trina Dei potestas celebretur. Una quidem substantiæ supersubstantialitas, una item potentiæ superpotentialitas, una denique actionis simul nata identitas. Quæ tria ex eadem causa, eodem C que principio simul procedunt, et simul elucescunt. Nam cum omnis substantia hoc ipsum quod est a Deo acceperit, sit ut neque sine potentia neque sine actione deprehendatur. Jam qui fieri potest, ut qui hæc rebus quæ sunt impertitus est, donumque in illis suum ita conservat ut dissolvi dissipative non possit, vel ipse prius non hæc fuerit, vel immutationem quamdam et privationem eorum quæ sua essent percipere existimetur? Quod si his contradicere nemo queat, perspicuum est, unam Deitatem in tribus esse adorandam. Ea vero sunt Pater, Filius, et Spiritus sanctus. Vel etiam hoc pacto demonstrari potest; Una Deitas, quæ quidem a theologis mens universi definitur, ab intelligentia et cognato intellectu non sejungitur. Si quidem mens haud D quaquam esset, nisi simul existeret intelligentia, nec intelligentia vicissim si intellectu privaretur. Hoc theologicum axioma vel hac sacra ratione confirmabitur. Nec aliud ex alio aut divisum aut sejunctum est, neque aliud prius, aliudve posterius, et tamen tria eunt. Nec enim quod mens, id ipsum est intelligentia, et intellectus, quoniam nec illa sunt mentis nomine censenda, quamvis ex mente procedant, et mens simul sit cum illis. His porro aliud natura, dignitate et conjunctione haudquaquam conversa aliud habitu et proprietatibus constat. Hinc perspicuum

est, quod nos, qui orthodoxæ fidei assertores sumus neque alium Deum, ex quo Verbo et Spiritus procedunt, neque item procedentes ipsos alium et alium esse docemus: imo unum ex tribus Deum unius naturæ, voluntatis, imperii, et dominationis. Hinc enim deorum unitas eaque individua elucescit. Alias, qui fieri potest, ut quæ in unam eandemque naturam, voluntatem, et potestatem conjunguntur conjungenti nobilitate contumeliosa sint?

CAP. XXIII.

Adversus eos, qui nos in tres deos credere dicunt.

Nequaquam in tres deos credimus, hoc absit I sed in unum Deum omnipotentem, qui tribus in personis dignoscitur. Unam in tribus naturam, unam potentiam, unum consilium, unam denique actionem cognoscentes, qua innotescat. Nec eo temeritatis venias, ut quo id pacto fiat interrogas. Inscitiæ enim argumentum est, si quis cum de Deo agitur, quo modo sciecitetur. Quandoquidem incomprehensibilis, imo etiam inaccessibleis, et incorporea est Divinitas. Unde fit, ut qualis sit explicari nullo modo queat. Quæ enim oculus non vidit, qui cogitatione mens assequi valeat? et quæ menti pervia non sunt, eane cujusquam sermone explicari poterunt? Cæterum quod in Trinitate Deus sit, et veritatis ipsius, et Scripturæ sacræ testimonio perspicuum est, ut sequentibus confirmabitur. Percontari autem, quo id modo fiat, hominis improvidi est, et ejus qui se suo metiri pede nesciat. Prius enim nosce te ipsum quo modo anima tibi sit infusa, quomodo compactus es, quomodo res incorporea corpori tuo inhabitet. Utrum igitur corpus tuum cum omnibus suis membris extenditur, an vero in uno contractum continetur? Jam si extenditur, stulta est quæstio, corporum enim proprium est extendi. Sin contrahitur, multo stultior, nec enim corpus duntaxat incorporeum deprehendetur, sed reliquæ quoque partes emortuæ convincuntur, ut quæ ab anima vivificante sejunctæ sint. Quod si eorum quæ in te sunt cognitionis capax minime sis, qui fieri potest, ut ea intelligas, quæ supra te sunt? Nam si judicia Domini inscrutabilia sunt, et viæ ejus impervestigabiles, quonam modo ille ipse inquiretur, aut pervestigabitur? Quemadmodum vero sol, tametsi unicus sit, ex se tamen lucem et calorem emittit: et sol quidem lucis nomine significatur: lux porro cuncta quæ videntur claritudine patefacit, calor vero animantia omnia plantasque vivificat: ita etiam Deus Pater Filium et Spiritum ita continet, ut una in tribus Diætas comprehendatur. Unus enim Deus est, quia una Diætas, quemadmodum et lucem solis solem appellamus. Cum enim per foramen aliquod in ædes ingressus est, ita dicere solemus: Sol ingressus domum illustravit, contra, si quando vi solis calefactiva incalescamus, utique nos a sole calefa-

ctos dicimus, vera interim dicentes. Quæ enim ab ipsa natura procedunt, ea nequaquam ab ejus appellatione abhorrent. Quemadmodum ergo sol, tametsi unicus sit, lumine tamen et calore præditus est, quorum utriusque etiam solis tribuitur appellatio, cum interim sit unicus sol: sic etiam tametsi unus tantum sit Deus, Filium tamen et Spiritum indissolubili nexu sibi conjunctos habet, ipseque adeo Deus, ut re ipsa est, Filiusque Deus, et Spiritus Deus appellatur, quamvis una tantum sit Divinitas. Quid verbis opus est? Ignis hic, quem sensu percipimus, materia flammam progenerante constat, constat et vapore illo, qui ex flamma et materia sursum emittitur: interim ignis unus est, flammæ autem vaporisque beneficio fit, ut quodammodo referat unicam illam Divinitatem, quæ in Triade sancta elucescit. Unum ergo in Trinitate Deum esse hac demonstratione probatum sit, tanta quidem, quanta rei ipsius virtuti exemplis comprehendendæ sufficiat. Nec enim ullo fieri modo potest, ut perspicuam quis, omnibusque numeris absolutam veritatis cognitionem assequatur. Expediisset quidem certe, ut mundi Opifex per creatas a se res non innotuisset. Dici enim non potest quanto interstitio Creator a creatura sit disiectus.

CAP. XXIV.

Demonstratio, qua Deum ex eo quod natura Filium habet, adoptione quoque filios habere, et nisi naturalis Filius præcessisset, adoptivis loci nihil reliquum fuisse, probatur.

Quod si Christo quis ut Filius Dei vocaretur, quemadmodum et sanctis, et Israeli, obtigisse gratia contendat, scire debet sanctorum neminem perspicue filium a Deo vocatum videri. Imo communi omnes quodam nomine filios appellari, non secus atque servos benevolos a Domino filios dici videmus. Magnus certe fuit Abrahamus, at Dei filius nequaquam dictus est. Magnus fuit Moyses, et cæteri omnes prophetæ, eorum tamen neminem Deus nomine filiorum dignatus est. Christum verum tum Deus ipse Pater dilectum Filium vocat, tum prophetæ quoque ipsi idem testantur. Nec id solum post, sed et ante quam humanam carnem indueret, imo hercle vero antequam mundus conderetur. Illud enim, *Ex utero ante Luciferum genui te*³⁶, et illud, *Ante omnes colles genui me*³⁷, hoc ipsum confirmat. In hominibus autem non ita se res habet. Itaque ex his primo Christum non adoptione et gratia, sed natura et veritate Filium Dei dici constat: eo quod eorum qui gratia filii sunt nullum Deus hoc privatim nomine compellat: cui quidem amici, servi, et famuli nomen in ore frequens observatur, filii vero nunquam; Christo autem soli perspicue *πατ' ἐξοχλῆν*, hoc est per excellentiam, nomen Filii dilecti attribuit. Quod Davides quoque his

³⁶ Psal. cix, 3. ³⁷ Prov. viii, 25. ³⁸ Psal. lxxxviii, 7. ³⁹ Gen. xvii, 4. ⁴⁰ Psal. cxiii, 3. ⁴¹ Exod. xx, 2, 3. ⁴² Deut. vi, 4.

A verbis est vaticinatus: *Quis in nubibus æqualis fiet Domino, assimilabitur Domino in filiis Dei*³⁸? quibus verbis naturalem peculiaris filiationis Christi prærogativam tacite subindicat, præ iis quos Deus adoptione et gratia sibi devinxit. Deinde vero potest et hæc in medium proferri ratio. Ubiunque naturale non præcesserit, fieri non posse, ut adoptivum subsequatur. Nam ex naturali generatione ea quæ per adoptionem fit, excogitata est. Priore sublata, posterior quoque tollatur necesse est. Necessario enim naturam subsequitur adoptio. Proinde nisi Deo Patri Filius naturalis esset, nec adoptivum etiam haberet. Sed Filii dilecti beneficio, amor quo pios quosque prosequitur, ascribendus est. Eadem quoque de causa filios adoptione vocat. Alioqui quid obstat, quominus angeli, cum sint hominibus multo præstantiores, spiritualium filiorum patres dicantur: homines autem dicantur? quemadmodum de Abrahamo Dominus ait: *Patrem multarum gentium constitui te*³⁹, quod de nullo angelorum dictum est. Omnino autem quia naturalis hominibus est liberorum procreatio, angelis vero non item, idcirco illi quos per gratiam Deus adoptavit, naturalem Christi filiationem confirmant. Ubi enim veritas, ibi et veritatis species. Ubi corpus, ibi et umbra. Ubi exemplar, ibi et imago. Proinde quia naturam sequitur adoptio, si natura præexistat, adoptioni quoque locus erit. E contrario, nisi natura præexistat, adoptio nequaquam consistere potest.

CAP. XXV.

De Principio, Principium, id est Deus Pater, qui quæcunque vult, ea potest. Primus et novissimus, invisibilis, immensus, incircumscriplus, incorporeus, indefinitus, æternus, sæculorum creator, variis Scripturæ locis probatur.

Totius rerum universitatis unum esse principium et Veteris et Novi Testamenti Scriptura constat. Nimirum universæ mundi machinæ Deum et Patrem Domini nostri Jesu Christi, ingenitum, interitui non obnoxium, æternum, immensum, incircumscriplus, indefinitum, incompositum, incorporeum, invisibilem, simplicem, bonum, justum, lumen solo intellectu perceptibile, potentiam immensurabilem, cujus tamen unica mensura est, divina scilicet voluntas. Quæcunque enim vult, eadem quoque potest. Quod Propheta his verbis aperte demonstrat: *Omnia enim quæcunque voluit Dominus, fecit*⁴⁰. Prædictorum porro veritatem sacra Scriptura confirmat. Audimus enim Deum sic in legislationis suæ initio verba facientem: *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti. Non erunt tibi dii alieni coram me*⁴¹. Item alio loco, *Audi, Israel, Dominus Deus tuus Dominus unus est*⁴². His astipulantur et illa, quæ per Isaiam prophetam docet

Ego, enim inquit, sum Deus primus, et ego novissimus, et absque me non est Deus ⁴³. *Ante me non est formatus Deus alius, non fuit, nec post me futurus est, nec alius est præter me.* Item, *Ego Deus, nec est præter me, justus servator, nec est præter me* ⁴⁴. Quibus certe verbis Valentinum, Marcum, Basilidem, et Marcionem vanitatis coarguit, neque enim ante eum, neque post eum, alii cuiquam Dei nomen tribuit: sed eundem primum et postremum esse confirmat.

CAP. XXVI.

De Patre. Videntur hæc præcedentibus ἀμείωως adnectenda.

His porro sacrarum Scripturarum doctrina consentanea est. Servator enim et Dominus noster is est, qui omnem pro nobis justitiam adimplevit. Ipse enim dixit Joanni, *Sine modo, sic enim decet nos implere omnem justitiam* ⁴⁵. Idem quatenus homo, oratione usus est, et a Patre petiit, ut apostolos doceret. Atque in orationis forma theologiam doctrinam discipulis insinuavit. *Hæc est enim, inquit, vita æterna, ut cognoscat te solum verum Deum* ⁴⁶. Item, *Confiteor tibi, Pater, Domine cæli et terræ, quoniam abscondisti hæc a sapientibus et revelasti illa parvulis* ⁴⁷. Quin et sanctus Apostolus sic ait: *Regi autem sæculorum immortalis, invisibilis, soli Deo, honor et gloria in sæcula sæculorum, Amen* ⁴⁸. Item, *Unus Deus, unus mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus.* Item: *Unus Deus Pater, ex quo omnia* ⁴⁹. Hæc et hujusmodi pleraque testimonia in utroque Testamento reperire est, quæ hanc concordiam confirmant, unumque Deum prædicent, quem tum Vetere, tum Novo Testamento invisibilem esse constat. In Vetere enim ad Mosem sic ait: *Non enim videbit me homo et vivet* ⁵⁰. In sacris autem Evangeliiis Dominus dixit: *Nemo vidit Patrem, nisi qui est ex Deo, hic vidit Patrem.* Hoc ipsum divinus etiam evangelista sic exclamans attestatur: *Deum nemo vidit unquam.* Indicat vero etiam unde id didicerit, subdit enim: *Unguentus qui est in sinu Patris, ille enarravit.* Apostolus quoque sic exclamat: *Immortalis, invisibilis, soli sapienti, honor et gloria in sæcula sæculorum Amen.* Item: *Quem nemo vidit hominum, neque videre poterit.* Immensum porro et incircumscriptum eundem esse, aliis ex utriusque Testamenti locis dicimus. Atque in Vetere quidem Deus ait: *Nonne cælum et terram ego compleo? dicit Dominus.* Item: *Cælum mihi sedes est terra autem scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabilis mihi? dicit Dominus. Vel quis locus quietis meæ est?* Davides quoque divinis moribus conspicuus exclamat: *In manu ejus sunt omnes fines terræ* ⁵¹: ubi manum pro dispensatricis virtutis effectu usurpat.

⁴³ Isa. XLIV, 6. ⁴⁴ Isa. XLIII, 10, 11. ⁴⁵ Matth. x, 21. ⁴⁶ I Tim. I, 17. ⁴⁷ I Tim. II, 5; Ephes. IV, 6. ⁴⁸ I Tim. II, 5; Ephes. IV, 6. ⁴⁹ I Tim. II, 5; Ephes. IV, 6. ⁵⁰ Exod. XXXIII, 20. ⁵¹ Psal. LXXXIV, 4. ⁵² Psal. CXXXVIII, 7 seqq. ⁵³ Isa. LX, 22. ⁵⁴ Ibid. 45, 48. ⁵⁵ Ibid. 12 seqq. ⁵⁶ Joan. IV, 20. ⁵⁷ Ibid. 23, 24.

Quibus etiam verbis illum omnibus in rebus incircumscriptum esse ostendit: ex cujus nimirum providentia omnia dependeant. Idem in alia quadam hymnodia, seu laudum cantico, ad eum sic ait: *Quo ibo a spiritu tuo, aut quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cælum, tu illic es; si descendero in infernum, ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, et habitavero in extremis maris: etenim illic manus tua deducet me, et occupabit me dextera tua* ⁵². Hæc utique incircumscriptam ejus substantiam et potentiam declarant. Isaias quoque propheta clamat: *Qui sedet super gyrum terræ, et habitatores ejus sunt tanquam locustæ* ⁵³. Alio item loco idolorum impotentiam reprehendens, hæc subjicit, quibus Dei universorum cognitionem adipiscamur. *Quis enim, inquit, mensus est pugillo aquas et cælos palmo ponderavit? quis appendit tribus digitis molem terræ, et libravit in pondere montes, et colles in statera? Quis adjuvit Spiritum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit, et ostendit illi? Cum quo iniiit consilium, et instruxit eum, et docuit eum semitam justitiæ, et erudit eum scientiam, et viam prudentiæ ostendit illi* ⁵⁴? Deinde quantum humano intellectu et lingua luctulenta consequi potest, quam immensa sit Dei virtus ostendit. Nam si *gentes omnes, inquit, quasi stilla situlæ, et quasi momentum stateræ et tanquam saliva reputatæ sunt, cui assimilastis Dominum, aut quam imaginem ponetis ei* ⁵⁵? Quod si cælum, terra, et aquea natura omnem naturam creatam continent, horum autem omnium mensura divinæ manus mensura est, perpendant illi, qui lingua Deum metiri conantur, quam immensa sit ejus natura; manum sibi in animo proponentes, non quæ corporis membrum sit, sed energiam illam, seu vim effectricem, quæ cuncta condiderit et gubernet.

Hæc sunt, quæ de universitatis Deo vetus nos Scriptura docet. Cæterum ante diotis longe plura cuius invenire facile est, quibus divinam substantiam, sapientiam, et potentiam incircumscriptam esse patet. In divinis autem Evangeliiis Dominus Samaritanam hæc et similia sentienda esse docuit, quæ cum divinam majestatem loco circumscriptam existimaret, eaque de causa dixisset: *Patres nostri in hoc monte adoraverunt, et vos dicitis, quia est locus Hierosolymis ubi adorare oportet* ⁵⁶, Dominus illam contrarium sentire docuit, nimirum divinam naturam incircumscriptam esse. Dixit enim ei: *Amen dico tibi, mulier, quoniam venit hora, et nunc est, quando neque Hierosolymis, neque in loco hoc adorabunt Patrem.* Quibus verbis cum divinum cultum nullis circumscribi Deus locis docuisset, subjunxit: *Spiritus est, et adorantes eum in spiritu et veritate adorare decet* ⁵⁷.

Una vero et eadem opera divinam naturam in-

est, quæ nulla oratione explicari, nulloque intellectu comprehendi queat: cum præsertim neque hypostaseon differentia continuitatem naturæ distrahbat, nec essentiæ conjunctio proprietatem personarum, quasi fatiscens et perfluens effundat: ita ut mirabili quadam ratione in his et conjuncta distinctio, et distincta conjunctio dignoscatur. Ut autem hujus rei obscuritati luminis aliquid accedat, aut potius veritas adumbretur, multicolor ille cœlestis arcus, quem vulgus Irin appellat, exempli gratia proponatur. Omnium enim colorum ejus splendores et distincti videntur, quia eminus lucent, et conjuncti, quia mistionum terminos non videmus, quibus colorum varietates distinguuntur: ut discernere omnino nequeas quatenus extendantur, aut unde initium ducat, vel rutilus, vel smaragdinus, vel glaucus luminis splendor. Quo quidem naturæ exemplo nos ratio monet, ne novitatis vitio laboremus (6) in dogmatum rationibus exquirendis, si quando difficilem aliquem nodum disquirendo nacti, in utram nobis partem inclinandum sit, addubitamus. Quemadmodum enim ea quæ sub aspectu cadunt qualia sint experiri, quam iis temere contradicere præstat, ita etiam in dogmatis illis, quæ de rebus arduis instituuntur, illi cognitioni, quæ ratiocinationibus comparatur, fides antecellat oportet.

CAP. VIII.

Magni Gregorii Theologi de Patre, et Filio, et Spiritu sancto, distincta simul et conjuncta divinitatis ratio. Ex oratione prima de Filio (7).

Nos autem unius Dei principatum colimus. Principatum, inquam, non una circumscriptum persona (feri enim potest, ut unum a seipso dissideat, et in multa evadat) qui æquali naturæ dignitate, eodem animi consensu, eadem motione, et omnium quæ ab uno fluunt, in unum concursu constituatur (quod quidem in natura procreata fieri nullo prorsus modo potest) ita ut etiamsi numero differat, essentiæ tamen ratione non dividatur. Idecirco unitas ab initio in binarium excrevens in ternario conquiescit. Et hoc nobis est Pater, et Filius, et Spiritus sanctus. Ille quidem genitor et emissor (quod circa affectum, tempus, et corpus intelligo), horum vero alterum genitura, alterum autem emissio dicitur. Alioqui nescio quo illa nomine dicenda sint, cum ab iis quæ sub aspectu cadunt abstracta fuerint. Et paulo post: Quocirca nostris nos in finibus continentes, unum ingentum, alterum genitum, tertium a Patre et Filio procedens introducimus, quemadmodum ipse Deus et Verbum testatur alicubi. Quando igitur, objiciat quispiam, hiesse cœperunt? Nimirum antequam ulla temporis observatio fieret, et si quid juveniliter enuntiandum est, quando Pater ipse. Quando autem Pater non fuit? Quando nec

(6) μή καινοπαθεῖν. Interpres Euthymii habet *ne frustra laboremus*, ut legisse videatur μή νενοπαθεῖ.

hi fuerunt. Sic ergo de Filio, sic et de Spiritu sancto sentiendum est. Rursum interrogato me, ut rursus quoque tibi respondeam. Quando Filius genitus est? Nimirum quando Pater genitus non est. Quando denique Spiritus processit? Quando nimirum Filius non processit. Sed genitus est nullo tempore, supraque quam quis ratione consequi possit. Et si supra tempus nihil quidquam statuerè poseumus, quamlibet temporalem significationem subterfugiamus (nam voces hæ, *quando, antea, postea et ab initio*, temporis expertes non sunt) etiam vel maximo adnitamur, vimque verbis auferamus, nisi quia spatium illud, quod eadem cum sempiternis duratione protenditur, nulloque motu aut solis cursu dividitur, aut mensurabile temporis instar est, sæculum appellamus: Jam si cœterni sint, inquires, qui sit, ut principii etiam una cum Patre non sint expertes? Quia nimirum ex illo sunt, quamvis post illum non sint. Quod enim principio caret, idem et æternum est, quod vero æternum est, non omnino principio caret, quandiu saltem ad principium suum, hoc est Patrem, referatur. Filius ergo et Spiritus, si ad causam sui revocontur, principii expertes non sunt, (constat tamen causam non omnino iis antiquiorem esse, quorum causa est. Nec enim solem luce antiquiorem dixeris: » ac si temporis habeatur ratio, sine principio sunt: quamlibet tu simpliciorum animos præstigiis tuis perterrefacia. Nec enim tempori subjiciuntur, a quibus tempus ipsum dependet.

CAP. IX.

Ejusdem, ex oratione De dogmate et statu episcoporum (8).

Ita igitur Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum adoramus, ut divisis proprietatibus Divinitatem ipsam jungamus. Nec vero in unum tria contrahimus, ne Sabellii morbo corripiamur, nec contra unum in tria, diversa quidem illa et aliena diducimus, ne cum Ario insaniamus. Cur enim, quæso, plantæ in alteram partem vergenti et prorsus incurvatæ similes, vi contrariam in partem distorqueamus, et perversitatem perversitate corrigamus, ac non potius ad medium aspirantes, intra divinæ pietatis fines consistamus? Mediocritatis porro nomine veritatem ipsam intelligo, ad quam si spectabimus, non aberrabimus: id autem fiet, si nec improbæ illi contractioni, nec ea longe absurdiori divisioni subscribamus. Ita ut neque nomina verbis in unam contracta personam multiplicis divinitatis metu, nuda nobis relinquamus, dum eundem Patrem et Filium et Spiritum sanctum existimamus, nec potius in unum omnia conflari, quam eorum unumquodque nullum prorsus esse definimus (designant enim quod sunt, si alternis sibi cedant, aliaque in

(7) Tom. XXXVI, col. 75.

(8) Vide tom. XXXV, col. 1072.

aliorum locum transeant), neque contra in tres A naturas vel peregrinas, dissimiles, et inter se dissectas, eam quam jure optimo insaniam dixi, amplexati : vel principio et ordine carentes, atque ut ita dicam, divinitati contrarias. Eo quod hinc in Judaicæ paucitatis angustias contrahimur, si soli Ingenito divinitatem ascribamus : inde vero in contrarium quidem, sed æque malum, vitium incurrimus, si tria principia, træsve decs ponamus, quod quidem prædictis longe absurdus est. Præstat enim si neque Patrem quidam ita complectantur, ut eum vel Patris nomine defraudent, (nam cujus tandem Pater dici queat, si diversæ naturæ censeatur, et creaturis accenseatur ?) neque Christum tantopere ament, ut eum Filii nomine spolient, cujus enim, quæso, Filius audiat, nisi ad causam, B scilicet Patrem referatur ?) neque in Patre principii dignitatem minuant, qua nimirum pater et genitor asseritur. Rerum enim parvi momenti nec se dignarum, principium fuerit, nisi divinitatis ejus, quæ in Filio et Spiritu cernitur, auctor existat. Quandoquidem et unum Deum colere, et tres hypostases seu personas, atque illarum quamlibet sua proprietate præditam confiteri oportet.

CAP. X.

Ejusdem, ex oratione in Arianos, et pro seipso [Patrem, Filium, et Spiritum communi nomine Deum dici, quorum expressa comprehensio vera demum, hoc, est cælestis felicitas sit (9).]

At vero nos Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum adoramus, atque Patrem Deum, Filium Deum, Spiritum sanctum denique Deum, nisi moleste feras, unam scilicet eandemque naturam in tribus proprietatibus, quæ intellectu percipiuntur, perfectæ sunt, per seipsas consistunt, et numero non divinitate dividuntur. His mihi vocibus uti per te liceat, quicumque minis nos hodie territas : cæteras vero persequatur qui volet. Fieri non potest, ut Pater subsistat, si Filii jacturam faciat ; nec Filius, si Spiritu sancto privetur. Privatur autem, si aliquando esse cõperit, sique creatura sit. Creatura enim Deus non est, baptismum porro imminui nec ego quidem fero : *Unus Dominus, una fides ; unum baptisma* ¹⁴. Quod mihi si conferatur irritum, ubi, quæso, alterum nanciscar ? Quod dicitis ? Heus vos qui baptismum pervertitis, seu rebaptizatis ! fieri potest, ut quis spiritalis D sine Spiritu dicatur ? An vero Spiritus particeps ille sit, qui Spiritum non veneratur ? Isne porro Spiritum veneratur, qui in creaturæ conservice nomine baptizatus est ? Nunquam certe, quamlibet multa dicas, nunquam id persuadebis. Non te fallam, o principii expers Pater. Non te fallam, o unigenitum Verbum. Non te fallam, o Spiritus sancte. Scio quid confessus sim, a quo desoiverim, quem secutus sim. Non committam ut viva fidelis

¹⁴ Eph. iv, 5.

(9) Tom. XXXVI, col. 236.

doctoris voce institutus, discipulus infidelis evadam. Veritatem confessus sum, non mendacium non committam, ut qui baptismo perficiendus venerim, imperfectior abeam : qui ut viverem baptizatus sum, in aqua moriar, quemadmodum illa quæ in ipso partu pereunt, mortemque una cum ortu experiuntur. Cur me, quæso, beatum et miserum, recens illuminatum et luminis expertem, divinum et impium, eodem temporis momento facis ? Numnam ut hoc naufragio, vel spe reformationis excidam ? Ut rem paucis absolvam, quid confessus sis, reminiscitor. In quem baptizatus es ? In Patrem. Recte hoc quidem, sed Judaicum. Deinde in Filium. Recte et hoc, at quamvis Judaicum non sit, nondum tamen perfectum est. Et in Spiritum sanctum. Optime hoc certe, nam perfectum est. Age vero, numnam simpliciter in hujusmodi nomine baptizatus es, an etiam commune aliquod horum nomen nosti ? Commune certe novi. Ecquodnam est ? Nimirum Dei nomen. In hoc commune nomen credito, gressus dirigit, et regnato. Jam ex hoc mundo ad beatitudinem illam cælestem transmigrasti. Illa porro, ut mea fert opinio, nihil aliud est, quam expressior [quædam] horum comprehensio.

CAP. XI.

D. Maximi, de Patre et Filio, et Spiritu sancto, distincta simul et conjuncta Divinitatis ratio. [Patris et Filii et Spiritus eandem substantiam, potentiam, et actionem esse.]

1. Deus unus est, quia divinitas una, principii expers, simplex, supersubstantialis, impartibilis et indivisibilis. Eadem unitas et Trinitas : eadem tota unitas, et tota Trinitas : eadem tota unitas, si essentia, eadem tota Trinitas, si personarum ratio habeatur. Pater et Filius et Spiritus sanctus, Divinitas eadem. Quæque Patri et Filio et Spiritui sancto divinitas inest, eadem tota in Patre toto, atque vicissim eidem toti Pater totus inest. Eadem tota in toto Filio, atque totus in eadem tota Filius. Eadem tota in toto Spiritu sancto, atque totus in eadem tota Spiritus sanctus. Neque ex parte in Patre Divinitas est, vel ex parte Pater Deus est, neque ex parte Divinitas Filio inest, vel ex parte Filius Deus est, neque ex parte inest Spiritui sancto Divinitas, vel ex parte Spiritus sanctus Deus est. Nec enim partitioni Divinitas obnoxia est. Neque Pater aut Filius, aut Spiritus sanctus Deus est imperfectus. Sed tota eadem perfecta perfecte Patri perfecto : tota perfecta perfecte Filio perfecto : tota denique perfecta perfecte, et eadem Spiritui sancto perfecto inest. Totus enim toti Filio et Spiritui sancto perfecte Pater inest. Item totus toti Patri et Spiritui sancto perfecte Filius inest. Totus denique toti Patri et Filio perfecte Spiritus sanctus inest. Una enim et eadem

Patris et Filii et Spiritus sancti essentia, potentia, A et actio est. Nec eorum quisquam absque altero esse aut intelligi potest.

2. Eiusdem. Illa universi opifex sanctæ Trinitatis essentia sola simplex, uniformis, nulla re egens, et immutabilis est. Omnis autem creatura composita est, quæ nimirum ex substantia et accidente constat, divinæ providentiæ auxilio semper egeat, haudquaquam mutationis experta. Proinde nec accidens Deo, nec qualitas attribuenda. Hæc enim rebus compositis et mutationi obnoxiiis attribui solent. Quæcunque autem Deo insunt, natura insunt, non tanquam acquisita et adventitia.

3. Eiusdem. Ne habitus et aptitudines in simplici et infinita sanctæ Trinitatis essentia quæeris : ne forte compositam illam profitearis, et B rebus creatis accenseas.

4. Eiusdem. Ex iis quæ sunt, eorum quæ sunt causam dignoscimus [nimirum Patrem], ex eorum autem quæ sunt differentia, illa enhypostata, hoc est, per se consistens, ejus quod est sapientia, nempe Filius, nobis innotescit. Ex naturali denique eorum quæ sunt motu, enhypostatam quoque seu per se consistentem eorum quæ sunt vitam, et vivificam eorum quæ sunt potentiam, nempe Spiritum sanctum intelligimus.

5. Eiusdem. Si Verbum eorum quæ sunt generationi præest, nullum unquam hoc Verbo verbum antiquius fuit, futurumve est. Verbum autem nec mentis exorsus, nec vitæ est, sed mentis et vitæ C particeps. Generantem enim mentem habet, quæque sui essentia consistat nimirum Patrem : habet et vitam sui essentia consistentem, scilicet Spiritum sanctum.

CAP. XII.

Damasceni, ex oratione De Patre et Filio et Spiritu sancto, distincta simul et conjuncta Divinitatis ratio (10).

Deus et Pater est, qui semper ingenitus est, quippe qui a nullo genitus cœternum Filium genuerit. Deus et Filius est, qui cum Patre semper est, ab illoque sine tempore sempiternæ, sine fluxu imperturbate, et sine sejunctione ab ipso, genitus. Deus denique Spiritus sanctus, virtus sanctificans, quæ per se subsistit, a Patre et Filio procedit, et in Filio conquiescit, ejusdem cum Patre Filioque substantiæ. Verbum est, quod D substantialiter Patri semper adest. Verbum item est, naturalis motus, quo animus ipse movetur, intelligit, et cogitat, quia nimirum ipsius quasi lex et splendor existit. Verbum præterea est, internum quoque illud, quod in corde loquimur. Adhæc, verbum est, animi nuntius, Verbum igitur Deus essentia sua et hypostasi propria consistit. Cætera tria verba facultates animi sunt, quæ propria in hypostasi haudquaquam considerantur. Quorum primum animi naturale germen est, quod semper ab ipso naturaliter profluit. Secundum

(10) Tom. XCIV, col. 856.

vero internum quoque dicitur. Tertium denique profertur. Spiritus etiam multiplex est acceptio. Nam et Spiritus sanctus est ; et spirituales facultates spirituum nomine designantur. Spiritus insuper pro angelo bono, item et pro dæmone capitur. Spiritus item anima est. Aliquando etiam intellectus, ventus, aer, et cætera id genus spiritus appellantur.

CAP. XIII.

Eadem de re, Ex variis Patribus. [Perfectæ in Trinitate personæ, in se vicissim singulæ.]

1. Ex duabus perfectis hypostasibus, seu personis, compositio fieri non potest. Proinde speciem nequaquam ex personis, sed in personis dicimus. Ex quo fit, ut perfectas quidem sancta in Trinitate personas dicamus, ne compositio in illis ulla cogitetur. Has autem in se vicissim singulas, propter mutuam earum habitum inter se atque relationem asserimus. Quia etiam nec circumscribi, nec loco contineri possunt, quia denique una eorum eademque Divinitas est.

2. In omnibus rebus creatis, personarum divisio re ipsa deprehenditur. Nam re ipsa Michael a Gabriele, Petrus a Paulo sejunctionus est, et cætera eodem modo. Quod vero commune in his et unum est, id cogitatione dignoscitur. Sola enim cogitatione angelitatem, verbi gratia, et humanitatem, hoc est, communem angelorum et hominum notionem cognoscimus. At in divina Trinitate secus se res habet. Quod enim in ea commune et unum est, id re ipsa perspicitur. Nam re ipsa tres unum Deum, unam et eandem in tribus naturam et actionem, unam denique et eandem voluntatem esse certo scimus. Personarum autem divisio simplici et nuda cogitatione intelligitur. Nec enim eam circumscriptionem, qua personæ circumscribi solent, neque intervallum, quo locus a loco disjungitur, nec aliam ullam ex iis proprietatibus, quibus singula suis quasi fluibus continentur, hic intelligere aut cogitare audemus. Præter paternitatem, filiationem, et processionem, seu notiones eas, quibus Pater genitor, Filius genitus, et Spiritus procedens intelligitur. Atque hæc quidem hujuscemodi ratione fiunt, quæ naturam et essentiam quamcunque facile superat. Proinde Deum unum eos esse dicimus, cum fieri non possit, ut perfecte atque re ipsa eorum personas dividamus, quæ sine divisione dividuntur, et sine conjunctione conjunguntur, propter divisionis et conjunctionis eorum rationem, quæ ea est, ut natura quacunque et essentia longe præstantior sit.

3. Distinguuntur hypostases, non essentiæ ratione, sed characteristicarum proprietatum, hoc est notarum, quæ personis insunt. Ex quo fit, ut ex rebus creatis, quæ sit Patris et Filii et Spiritus sancti, seu propriarum notarum, differentia resciscamus, naturarum vero non item.

CAP. XIV.

Essentiæ naturæ, generis, speciei, et formæ; item hypostaseos, personæ, characteris, et individui ἰσοδυναμία.

4. Essentia, natura, genus, species, et forma, ubi de Deo agitur, idem significant, ut sanctis Patribus placet. Item hypostasis, prosopon, hoc est persona, character seu nota, proprietas, et individuum pro eodem sumuntur. Atque essentia quidem et natura de omnibus ex æquo subjectis enuntiantur. Unde fit, ut omnes unius essentiæ naturæque sint. Hypostasis autem persona, et individuum, id est, quod proprie per seque subsistit, nec divisionem citra subjecti corruptionem admittere potest.

5. Species et forma in sancta Trinitate pro eodem capiuntur, et ambæ denotant essentiam. **B** Ait enim, *Qui videt me, videt et Patrem*¹²: quo in loco visus præscientia et cognitione intelligitur.

6. Essentia quidem personarum conjungendarum vim habet. Hypostases autem vicharacteristicarum proprietatum, seu notarum suarum essentiam distinguunt.

7. Essentia quidem nunquam de rebus dicitur, quæ non exstant, a natura sæpissime. Hæc est enim, inquit ille, mendacii natura. Item, Ductus æquæ, inquit, fontem ostendit suum: sermonis autem natura cor, a quo processit, indicat.

8. Si quæ communia et universa sunt, ea tota et integre de singulis sibi subjectis enuntiantur, certe Divinitatis quoque natura tota et integra de singularibus suis personis enuntiat. Siquidem **C** commune quid et universum, natura et essentia est, singulare autem hypostasis et persona: singulare, inquam, non quod naturæ partem habeat, partem vero non habeat, sed quia individuum sit.

9. Atque essentia quidem commune quid est, quia de pluribus enuntiat: individuum autem singulare, quia nimirum de uno solo prædicatur.

CAP. XV.

Naturæ et hypostaseos differentia, ex Cyrillo, Dionysio Areopag. et Alexandrino., Greg. Naz. et Theodoro.

10. Natura et hypostasis, ex Ecclesiæ definitione et lege, non idem significant: quo enim modo commune a proprio, universum a singulo, infinitum denique a definito, eodem quoque natura ab hypostasi differt. **D** Beatum tamen Cyrillum et alios Patres utroque nomine ad divinam illam carnis assumptionem significandam, citra ullum discrimen, usos, haudquaquam ambigimus. Abusive enim alias hypostasin pro essentia, alias item essentiam pro hypostasi usurparunt: non quod idem eas esse existimarent, verum quia non Scripturæ tantum sacræ, sed ecclesiasticorum doctorum mos hic jam olim inolevit, ut multis in rebus citra discrimen quibusdam dictionibus utantur: quas abusive aliquando usurpant, scientes verba nihil afferre

¹² Joan. xiv, 9.

A incommodi (ut Cyrilli verbis utar), cum res aliter se habeant. Hierophantes quoque, seu sacrarum rerum demonstrator, Dionysius auctor est, rationi dissentaneum hoc esse, atque adeo præposteri iudicii argumentum, si quis vi et scopo rerum postpositis, a verborum significatione dependeat. Dionysius quoque Alexandrinus ille rhetor in scholis, quæ in sibi cognominem Areopagiten edidit, ait, ingentem apud externos seu profanos philosophos omnem naturam significare, quæ sub aspectum non cadit. Ad hæc essentias quoque apud eosdem pro hypostasibus usurpari: et infra. Hujusmodi certe voces apud Areopagitam, Nazian, quoque abusive usurpatas deprehendamus. Gregorius etiam Theologus ita scribit: Neque vero qui de verbis digladiantur, id vitio nobis vertant, quasi pietatem nominibus, at non rebus ascribamus. Item, veritas nobis non nominibus, at rebus inesse videtur. Proinde quæ abusive dicuntur, ea neque proprie id sunt, quod dicuntur, quia nimirum ne proprie quidem id dicuntur quod sunt: neque e diverso talia intelliguntur, qualia vox ipsa designat.

Jam vero cum Cyrillus hypostaseon, conjunctionis, differentiæ, et proprietatis mentionem facit, tunc hypostaseon nomen pro essentiis usurpat, hac voce conjunctas naturas per se subsistere demonstrans, atque docens ejusmodi conjunctionem haudquaquam similitudinum quarumdam formarumque per se minime consistentium fieri, sed earum rerum quæ subsistunt. Quod ut ita se habere constet, idem ipse in prima Apologia primi anathematismi adversus Theodoretum reprehensiones, sic ait: Discat vero obiter, quod si solæ per se ipsas ab hypostasibus sejunctæ formæ æconomica illa carnis assumptæ conjunctione inter se coierint, certe rerum quoque ipsarum, si quidem et hypostaseon, concursus factus esse. Cæterum sibi diversam quoque naturæ et hypostaseos significationem non incognitam fuisse, idem ipse in secunda ad Nestorium epistola his verbis attestatur: Evangelicas Servatoris nostri voces, neque duabus hypostasibus, neque certe personis ascribimus. Item in epistola ad Orientales: Evangelicarum, inquit, et apostolicarum de Domino vocum nonnullas a theologis viris ita communiter accipi novimus, tanquam de una persona prolatae sint: nonnullas item dividi, tanquam de duabus naturis pronuntiatæ fuerint. Idem alibi sic ait: Duplex non est unus et solus Christus, quibus verbis usus est unius hypostaseos ratione. Nam si naturarum ratio habeatur, duplex quoque dici potest.

Certe cum simpliciter et citra differentiam procedit oratio, non solum Patres, sed divinam quoque Scripturam, libere vocabulis et simpliciter uti deprehendimus. Beatus enim Apostolus interiora hominis, hominem, ejusdemque exteriora, hominem rursus appellat: partibus nimirum totius appellationem tribuens. Prophetæ autem contra,

nunc carnis, nunc animæ nomine hominem intelligunt: partium appellationem toti tribuentes. Cum vero tempus id postulat, propriis utuntur appellationibus. Eo vero sensu quem prædixi Theologus ille quoque Joannes ait; *Et Verbum caro factum est*¹³, pro, homo factum est. Nil tamen hac de re digladiamur. Hoc enim, ut magnus ille testatur Dionysius, eorum est proprium, non qui ad divinarum rerum cognitionem aspirant, sed qui sonos simplices aucupantur, impensiusque gaudent elementis, syllabis, et dictionibus incognitis, quæ ad animi sui partem, cui vis intelligendi inest, haudquaquam penetrant, sed extrinsecus summis eorum labris et summis auribus inhærent et circumstrepunt. Hypostasis duplex est: alias enim dicitur hypostasis, id quod quidem citra characteristicas proprietates, seu notas, consideratur: alias persona, quæ per se, vel cum prædictis proprietatibus subsistit. Quæ enim individua Peripatetici vocare solent, in quæ generi: et speciei divisio desinit, ut quæ præterea dividi non possint (nam hominis in animam et corpus divisio interitum afferre solet), ea doctoribus ecclesiasticis personas et hypostases appellare placuit. Hypostases porro dictæ sunt, quia in iis genera et species, quæ communia nec circumscripta sunt, quasi pedem figunt et circumscribuntur. Quamvis enim animali et homini essentia ratio propria sit, quorum illud genus, hic species est, nihilominus tamen in atomis, puta Petro et Paulo hypostasim habent, seu subsistunt, citra quos subsistere non possunt. Sed de hypostasi quidem hæc tenentur.

Vicissim quoque ἐνυπόστατον, seu id quod vi sua subsistit, duplex est: significat enim id quod simpliciter est, quo significato non solum essentiam, quam ἀθύπαρχτον et ἀτυπόστατον, hoc est per se vique sua subsistentem, rerum hujusmodi periti dicunt, nos quoque ἐνυπόστατον dicimus, quia nimirum simpliciter sit et subsistat; sed accidentia etiam ἐνυπόστατα, hoc est, vi sua subsistentia denominamus, quia in alio, nimirum in essentia, non autem in se ipsis, sint et subsistant: quæ tamen rectius ἑτεροῦπόστατα, hoc est in alio subsistentia nuncupantur. Significat etiam id quod per se ipsum est, et ἰδιοῦπόστατον per se proprie consistit: quo in significato individua quoque ἐνυπόστατα dicimus, quæ proprie hypostases potius et sunt et dignoscuntur. Sed de enhypostato quidem hæc sufficiant.

Non absimili ratione anhypostatatum quoque duplex est. Nec enim anhypostatatum duntaxat id dicitur, quod nullo usquam modo sit, sed id etiam quod alio subsistit, qualia sunt accidentia: quæ ipsa per se subsistere non possunt.

Qui subtilius hæc rimari voluerit, pleraque alia hypostaseos significata deprehendet. Nam præter ea, quæ supra dicta sunt, hypostasis etiam pro onere capitur: ut in Deuteronomio: *Quomodo potero ego solus onus vestrum sustinere*¹⁴? Hebraice enim

¹³ Joan. 1, 14. ¹⁴ Deut. 1, 10. ¹⁵ Ruth. 1, 6. ¹⁶ I Reg. xiv, 1. ¹⁷ Psal. xxxviii, 6. ¹⁸ Psal. lxxviii, 3. ¹⁹ Jerem. xxiii, 3. ²⁰ II Cor. xi, 17.

A Masachem, hoc est onus, dicitur. Item pro cibo, sive annona: ut in libro Judicum de Judæis: quoniam Madianitæ diripuerunt fructus terræ, et substantiam eorum. Hebraice enim pro spe, unde in libro Ruth his verbis utitur Noemi: *Non est mihi filius aut spes*¹⁵. Hebraice enim Thicoonia legitur, hoc est spes sobolis propagandæ. Item pro pretio sive mercede, ut primo Regum, de mercede fabri ærarii. Ad securim: inquit, et quæ sequuntur, hoc est merces. Item pro castris, ut in eodem libro Jonathas armigero suo ita inquit: *Veni, ascendamus in castra Palestinorum*¹⁶. Hebraicus enim codex Mataan habet, quo nomine castra significantur. Item pro sæce illa, quæ in rebus liquidis subsistit, ut cum urinæ substantiam dicimus. Item pro facultate, ut illud, *Et substantia mea tanquam nihilum coram te*¹⁶. Item pro fundamento, ut illud: *Fixus sum in limo profundi, et non est mihi subsistentia*¹⁷. Item pro negotio, unde Jeremias: *Congregavit extrinsecus subsistentiam suam*. Et pro arcano, ut apud eundem de pseudopropheta: *Et si stetissent in substantia mea, sive in arcano meo*¹⁸. Item pro fundamento, ut apud Ezechielem de templi ædificatione, describens domum et cætera quæ sequuntur, in quibus hypostasim pro fundamento ponit. Item pro laude, ut apud Apostolum, *Quod loquor, non secundum Dominum, sed tanquam in stultitia in hac substantia gloriationis*¹⁹.

CAP. XVI.

C Item, B. D. Dionysii Areopagitæ De Deo. [*Omnia de Deo et affirmantur, tanquam omnium causa: et negantur, quia omnibus excellentior sit.*]

Deus neque lux est, neque tenebræ: neque cognitio, neque ignoratio: neque veritas, neque mendacium: et, ut paucis concludam, nihil est ubi ponatur, aut unde auferatur. Omnibus enim superior est, et quæ a nobis, et quæ ab iis quæ supra nos sunt cogitantur. Quandoquidem Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, non is est, quem cogitamus, vel qui supra nos sunt, sed is est qui nulla ratione intelligi, aut oratione exprimi queat. Positiones enim et ablationes, et habitus, et privationes iis accensentur, quæ post Deum sunt.

2. Eiusdem. Deus est eorum quæ sunt essentia, quippe qui earum principium et causa sit. Sæculum autem sæculorum, ut qui magis proprie sit, quam sæcula. Tempus vero, quia sit eorum, quæ sunt mensura; nam earumdem terminus etiam est, ut qui eis modum et finem imponat. Quandoquidem ea etiam quæ sempiterna sunt, ipsaque sæculorum series infinita illius infinitate terminantur, qui [infinitus] infinitas infinite ipsa complectitur. Generatio autem, ut qui ea quoquo modo sunt in rerum naturam producat. Locus, quia omnia contineat. Omnia denique est, quia omnibus superior.

Privantia contrario modo de Deo enuntiantur.

3. Ejusdem. Deus et eorum quæ sunt terminus et infinitas dicitur. Terminus quidem, qui ea terminet. Infinitas vero, qui supra ea protendatur. Ejus enim infinitas, quæ cuncta terminat, infinitis modis patet.

4. Ejusdem. Et magnum et parvum de Deo, qui rerum omnium causa est, contrariis modis effe-
runtur. Magnum quidem, plerisque Scripturæ in locis. Parvum autem his ex verbis, *In aura tenui*, colligitur. Magnus certe dicitur, quippe qui magnitudinem rebus tribuat, cujus infinita magnitudo sit, qui denique magnitudinem omnem exsuperet, cujus magnitudo quantitatis, mensuræ terminique prorsus expers existat. Parvum autem sive tenue, id in Deo prædicatur, quod in nullum tumorem molemve excrescit, quod nullo spatio definitur, quod libere per omnia penetrat, et usque ad divisionem animæ et spiritus pertingit, atque etiam conceptiones et cogitationes cordis, imo ea quæ sunt omnia discernit, nulla enim res procreata ei obscura est. Et parvum quidem hoc quantitatis expers, immensum et infinitum est: atque licet nullo comprehendi modo queat, omnia tamen comprehendit.

5. Idem insuper et diversum de Deo prædicatur. Illud quidem eo in loco, *Tu autem idem ipse es*, hoc autem in illo, *Domine, Domine, quis similis tibi* ²⁰? Idem ergo dicitur, quia non immutatur, imo semper eodem se modo et consimiliter habet, item quia non miscetur, non eget, non crescit, non imminuitur, quia denique iis quæ sunt tribuit, ut eadem dicantur. Diversum vero, quia præ illo nulla res sit. Omnia enim quæ sunt, ab eo, qui revera est, creata sunt: et ipse superior omnibus est, et ab omnibus ita diversus, ut nulli eorum ordini accenseri queat, præterea vero, quia ea creaverit, quæ diversa et differentia sunt.

6. Dicitur etiam similis. Ait enim, *Ego visiones multiplicavi, et in manibus prophetarum assimilatus sum* ²¹, quia nimirum apparebat eis hac vel illa forma, rebusque similis flebat quæ sub speciem cadunt, ad hæc etiam, quia vim illam tribuit, qua similitudo inesse videtur. Ait enim, *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* ²². Sciendum porro eadem Deo et similia et dissimilia dici. Similia quidem, quia quoad ejus fieri potest, eum imitantur, qui est inimitabilis. Dissimilia vero quia effectus a suis causis multum distant, et immensis intervallis disjunguntur.

7. Quies insuper et motus in Deo dicuntur. Quies quidem, quia in seipso Deus manet, immotusque perstat, quia etiam a seipso transferri alio non potest, quia denique rebus omnibus velut expansus incubat. Motus autem, non eo quidem, quod motui mentis, aut animæ, aut naturæ, aut loci, aut ulli denique motuum illorum, qui vulgo dicuntur,

A obnoxius est, sed comprehensionis illius ergo, quæ detineri aut coerceri nullo modo potest: item immobilium illorum progressuum ratione, quibus Deus providentia sua iis quæ sunt infunditur, illarum denique actionum ratione, quæ nullis non actionibus excellentiores sunt.

8. Ejusdem. Quemadmodum sancti homines domus Dei dicuntur: ait enim, *Habitabo in eis, et inambulabo* ²³: ita etiam sanctorum hominum domus Deus est. Davides enim ait, *Eslo mihi in Deum protectorem, et in domum refugii, ut salvum me facias* ²⁴. Atque ipsius quidem Domini hæc verba sunt, *Vos in me estis, et ego in vobis* ²⁵. Et quemadmodum ita in illis Deus est, ut neque contineri, neque circumscribi queat: sic etiam ipsi ita in Deo sunt, ut cum ejus essentia nequaquam misceantur, aut confundantur.

9. Ejusdem. Quanquam qualitatis omnis quantitatisque Deus expers est, Dei tamen latitudo intelligitur lata illa progressio qua rebus omnibus providet, longitudo autem, vis illa divina, quæ supra omnia superextenditur: profunditas denique, occultatio illa, qua fit, ut ille ab eorum quæ sunt nullo percipi cognoscive queat.

10. Ejusdem. Deus in sacris mysticarum visionum Dei apparitionibus canus et juvenis fingitur, et canus quidem, antiquum: juvenis vero senio minime obnoxium significat: vel juvenis etiam ratione arithmetica antiquitatem divinam denotat. Unitas enim, et quæ sunt unitati adjuncta, antiquiora sunt iis, quæ illa numero longe diffusiore superant.

11. Deus quidem omnibus adest: nec enim uni loco ita est addictus, ut ab alio absit: sed universa complectitur: at non omnia illi adeunt: sed quæcunque digna sunt, quæ ad Divinitatem propius accedant. Nos autem illi tum demum adsumus, cum illum castissimis votis invocamus, hoc est mente nullis sordibus inquinata, atque ita ut qui ad Deum accedamus, idonei censeamur. Quemadmodum autem, si catena multis contexta luminibus, et cæli vertice suspensa ad nos usque pertingat, nos alternis eam manibus apprehensam deorsum quidem trahere videmur, re autem vera deorsum eam non trahimus, cum eadem supra infraque propendeat, imo potius nos ab illa sursum ad sublimiores ejus radios trahimur: vel, quemadmodum si navem conscendamus, et rudentibus innitamur, qui nobis aliquo scopulo protenduntur, quasi ex professo porriguntur, ut eos comprehendamus, scopulum nequaquam ad nos, sed nos potius ipsos una cum navi propius ad scopulum admovebimus: ita precibus quoque nostris nequaquam Deum ad nos attrahimus, qui ubique adest, sed nos ipsos ad illum divina ejus commemoratione et invocatione sublevamus et evehimus.

²⁰ Psal. LXXXVIII, 9. ²¹ Ose. XII, 10. ²² Genes. I, 26. ²³ II Cor. VI, 16. ²⁴ Psal. XXX, 3. ²⁵ Joan., XV, 4.

CAP. XVII.

D. Maximi, de Deo communiter. [Genuinus nomen sensus, quibus Deus appellamus.]

Hæc nomina Ens, Bonus, Deus, Creator. Super-substantialis, Immensus, Immortalis, et cætera id genus, in Deo differentias substantiales haudquam dicimus, ne compositum eum verbis hujusmodi profiteamur: sed appellationes, quibus eorum nonnulla innotescunt, quæ circa ipsum considerantur, ita tamen, ut eorum quæ ad ejus essentiam et naturam pertinent, nihil eorum significant. Quorumdam enim divinæ naturæ convenientium significationem habent, ipsius autem naturæ nullo modo, quod quidem substantialibus seu essentiam constituentibus proprium est.

2. Ejusdem. Indivisibile quidem Numen est, quia quantitatis expertus: quantitatis autem expertus, quia et qualitatis: qualitatis vero, quia simplex: simplex, quia interminatum; interminatum, quia immensum: immensum, quia immobile; immobile quia principio caret (neque enim quidquam ante eum, esse majus est, neque quidquam cum eo, eique æquale, neque quidquam post eum); principio autem caret, quia ingenitum est: ingenitum vero, quia unum et maxime singulare: unum denique maximeque singulare, quia omni prorsus habitu caret, eaque de causa nullo prorsus modo dici cognoscere potest, ut cui unica illa vera insit cognitio, quod non cognoscatur.

3. Ejusdem. Immensum Numen est, non solum quia principio et fine caret, sed quia ea est ejus essentia, ea virtus, ea operatio. Essentia quidem tale est, ut ejus capax nihil esse queat. Virtute vero, et operatione tale, ut nullo mentis ullius acumine comprehendi possit, atque, ut verius quod res est dicam, omni et ratione et modo; infinitum hoc enim proprie est, quod immensum dicimus. Quemadmodum enim unitas neque numerus est, neque sub numerum cadit, neque totum est, neque pars, neque habitus: sed principium quidem est, quatenus omnium numerorum causa: principio autem caret, quippe quæ nullum antiquiorem se numerum habeat, quique unitatis sit: sic etiam Deus, ut ita, parva velut imagine proposita, dicam, quantitatem omnem, qualitatemque, et habitum exsuperat, ut qui simplex, sine principio, atque etiam eorum quæ sunt principium existat.

4. Ejusdem. Nihil eorum quæ sunt per se factum est, quod autem per se factum non est, ne causa quidem caret, quod autem causa non caret, immobile non est, quod vero immobile non est, movetur ea prorsus causa; quæ motu naturali fit a causa propter quam, et ad quam movetur (siquidem eorum quæ moventur nihil omnino ita comparatum est, ut sine causa moveatur). Omnis autem naturalis motus principium, eo-

²⁵ Eccl. vii ²⁵ Eccl. i.

(41) Vide *Patrologiæ*. tom. XXXV, col. 481.

A rum quæ moventur ortus est. Generationis vero eorum, quæ generata sunt, principium Deus est, tanquam generationis auctor. Motus porro naturalis eorum quæ generata sunt finis, status ille est, qui a transitu eorum quæ transierunt ab illa infinitate fit, in qua quia nullum est interstitium, omnis motus eorum quæ naturaliter moventur, cessat. Inde fit, ut omnis generationis, et motus et status eorum quæ sunt principium, medium et finis, ipse Deus sit, tanquam eorum quæ ex ipso orta sint, quæ per ipsum moveantur, quæ denique in ipso conquietura sint, ut qui vel omnem motus definitam infinitatem definiat et determinet.

5. Ejusdem Deus neque intelligere, neque intelligi proprie dicitur, ne forte compositus existimetur. Id enim quod intelligit, ea intelligendi facultate præditum est, quæ una cum ipso intelligat, quod autem intelligitur, ea vi qua intelligi possit. Nec tamen intelligentia dicitur. Intelligentiæ enim naturaliter vis ejus susceptiva subjicitur. Superest ergo super hæc omnia, ut si ipsum intelligentiam dicere nequeamus, eam saltem intelligentiam esse dicamus, quæ essentia ipsa, et duntaxat intelligentia sit, eaque adeo quæ intelligentiam omnem exsuperet.

CAP. XVIII.

B. Gregorii Theologi, ex magna oratione Apologetica. [Quam difficile sit, ut ab homine terreno cælestia comprehendantur (11).]

Altum est cælum, terra vero depressa et humilis: ecquis ascendet, eorum in primis, qui peccato inde dejecti sunt? Quis hac terrena caligine, carnisque crassitie adhuc obductus, tota mente pure obtueri, atque iis misceri poterit, quæ obfirmata manent invisibiliaque sunt, quando ipse inter illa manebit, quæ infirma sunt et oculis objunguntur? Vix enim, ac ne vix quidem, eorum quispiam, qui hic perpurgato et defæcato animo sunt, vel solum boni idolum contra obtueri queat, quemadmodum ii qui solem in aquis contemplantur. Quis aquam manu dimensus est, et cælum palmo, et terram universam pugillo? quis montes lance, vallesque statera appendit? quis ille locus erit, in quo requiescet? cuique adeo in hac rerum universitate similis dicitur? Quis omnia verbo creavit, sapientia hominem formavit, in unum ea quæ disjuncta prius erant, adduxit, limum spiritui, seu cælo terram commiscuit, animal denique visibile et invisibile mortale et immortale, terrenum et cæleste composuit? quodque adeo Deum attingeret, nec amplecteretur, propiusque ad eum accederet, procul tamen ab eodem sejungeretur? Dixi: *Sapiens evadam*, inquit Salomon, *et ipsa procul a me recessit, atque etiam longius quam antea* ²⁵. Quibus verbis sapientiam intelligit. Isque re vera, *qui scientiam adjicit, adjicit et dolorem* ²⁶. Ita ut non magis oblectetur, qui

eam delegit, quam contristetur, qui prætermisit. Quod quidem iis usuvenire solet, quibus adhuc sitientibus scyphus e manibus extortus est: vel iis, qui quamvis continere quid nequeant, se tamen habere arbitrantur: aut quos fulgetræ splendor deseruit, cum primum affulsit. Hæc me cogitantem ratio dimisit, abjectioremque reddidit, atque effecit, ut mihi persuaderem, mecum melius actum iri, si vocem laudationis audiam, quam si eorum me doctorem profitear, quæ vires meas exsuperant. Majestas, altitudo, dignitas, puræ denique cœlestesque naturæ vix claritudinis Dei capaces sunt, qui abyssu contegitur, tenebrarumque latibulis delitescit, cum purissimum sit lumen majorique hominum parti inaccessum. Siquidem et huic rerum universitate inest, et extra rerum universitatem excurrit. Qui bonitas est universa, imo nullam non bonitatem exsuperat. Qui menti lumen suggerit, mentisque velocitatem et sublimitatem effugit, tantum semper secedens, quantum comprehenditur, atque amatorem ad superiora fugiendo sublevans, seque ipsum quasi furtim subducendo comprehendens.

CAP. XIX.

Chrysostomi, ex libro, De eo quod comprehendere non potest. [Si sapientia comprehendere nequeat, nullo minus natura poterit.]

Mirabilis, inquit, facta est scientia tua ex me, exaltata est, et non potero ad eam ²⁷. Ea est sapientiae divinæ profunditas, ut in ea exprimenda Propheta vertigine quadam laborare videatur. Quis eo, quæso, temeritatis prolapsus est, ut naturam Dei sibi cognitam et perspectam dicere audeat, dicentis: *Incerta et occulta sapientiae tuæ manifestati mihi* ^{27*}? clamantis. *Sapientiae ejus non est numerus* ²⁸, seu comprehensio? et in tantam quis audaciam prorumpat, ut de natura, quæ a nullo comprehendere potest, quidquam affirmare audeat? Quid ais? Fierine poterit, ut cum Dei sapientia comprehendere non possit, ejusdem natura comprehendatur? Majestas ejus infinita est, et essentiam ejus circumscribere? hoc certe factum certam insaniam tuam prodit.

2. Ejusdem. Angeli tantum glorificant, alii, *Gloria in excelsis Deo* ²⁹, dicentes: alii, *Benedicta gloria ejus ex loco sancto ejus* ³⁰, id est, ubicunque sit ille: neque enim Deo locus assignatur, cum divinitas circumscribi non possit: alii, *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth* ³¹. Homines autem in illius natura pervestiganda plus æquo solliciti sunt. Quantus ejus timor supra, tantus infra contemptus est, usque adeo illi magna cum religione benedicunt, hi temeraria curiositate laborant.

3. Ejusdem. Alio loco Isaias inquit, *Vidi Dominum sedentem in solio alto atque excelso*, eo nimirum qui comprehendere non potest. Cum ergo solium Dei humana mente sublimius sit qui fieri potest; ut is comprehendatur, qui solio insidet?

²⁷ Psal. xxxiii. ^{27*} Psal. l, 8. ²⁸ Psal. cxlvi, 5. ²⁹ Luc. ii, 14. ³⁰ Ezech. iii, 12. ³¹ Isa. vi, 3. ³² Ibid. I seqq. ³³ Joan. i, 18.

A *Et Seraphim stabant in circuitu ejus, sex alæ unæ, et sex alæ alteri. Quarum duabus facies suas tangebant, et duabus pedes: duabus denique volabant, et inter se clamabant, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth* ³². Seraphim oculos avertunt, et duplicis muri loco alas prætendunt: quia nimirum splendorem illum ferre non possunt, qui ex solii gloria, vel ad terrorem usque, diradiat. Atque pedes obtegunt, præ stupore. Ita enim natura nos quoque comparati sumus, si quando nos maximus aliquis stupor, aut admiratio invadat, ut corpus undique contrahamus. Quo quidem temporis momento anima quoque idem perpressa, et ab aliis quæ extrinsecus et in cute apparent actiones suas contrahens, ad interiora confugit. Ipsoque corpore non secus atque propugnaculo quodam circummunitur. Jam quatuor alarum usum nosti cæteræ quid sibi velint, accipe: *Duabus, inquit, volabant*. Hoc indicio ad sublimia semper aspirare, nec unquam deorsum oculos deflectere constat. Alarum enim involuero angelicæ naturæ sublimitas et velocitas designantur. Est vero alia quoque ratio. Quod enim alis duabus caput, duabusque pedes obtegebant, eo principium et finem nullius oculis patere, nullaque disquisitione indagari posse significabant. Mediarum porro alarum remigio volabant, ut hoc indicio de rebus mediis disputationem theologiam ineundam esse docerent, nimirum quod Deus sit, quod sapiens, quod omnipotens, et cætera id genus. *Et clamabant inter se: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth*. Hoc utique admirationis symbolum est, præsertim cum neque lumen ipsum, neque divinam naturam intuerentur. Sed eo illa quæ videbantur, se demittebant: nec tamen illorum quæ eo se demittebant gloriam ferre poterant. Eo enim se demittebant, quod in sua natura non viderentur, sed pro respicientium imbecillitatis modulo sui manifestationem dimittentur. Porro quod eo se demiserint, vel ex ipsis Scripturæ verbis perspicuum est: *Vidi enim, ait, Dominum*. At vero *Deum nemo vidit unquam*, qui forma, qui quantitate, qui denique qualitate careat. Quis hoc ait? *Unigenitus, qui sedet in sinu Patris, ipse enarravit* ³³. Deinde subjicit: *Sedentem*. At vero Deus neque sedet, neque stat. Hi enim habitus corporibus competunt. Tum subinfert: *In solio*, at solio Deus nequaquam circumcluditur. Qui enim hoc fiat, cum circumscribi non possit? Jam cum Seraphin, quæ Deum ingenti corona circumstant (quod quidem non locum significat, sed singulare nescio quid quod a puritate consequuntur), cum Seraphin, inquam, ne Dei quidem eo se demittentis gloriam intentis oculis obtueri valeant: homines, scilicet, essentiae ejus gloriam nulli perviam intentis oculis obtueri contendunt. Tametsi tanto ab illis interstitio differamus, quanto cæcus ab eo qui videndi sensu præditus est.

4. Ejusdem. Cum Daniel ipse propheta angeli eo se demittentis aspectum non tulit, sed remissa intentione in faciem cecidit: *Et non remansit in me fortitudo*, inquit; *sed et species mea immutata est in me, et emarcui* ³⁴, hoc est, oris mei pulchritudo perii, et in mortui pallorem conversa est: tu qui Daniele tanto inferior es, quanto ille angelo, qui fit, ut os attollere, et de divina natura curiosius inquirere audeas? Daniel, qui in corpore humano ea videre potuit, quorum homo capax non est, conservi eo se demittentis splendorem non ferebat: et tu naturam illam comprehendisti, quæ angelorum innumera millia condidit; quorum unius aspectum non tulit Daniel, ut jam dictum est? Quis non indoleat? quis tantum stuporem non desleat?

CAP. XX.

Catechetica quædam erotemata. Nimirum Deus, Pater, Filius et Spiritus quot modis in Scripturis accipiantur. Una cum eorum ἐπισημ. Quid Trinitas.

1. Quot modis vocabulum Deus in Scriptura capitur? Duobus, nimirum natura et habitu. Natura quidem, ut creator, habitu autem et gratia: justique quoque homines deorum nomine censentur.

2. Dicitio Deus substantiæne est, an personæ, an actionis, an figuræ, an vero metaphoræ? Perspicuum est actionis esse, quæ quidem suæ nobis Deus substantiam impertit, quæ quidem quia cognitu impossibilis est, eo fit, ut actionem suam Deus sola contemplatione nobis aperiat, ideoque θεὸς ἀπὸ τοῦ θεῖν, hoc est a considerando dictus.

3. Pater quid significat? quotque modis paternitas Deo convenit? Pater utique proprie hypostasis seu persona dicitur, quæ nulla alia ex causa pendet. Sed quamvis generet, a nullo tamen generatur. Porro, πατὴρ dictus est, quasi πάντα τηρῶν, hoc est, omnia conservans, vel quasi τοὺς οὐκ οὐκ πατρὸς τηρῶν, hoc est, proprios filios conservans. Deus Pater duobus modis dicitur, natura scilicet, et gratia: natura quidem proprii sibi consubstantialisque Dei Verbi; gratia vero noster quoque, unde illud, *Ego dixi, Dii estis, et filii Altissimi omnes* ³⁵.

4. Quid Filius? qua ratione Filius dicitur? et quot modis intelligitur? Filius proprie secundaria hypostasis est in una eademque natura, vel personarum incrementum, vel unigenita naturæ processio, vel cognatio cognita, ὕψος autem, hoc est Filius, proprie dicitur, quasi οὐός, hoc est qualis. Qualis enim Pater substantia, talis et unigenitus est Filius. Sive ex increato increatus, sive ex mortali mortalis, humanoque humanus. Duobus itidem modis in Deo filiatio dicitur. Natura et gratia. Natura quidem Deus Verbum, gratia vero justus.

5. Quid Spiritus? qua ratione dicitur? quotque modis accipitur? Spiritus est tenuis quædam processiva substantia, et quæ materiæ formæque

prorsus expers est. Πνεῦμα porro, hoc est Spiritus dicitur, διὰ τὸ ὡς νεῦμα ὀφέτως πᾶν νεύειν καὶ κινεῖσθαι hoc est, quia tanquam nutus quocumque annual et moveatur. Dicitur autem Spiritus in Scriptura quatuor modis. Spiritus sanctus, Spiritus angelus, Spiritus ventus, interdum etiam mens Spiritus appellatione significatur.

6. Trinitas quid est? Trinitas, siquidem naturalis ordinis rationem habeas, nihil aliud est, quam unitatum compositio. Si vero divinam substantiam consideres, essentia est, quæ numerum omnem exsuperat.

7. Æternitas quid est? Quod principium nunquam habuit, nec finem ullo unquam tempore habiturum est. Cæterum quidquid nunquam destitutum est, non statim principio caruisse recte colligas. Angeli enim et animæ principium quidem essentiæ habuerunt, finem interim nullum habituri.

CAP. XXI.

Theologica alia de Trinitate consideratio. [Unus cum sit³⁶ cur Patrem, Filium et Spiritum invocemus, contra Trinitas].

Unum Deum esse credimus, qui substantiam quamlibet naturamque creaverit: sive aspectabilis illi sit, sive sub aspectum non cadat. Qui diversam ab hac sententiam sequitur impius est. Eundem illum humanitate, justitia, sapientia, et bonitate singulari præditum esse nobis persuademus, cæterisque adeo rebus, quæ divinæ et beatæ naturæ conveniunt. Ne singula scribendo persequar, parum abest, quin eadem et dicatis et sentiatis. Vos enim audiente me Verbum Dei invocastis. Et res vera est. Qui enim fieri posset, ut Deus verbo careret? Spiritum item vocatis. Est vero et Spiritus. Nullus enim citra spiritum sermo articulate procedere potest. Nos porro cum ea unicum ad Deum referamus, idcirco Patrem et Filium et Spiritum sanctum invocamus, ac si mentem, Verbum, et Spiritum simul contemplaremur. Sed eadem quoque per se vique sua asserimus. Divinarum enim rerum nulla suis caret viribus. Siquidem Verbum nostro simile intelligendum non est, quod spiritus quidem adminiculo profertur, at in auras evanescit; sed convenienter Deo, sempiternum scilicet atque per se subsistens. Siquidem rerum divinarum perfunctorie nulla fit. Sunt enim illæ, atque una sunt, suæque hypostasi et substantia constant, unius et ejusdem naturæ, honoris atque essentiæ. Hoc nobis est Trinitas, non Deus, et Deus, et Deus. Abeant in malam rem, qui hanc circumferunt hæresin, hac enim via pluralitas deorum introduceretur. Nos vero hæc, quæ proprietibus tria sunt, unum esse Deum, unam naturam, unam denique substantiam docemus. Hoc certo

³⁴ Dan. x, 8. ³⁵ Psal. LXXXI, 6.

credat necesse est, quicumque sapit, pietatem- A que amplectitur.

CAP. XXII.

Demonstratio ex communibus notionibus, unum in Trinitate Deum esse.

Cuius homini, qui mentem divinitus insitam habet, hæc ultro quoque inhæret opinio, quod Deus substantia sit, quæ substantiam omnem et potentia, quæ potentiam superet: actio denique omni actione superior, ut qui neque sectioni, neque compositioni, neque passioni ulli sit obnoxius. Nec tamen a ratione minus is aberrat, qui Deum substantiæ, potentiæ et actionis expertem esse arbitratur. Æque vero aberrat a veritate, qui Deum substantia, et qui potentia, et qui actione privat. Quodcumque enim triplicis B cognationis primum divellere quispiam ausus fuerit, eo duplicem blasphemiam adversus Divinitatem ejaculabitur. Quemadmodum enim quod substantia caret, Deitas non est: ita neque quod aut potentia, aut actione privatur. Nam qui fieri potest, ne id supersubstantialis substantia sit, ex quo nulla non substantia procedit? Nec vero magis fieri potest, ut id ex quo potentia et actio quævis scaturit, ille ipsis careat. Ex illa ergo nulli non hominum insita notione patet quam minime sit absurdum, imo etiam necessario consequatur, ut trina Dei potestas celebretur. Una quidem substantiæ supersubstantialitas, una item potentiæ superpotentialitas, una denique actionis simul nata identitas. Quæ tria ex eadem causa, eodem C principio simul procedunt, et simul elucescunt. Nam cum omnis substantia hoc ipsum quod est a Deo acceperit, fit ut neque sine potentia neque sine actione deprehendatur. Jam qui fieri potest, ut qui hæc rebus quæ sunt impertitus est, donumque in illis suum ita conservat ut dissolvi dissipative non possit, vel ipse prius non hæc fuerit, vel immutationem quamdam et privationem eorum quæ sua essent perpessus existimetur? Quod si his contradicere nemo queat, perspicuum est, unam Deitatem in tribus esse adorandam. Ea vero sunt Pater, Filius, et Spiritus sanctus. Vel etiam hoc pacto demonstrari potest; Una Deitas, quæ quidem a theologis mens universi definitur, ab intelligentia et cognato intellectu non sejungitur. Si quidem mens haud D quaquam esset, nisi simul existeret intelligentia, nec intelligentia vicissim si intellectu privaretur. Hoc theologicum axioma vel hac sacra ratione confirmabitur. Nec aliud ex alio aut divisum aut sejunctum est, neque aliud prius, aliudve posterius, et tamen tria sunt. Nec enim quod mens, id ipsum est intelligentia, et intellectus, quoniam nec illa sunt mentis nomine censenda, quamvis ex mente procedant, et mens simul sit cum illis. His porro aliud natura, dignitate et conjunctione haudquaquam conversa aliud habitu et proprietatibus constat. Hinc perspicuum

est, quod nos, qui orthodoxæ fidei assertores sumus neque alium Deum, ex quo Verbo et Spiritus procedunt, neque item procedentes ipsos alium et alium esse docemus: imo unum ex tribus Deum unius naturæ, voluntatis, imperii, et dominationis. Hinc enim deorum unitas eaque individua elucescit. Alias, qui fieri potest, ut quæ in unam eandemque naturam, voluntatem, et potestatem conjunguntur conjungenti nobilitate contumeliosa sint?

CAP. XXIII.

Adversus eos, qui nos in tres deos credere dicunt.

Nequaquam in tres deos credimus, hoc absit I sed in unum Deum omnipotentem, qui tribus in personis dignoscitur. Unam in tribus naturam, unam potentiam, unum consilium, unam denique actionem cognoscentes, qua innotescat. Nec eo temeritatis venias, ut quo id pacto fiat interrogas. Inæritiæ enim argumentum est, si quis cum de Deo agitur, quo modo sciscitetur. Quandoquidem incomprehensibilis, imo etiam inaccessibleis, et incorporea est Divinitas. Unde fit, ut qualis sit explicari nullo modo queat. Quæ enim oculus non vidit, qui cogitatione mens assequi valeat? et quæ menti pervia non sunt, eane cujusquam sermone explicari poterunt? Cæterum quod in Trinitate Deus sit, et veritatis ipsius, et Scripturæ sacræ testimonio perspicuum est, ut sequentibus confirmabitur. Percontari autem, quo id modo fiat, hominis improvidi est, et ejus qui se suo metiri pede nesciat. Prius enim nosce te ipsum quo modo anima tibi sit infusa, quomodo compactus es, quomodo res incorporea corpori tuo inhabitet. Utrum igitur corpus tuum cum omnibus suis membris extenditur, an vero in uno contractum continetur? Jam si extenditur, stulta est quæstio, corporum enim proprium est extendi. Sin contrahitur, multo stultior, nec enim corpus duntaxat incorporeum deprehendetur, sed reliquæ quoque partes emortuæ convincuntur, ut quæ ab anima vivificante sejunctæ sint. Quod si eorum quæ in te sunt cognitionis capax minime sis, qui fieri potest, ut ea intelligas, quæ supra te sunt? Nam si judicia Domini inscrutabilia sunt, et viæ ejus impervestigabiles, quonam modo ille ipse inquiretur, aut pervestigabitur? Quemadmodum vero sol, tametsi unicus sit, ex se tamen lucem et calorem emittit: et sol quidem lucis nomine significatur: lux porro cuncta quæ videntur claritudine patefacit, calor vero animantia omnia plantasque vivificat: ita etiam Deus Pater Filium et Spiritum ita continet, ut una in tribus Diætas comprehendatur. Unus enim Deus est, quia una Diætas, quemadmodum et lucem solis solem appellamus. Cum enim per foramen aliquod in ædes ingressus est, ita dicere solemus: Sol ingressus domum illustravit, contra, si quando vi solis calefactiva incalescamus, utique nos a sole calefa-

ctos dicimus, vera interim dicentes. Quæ enim ab ipsa natura procedunt, ea nequaquam ab ejus appellatione abhorrent. Quemadmodum ergo sol, tametsi unicus sit, lumine tamen et calore præditus est, quorum utriusque etiam solis tribuitur appellatio, cum interim sit unicus sol: sic etiam tametsi unus tantum sit Deus, Filium tamen et Spiritum indissolubili nexu sibi conjunctos habet, ipseque ad eo Deus, ut reipsa est, Filiusque Deus, et Spiritus Deus appellatur, quamvis una tantum sit Divinitas. Quid verbis opus est? Ignis hic, quem sensu percipimus, materia flammam prognerante constat, constat et vapore illo, qui ex flamma et materia sursum emittitur: interim ignis unus est, flammæ autem vaporisque beneficio fit, ut quodammodo referat unicam illam Divinitatem, quæ in Triade sancta elucescit. Unum ergo in Trinitate Deum esse hac demonstratione probatum sit, tanta quidem, quanta rei ipsius virtuti exemplis comprehendendæ sufficiat. Nec enim ullo fieri modo potest, ut perspicuam quis, omnibusque numeris absolutam veritatis cognitionem assequatur. Expediisset quidem certe, ut mundi Opifex per creatas a se res non innotuisset. Dici enim non potest quanto interstitio Creator a creatura sit disiectus.

CAP. XXIV.

Demonstratio, qua Deum ex eo quod natura Filium habet, adoptione quoque filios habere, et nisi naturalis Filius præcessisset, adoptivis loci nihil reliquum fuisse, probatur.

Quod si Christo quis ut Filius Dei vocaretur, quemadmodum et sanctis, et Israeli, obtigisse gratia contendat, scire debet sanctorum neminem perspicue filium a Deo vocatum videri. Imo communi omnes quodam nomine filios appellari, non secus atque servos benevolos a Domino filios dici videmus. Magnus certe fuit Abrahamus, at Dei filius nequaquam dictus est. Magnus fuit Moyses, et cæteri omnes prophetæ, eorum tamen neminem Deus nomine filiorum dignatus est. Christum verum tum Deus ipse Pater dilectum Filium vocat, tum prophetæ quoque ipsi idem testantur. Nec id solum post, sed et ante quam humanam carnem indueret, imo hercle vero antequam mundus conderetur. Illud enim, *Ex utero ante Luciferum genui te*³⁶, et illud, *Ante omnes colles genui me*³⁷, hoc ipsum confirmat. In hominibus autem non ita se res habet. Itaque ex his primo Christum non adoptione et gratia, sed natura et veritate Filium Dei dici constat: eo quod eorum qui gratia filii sunt nullum Deus hoc privatim nomine compellarit: cui quidem amici, servi, et famuli nomen in ore frequens observatur, filii vero nunquam; Christo autem soli perspicue *κατ' ἐξοχῆν*, hoc est per excellentiam, nomen Filii dilecti attribuit. Quod Davides quoque his

³⁶ Psal. cix, 3. ³⁷ Prov. viii, 25. ³⁸ Psal. lxxxviii, 7. ³⁹ Gen. xvii, 4. ⁴⁰ Psal. cxliii, 3. ⁴¹ Exod. xx, 2, 3. ⁴² Deut. vi, 4.

A verbis est vaticinatus: *Quis in nubibus æqualis factus Domino, assimilabitur Domino in filiis Dei*³⁸? quibus verbis naturalem peculiaris filiationis Christi prærogativam tacite subindicat, præ iis quos Deus adoptione et gratia sibi devinxit. Deinde vero potest et hæc in medium proferri ratio. Ubiunque naturale non præcesserit, fieri non posse, ut adoptivum subsequatur. Nam ex naturali generatione ea quæ per adoptionem fit, excogitata est. Priore sublata, posterior quoque tollatur necesse est. Necessario enim naturam subsequitur adoptio. Proinde nisi Deo Patri Filius naturalis esset, nec adoptivum etiam haberet. Sed Filii dilecti beneficio, amor quo pios quosque prosequitur, ascribendus est. Eadem quoque de causa filios adoptione vocat. Alioqui quid obstat, quominus angeli, cum sint hominibus multo præstantiores, spiritualium filiorum patres dicantur: homines autem dicantur? quemadmodum de Abrahamo Dominus ait: *Patrem multarum gentium constitui te*³⁹, quod de nullo angelorum dictum est. Omnino autem quia naturalis hominibus est liberorum procreatio, angelis vero non item, idcirco illi quos per gratiam Deus adoptavit, naturalem Christi filiationem confirmant. Ubi enim veritas, ibi et veritatis species. Ubi corpus, ibi et umbra. Ubi exemplar, ibi et imago. Proinde quia naturam sequitur adoptio, si natura præexistat, adoptioni quoque locus erit. E contrario, nisi natura præexistat, adoptio nequaquam consistere potest.

CAP. XXV.

De Principio, Principium, id est Deus Pater, qui quæcunque vult, ea potest. Primus et novissimus, invisibilis, immensus, incircumscriptus, incorporeus, indefinitus, æternus, sæculorum creator, variis Scripturæ locis probatur.

Totius rerum universitatis unum esse principium et Veteris et Novi Testamenti Scriptura constat. Nimirum universæ mundi machinæ Deum et Patrem Domini nostri Jesu Christi, ingenitum, interitui non obnoxium, æternum, immensum, incircumscriptum, indefinitum, incompositum, incorporeum, invisibilem, simplicem, bonum, justum, lumen solo intellectu perceptibile, potentiam immensurabilem, cujus tamen unica mensura est, divina scilicet voluntas. Quæcunque enim vult, eadem quoque potest. Quod Propheta his verbis aperte demonstrat: *Omnia enim quæcunque voluit Dominus, fecit*⁴⁰. Prædictorum porro veritatem sacra Scriptura confirmat. Audimus enim Deum sic in legislationis suæ initio verba facientem: *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti. Non erunt tibi dii alieni coram me*⁴¹. Item alio loco, *Audi, Israel, Dominus Deus tuus Dominus unus est*⁴². His astipulantur et illa, quæ per Isaiam prophetam docet

Ego, enim inquit, sum Deus primus, et ego novissimus, et absque me non est Deus ⁴³. *Ante me non est formatus Deus alius, non fuit, nec post me futurus est, nec alius est præter me.* Item, *Ego Deus, nec est præter me, justus servator, nec est præter me* ⁴⁴. Quibus certe verbis Valentinum, Marcum, Basilidem, et Marcionem vanitatis coarguit, neque enim ante eum, neque post eum, alii cuiquam Dei nomen tribuit: sed eundem primum et postremum esse confirmat.

CAP. XXVI.

De Patre. Videntur hæc præcedentibus ἀμείωως adnectenda.

His porro sacrarum Scripturarum doctrina consentanea est. Servator enim et Dominus noster is est, qui omnem pro nobis justitiam adimplevit. Ipse enim dixit Joanni, *Sine modo, sic enim decet nos implere omnem justitiam* ⁴⁵. Idem quatenus homo, oratione usus est, et a Patre petiit, ut apostolos doceret. Atque in orationis forma theologiam doctrinam discipulis insinuavit. *Hæc est enim, inquit, vita æterna, ut cognoscat te solum verum Deum* ⁴⁶. Item, *Confiteor tibi, Pater, Domine cæli et terræ, quoniam abscondisti hæc a sapientibus et revelasti illa parvulis* ⁴⁷. Quin et sanctus Apostolus sic ait: *Regi autem sæculorum immortalis, invisibili, soli Deo, honor et gloria in sæcula sæculorum, Amen* ⁴⁸. Item, *Unus Deus, unus mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus.* Item: *Unus Deus Pater, ex quo omnia* ⁴⁹. Hæc et hujusmodi pleraque testimonia in utroque Testamento reperire est, quæ hanc concordiam confirmant, unumque Deum prædicent, quem tum Vetere, tum Novo Testamento invisibilem esse constat. In Vetere enim ad Mosem sic ait: *Non enim videbit me homo et vivet* ⁵⁰. In sacris autem Evangeliiis Dominus dixit: *Nemo vidit Patrem, nisi qui est ex Deo, hic vidit Patrem.* Hoc ipsum divinus etiam evangelista sic exclamans attestatur: *Deum nemo vidit unquam.* Indicat vero etiam unde id didicerit, subdit enim: *Unguentus qui est in sinu Patris, ille enarravit.* Apostolus quoque sic exclamat: *Immortalis, invisibilis, soli sapienti, honor et gloria in sæcula sæculorum Amen.* Item: *Quem nemo vidit hominum, neque videre poterit.* Immensum porro et incircumscriptum eundem esse, aliis ex utriusque Testamenti locis dicimus. Atque in Vetere quidem Deus ait: *Nonne cælum et terram ego compleo? dicit Dominus.* Item: *Cælum mihi sedes est terra autem scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabilis mihi? dicit Dominus. Vel quis locus quietis meæ est?* Davides quoque divinis moribus conspicuus exclamat: *In manu ejus sunt omnes fines terræ* ⁵¹: ubi manum pro dispensatricis virtutis effectu usurpat.

Quibus etiam verbis illum omnibus in rebus incircumscriptum esse ostendit: ex cujus nimirum providentia omnia dependeant. Idem in alia quadam hymnodia, seu laudum cantico, ad eum sic ait: *Quo ibo a spiritu tuo, aut quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cælum, tu illic es; si descendero in infernum, ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, et habitavero in extremis maris: etenim illic manus tua deducet me, et occupabit me dextera tua* ⁵². Hæc utique incircumscriptam ejus substantiam et potentiam declarant. Isaias quoque propheta clamat: *Qui sedet super gyrum terræ, et habitatores ejus sunt tanquam locustæ* ⁵³. Alio item loco idolorum impotentiam reprehendens, hæc subjicit, quibus Dei universorum cognitionem adipiscamur. *Quis enim, inquit, mensus est pugillo aquas et cælos palmo ponderavit? quis appendit tribus digitis molem terræ, et libravit in pondere montes, et colles in statera? Quis adjuvit Spiritum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit, et ostendit illi? Cum quo iniiit consilium, et instruxit eum, et docuit eum semitam justitiæ, et erudit eum scientiam, et viam prudentiæ ostendit illi* ⁵⁴? Deinde quantum humano intellectu et lingua luctulenta consequi potest, quam immensa sit Dei virtus ostendit. Nam si *gentes omnes, inquit, quasi stilla stilulæ, et quasi momentum stateræ et tanquam saliva reputatæ sunt, cui assimilastis Dominum, aut quam imaginem ponetis ei* ⁵⁵? Quod si cælum, terra, et aquea natura omnem naturam creatam continent, horum autem omnium mensura divinæ manus mensura est, perpendant illi, qui lingua Deum metiri conantur, quam immensa sit ejus natura; manum sibi in animo proponentes, non quæ corporis membrum sit, sed energiam illam, seu vim electricam, quæ cuncta condiderit et gubernet.

Hæc sunt, quæ de universitatis Deo vetus nos Scriptura docet. Cæterum ante diotis longe plura cuius invenire facile est, quibus divinam substantiam, sapientiam, et potentiam incircumscriptam esse patet. In divinis autem Evangeliiis Dominus Samaritanam hæc et similia sentienda esse docuit, quæ cum divinam majestatem loco circumscriptam existimaret, eaque de causa dixisset: *Patres nostri in hoc monte adoraverunt, et vos dicitis, quia est locus Hierosolymis ubi adorare oportet* ⁵⁶, Dominus illam contrarium sentire docuit, nimirum divinam naturam incircumscriptam esse. Dixit enim ei: *Amen dico tibi, mulier, quoniam venit hora, et nunc est, quando neque Hierosolymis, neque in loco hoc adorabunt Patrem.* Quibus verbis cum divinum cultum nullis circumscribi Deus locis docuisset, subjunxit: *Spiritus est, et adorantes eum in spiritu et veritate adorare decet* ⁵⁷.

Una vero et eadem opera divinam naturam in-

⁴³ Isa. XLIV, 6. ⁴⁴ Isa. XLIII, 10, 11. ⁴⁵ Matth. III, 15. ⁴⁶ Joan. XVII, 3. ⁴⁷ Matth. XI, 25; Luc. X, 21. ⁴⁸ I Tim. I, 17. ⁴⁹ I Tim. II, 5; Ephes. IV, 6. ⁵⁰ Exod. XXXIII, 20. ⁵¹ Psal. LXXXIV, 4. ⁵² Psal. CXXXVIII, 7 seqq. ⁵³ Isa. LX, 22. ⁵⁴ Ibid. 45, 48. ⁵⁵ Ibid. 12 seqq. ⁵⁶ Joan. IV, 20. ⁵⁷ Ibid. 23, 24.

corpoream quoque et indefinitam esse ostendit. Porro æternum etiam esse eundem universitatis Deum beatus David auctor est, qui nunc dicit: *A sæculo et in sæculum tu es*: nunc vero: *Exaudivit Dominus, et humiliabit eos, qui est ante sæcula*⁵⁸. Docet etiam Isaias propheta, his verbis exclamans: *Deus sempiternus Dominus, qui creavit terminos terræ: non deficiet, neque laborabit, nec est investigatio sapientie ejus*⁵⁹. Beatus insuper Apostolus eundem sæculorum creatorem novit. Dominus autem naturam divinam non tantum rerum creationi præfuisse, sed regnum etiam sanctorum concessum esse ante constitutionem mundi testatur.

Hæc sunt, quæ de universitatis hujus principio et veteris et novæ Scripturæ lectione didicimus, non autem, ut Valentinus et Basilides fabulantur, sæculorum utriusque sexus conjugia, et commixtiones, quibus velut in procinotu consistant: nec vero etiam contraria et diversa, cum Cerdone, Marcione, et Manichæo principia, sed unum principium et justum, ut paulo post ostendemus.

CAP. XXVII.

De Filio. [Quod unigenitus, verus Dei Filius altissimus, Dominus, æternus, Deus, Jesus Christus, Patri consubstantialis, coæternusque sit.]

Quemadmodum autem in unum Deum Patrem credere didicimus, ita etiam in unum Filium, qui natus sit ante sæcula, neque secundum Valentini fabulas, alium unigenitum, alium Verbum, alium Christum, alium denique Jesum esse docemus; neque vero Arianam Eunomianamque blasphemiam secuti, eum qui Filius dictus est, creaturam nominamus. Illum enim Scriptura divina unigenitum esse testatur. Quod si creatus est Unigenitus, sororem habeat creationem, universasque totius creationis partes necesse est; sin unigenitus est, ut est, nulla illi prorsus cum rebus creatis societas intercedit. Unigenitum porro esse Unigenitum ipse his verbis attestatus est: *Sic dilexit Deus mundum, ut unigenitum Filium suum dederit, ut omnis qui credit in eum non perdat, sed habeat vitam æternam*⁶⁰, et paulo post: *Qui credit in eum non judicatur, qui vero non credit, jam judicatus est, quia non credidit in nomine unigeniti Filij Dei*⁶¹. His evangelista quoque sic stipulatus est: *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis*⁶². Neque enim natura carnis quidquam de divinitatis dignitate diminuit, sed vel carnem indutus paternam nobilitatem ostendit. Item: *Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ille enarravit*⁶³. Baptista quoque sic exclamat: *Qui credit in Filium habet vitam æternam, qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam sed ira Dei manet super eum*⁶⁴. Omnes denique apostoli eum

A Dei Filium verum et legitimum vocant. Atque ipse adeo Pater cum Filium cælitus nominasset, quam genuinas ejus esset generatio demonstrat. Ait enim: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complurimum est*⁶⁵. Quid porro Baptistam, quid evangelistam, quid apostolos, quid ipsum denique rerum omnium Deum dico? ne ipse quidem diabolus, mendacii pater, alio eum compellere nomine ausus est: sed antequam in certamen descenderet, dubitans dixit, *Si Filius Dei es*⁶⁶. Amissa vero victoria, jam edoctus quis esset, haud dubie exclamat: *Quid nobis et tibi Fili Dei? venisti huc ante tempus, ut nos torqueres*⁶⁷? Philippis autem eundem et excelsum, et Filium appellavit. *Hi enim homines, inquit, servi Dei excelsi sunt, qui quidem annuntiant nobis viam salutis*⁶⁸. Christi autem apostolos servos appellat, hoc nomen ab iis edoctus. Beatum enim Paulum ita dicentem et scribentem audierat: *Paulus servus Jesu Christi vocatus Apostolus*⁶⁹. Item, *Paulus et Timotheus servi Jesu Christi*⁷⁰. Quod si vel ipse mendacii doctor et Deum, et excelsum, et Dei Filium vocat, veritatisque fulgoribus cedat; certe patris sui diaboli compellationem vincere audent. Cæterum, ut eundem a divinis quoque viris altissimum dici probemus, audire est Zachariam, dum his proprium Filium verbis alloquitur: *Et tu, puer, propheta Altissimi vocaberis præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus*⁷¹. Magnus enim ille Joannes non Deum Patrem, sed unigenitum Filium præcesserat, cujus rei vel ipse testis est: interrogatus enim, an ipse esset Christus, hoc quidem negavit, responditque, *Ego missus sum ante faciem ejus*⁷². Divinus insuper ille David eundem sic alloquitur: *Cognoscant gentes quod nomen est tibi Dominus, tu solus altissimus super omnem terram*⁷³. Si enim Dominus, et Deus est. Unus enim Dominus Jesus Christus, per quem omnia⁷⁴, ut beatus Apostolus ait. Item *Unus Dominus, una fides*⁷⁵. Proinde Filius altissimus est, quandoquidem Dominus. Sed de his quidem plerumque contra Arium et Eunomium, libris adversus eos editis, disseruimus; nunc quod instat, agamus, eundemque Dominum esse, qui et unigenitus, et Deus Verbum, et Servator et Jesus sit, didicisse nos ostendamus. Petrum autem in medium proferamus, qui primus has appellationes cum magno confesso confessus est. Primus enim inter sacros apostolos interrogatus a Servatore, *Vos autem quem me esse dicitis?* respondit, *Tu es Filius Dei vivi*⁷⁶. Beatus autem Joannes evangelista eundem et Verbum quod fuit ante sæcula, et unigenitum Filium, et mundi totius opificem, et Christum Jesum vocat, his verbis, *In principio erat Verbum*⁷⁷. Quibus verbis æternum fuisse significat. Qui enim

⁵⁸ Psal. lxxxix, 2; Psal. liv, 20. ⁵⁹ Isa. xl, 28. ⁶⁰ Joan. iii, 16. ⁶¹ Ibid. 18. ⁶² Joan. i, 14. ⁶³ Ibid. 18. ⁶⁴ Joan. iii, 36. ⁶⁵ Matth. iii, 17. ⁶⁶ Matth. iv, 3. ⁶⁷ Matth. viii, 29. ⁶⁸ Ac. xvi, 17. ⁶⁹ Rom. i, 1. ⁷⁰ Philip. i, 1. ⁷¹ Luc. i, 76. ⁷² Matth. ii, 10; Psal. lxxxii, 19. ⁷³ I Cor. viii, 6. ⁷⁴ Eph. iv, 5. ⁷⁵ Matth. xvi, 15. 16. ⁷⁶ Joan. i, 1.

in principio erat, utique semper erat, nec enim dixit, In principio flebat, vel in principio creabatur, sed, *In principio erat*. Docet vero etiam quid esset, subjungit enim, *Et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* ⁷⁶. Deinde proœmio resumpto subinfert, *Hoc erat in principio apud Deum* ⁷⁶, atque hoc quidem communi nomine τὸ ὁμοούσιον, hoc est æqualitatem substantiæ indicavit.

Quod insuper Deum dixerit, his verbis, *apud Deum*, personarum differentiam denotavit; hunc Filium unigenitum Jesu Christi nomine sæpe dixit. Sapientissimus porro Paulus sic ait: *At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege: ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus* ⁷⁷. Item, *Cum vero placuit ei, qui me segregavit ab utero matris meæ, et vocavit per gratiam suam, ut revelaret in me Filium suum* ⁷⁸. Hæc et innumera alia testimonia invenire est, quibus eum Christum quoque et æternum Filium, et Patri cœternum vocant, quem idem quoque doctor docens primo quidem loco sæculorum factorem esse ostendit. Inquit enim: *Novissime diebus istis locutus est nobis in Filio, quem posuit hæredem universorum, per quem fecit et sæcula* ⁷⁹.

Quia vero qui divina divino sensu intelligere nolunt, fieri posse non putant, ut Deo cœternus sit, qui ex Deo est: nam dum stulte juxta et temere naturam divinam humanæ naturæ legibus subjacere putant, Patrem filio seniore esse suspicati sunt: beatus Apostolus de his abunde disputans, unigenitum Filium, et ex Deo, et cum Deo esse evidenter ostendit. Eum enim splendorem gloriæ nominavit: siquidem splendor et ex igne, et cum igne subsistit. Igne enim splendor innatus est, ut soli radius. Ex quo enim sol, ex eodem et radii, sed tamen radiorum causa soli, et splendoris igni ascribitur: nec enim sol ex radiis, sed radii ex sole oriuntur, et splendor ex igne procedit. Proinde unigenitus et Filius ex Patre quidem natus est, Patri autem non secus atque oratio rationi, splendor igni, et radius soli cohæret. At harum rerum nulla per se subsistit, sed in eo hypostasin, hoc est sedimentum et subsistentiam habet, ex quo enascitur. Deus autem Verbum, splendor gloriæ, energia non est ἀνοστήτως a Patre, seu a Patris hypostasi sejuncta, sed vivens et per se subsistens hypostasis. Nec enim simpliciter Verbum nominatur, sed Deus Verbum: nec splendor gloriæ duntaxat, sed hypostaseos quoque suæ character. Quia enim una eademque imagine res divinas aperte exprimere impossibile erat, pluribus eaz hoc pacto imaginibus dicimus: et splendor quidem gloriæ cœternum, hypostaseos autem character similitudinis perfectionem arguit, hypostaseosque seu personarum differentiam docet.

Verbum autem cum dicitur, generationem nulli

⁷⁶ Joan. I, 1. ⁷⁶ Ibid. 2. ⁷⁷ Galat. IV, 4, 5. ⁷⁸ Galat. I, 15, 16. ⁷⁹ Hebr. I, 1. ⁸⁰ Joan. V, 17. ⁸¹ Ibid. 21. ⁸² Joan. XIV. ⁸³ Ibid. IX. ⁸⁴ Ibid. ⁸⁵ Joan. XVI, 7. ⁸⁶ Joan. XV, 25.

passioni obnoxiam ostendit. Ne enim filii nomine audito humanis suspicionibus involveremur, mundique totius Opificem eadem nobiscum lege natum arbitraremur, ea de causa Verbum nuncupavit, innuens generationem illam ab omni passione liberam. Nec enim menti seu rationi nostræ ad sermonem concipiendum et efformandum femine complexu opus est: aut ulla sectio, ullusve fluxus tolerandus est: sed perfectus manens perfectum sermonem efficit. His itaque et generationem nulli passioni obnoxiam, et cœternitatem Unigeniti didicimus.

Est vero etiam ejusdem cum Patre potentiæ, eique similis et æqualis in omnibus: ut ex Domini doctrina dicere quivis facile potest. Ait enim: *Pater meus etiam nunc operatur, et ego operor* ⁸⁰; et, *Sicut Pater suscitavit mortuos, et vivificavit* ⁸¹; et, *Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt* ⁸²; et: *Ego in Patre, et Pater in me*; et, *Qui videt me videt Patrem* ⁸³.

Ex his porro quæ sequuntur incommutabilis ejus similitudo perspicua fit. Philippo enim Patrem sibi ostendi rogante, seipsum Dominus ostendit se viventem Patris imaginem esse significans, quæ perspicuos Genitoris characteres, seu signa, præ se ferret. Dixit enim Philippo: *Tantum tempus vobiscum sum, et non novisti me, Philippe* ⁸⁴? Patrem, inquit, cupis videre, cum me videas? itaque non novisti me: si enim me novisses, nequaquam illum videre optasses. In me enim Pater videtur: siquidem hoc ex his verbis inducitur: *Qui vidit me, vidit et Patrem*. Porro hic per aspectum contemplatio fidei intelligitur. *Tantum enim, inquit, tempus vobiscum sum, et non me novisti, Philippe*: non dixit, Non vidisti, sed, *Non novisti*. Videbat enim Philippus, id quod sub aspectum cadebat: divinitatem vero, quæ invisibilis est, non item. Proinde culpatus merito est, qui Filium perfecte non nosset, idcircoque Patrem videre optasset.

CAP. XXVIII.

De Spiritu sancto, et ejus charismatis.

Spiritum itaque sanctum a Patre [Filioque] substantiam habere didicimus: cujus substantiæ modus neque creaturæ (Increatus enim Spiritus sanctus) neque unigenito Filio similis est. Sanctorum enim Patrum nemo divini Spiritus substantiam generationis vocabulo significavit: quamvis ipsum ex Patre esse, atque etiam divinum, sacræ testentur Litteræ. Dominus enim Christus hæc de ipso dicit: *Expedit vobis, ut ego abeam, nisi enim abiero, Paracletus non veniet ad vos* ⁸⁵, et alibi: *Cum autem venerit Paracletus spiritus veritatis, qui ex Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me* ⁸⁶. Eo autem quod ipsum ex Patre procedere ait, Patrem fontem Spiritus esse indicat, neque vero, Procedet, inquit, sed *Procedit*, eandem utriusque naturam, substantiamque individuum et indifferentem, per-

sonarum denique conjunctionem ostendens. Quod enim procedit, ab eo a quo procedit separari non potest. Beatus porro Apostolus [in priore] ad Corinthios Epistola, hæc de Spiritu dixit: *Spiritus autem omnia scrutatur, etiam profunda Dei*⁸⁷, quam quidem scrutationem ne ulla unquam deleret ignorantia, subjunxit: *Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? ita et quæ Dei sunt nemo cognovit, nisi Spiritus Dei*⁸⁸. Postquam autem his verbis omnem ei cognitionem adscripsit, indicat etiam unde substantiam habeat: *Nis autem, inquit, non spiritum mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est*⁸⁹, quibus certe verbis eodem illum in ordine, quo et Patrem et Filium collocat, ad creationis autem ordinem nunquam redegit: nec enim creationis illum partem esse intelligit, neque Arii, Eudomii, et Macedonii blasphemiam secutus *πρῶτον ποίημα*, hoc est primam creaturam nominat. Sed gratiæ divinæ dona demonstrans ita inquit: *Divisiones autem gratiarum sunt, ipse autem Deus operatur omnia in omnibus*. Deinde commonstrata charismatum differentia subjecit: *Hæc vero cuncta operatur unus atque idem Spiritus dividens singulis prout vult*⁹⁰. Neque enim servilis est, inquit, ministerii, sed Dominicæ dignitatis sanctissimus Spiritus: neque ministrat, sed cooperatur, et tanquam Dominus operatur. Sic et in fine secundæ ad eisdem Epistolæ benedictionem attexuit: *Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio sancti Spiritus, cum omnibus vobis. Amen*⁹¹. Atque in priore quidem Epistola, primum locum Spiritui, hic vero extremum assignat, docens dignitatum differentiam ex ordine nominum non esse colligendam. Spiritui itaque Filium Patri præposuit, non ut ordinem semel a Deo positum subverteret, sed ut eodem honore Trinitatem colendam esse subindicaret. Idem apostolis quoque divinitus infusus est. Primo enim domum concussit, ut divinam denotaret apparitionem. Hoc enim Propheta de universitatis Deo dicit: *Qui respicit terram, et tremere facit eam*⁹². Deinde discipulis quoque in specie ignis insedit, quemadmodum jam olim Denm in rubo apparuisse Moses attestatur: et quemadmodum rubus ille, quamvis arderet, non tamen consumebatur: ita apostolorum linguæ haudquaquam vim energiamve adustivam expertæ sunt. Quæ cum non verbis, sed rebus et actis Petrus ille divinitate præ cæteris conspicuus didicisset, ipsum Deum vocavit, cum Ananiæ furtum redargueret. Cum enim dixisset, *Cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto?* subjunxit: *Non mentitus es hominibus, sed Deo*⁹³. His astipulantur et ea, quæ a beato Paulo de Spiritu dicta sunt. Credentes enim templa Dei vocat, in quibus nimirum gratia Spiritus habitat. *Nescitis enim, inquit, quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis*⁹⁴? Item, *Nescitis quoniam*

*A corpora vestra templa sunt sancti Spiritus, qui est in vobis, quem habetis a Deo*⁹⁵?

Quibus verbis aperte Spiritum sanctissimum divinæ esse naturæ docet. Nam si Dei templum credentes dicuntur, ubi primum gratia Spiritus donati sunt ex consecutione Spiritus sanctus ex Deo est.

Quia enim ejus gratia in illis habitat, idcirco Dei templum denominati sunt. Apertius porro et explanatius nobis a Domino dignitas Spiritus indicatur. Cum enim baptismatis mysterio aposioli informaret, ita inquit: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti*⁹⁶. Quod si creata natura vel Filius, vel Spiritus sanctus, prædictus fuisset, nunquam creatori Deo acoensi connumeratique fuissent: verbis enim divinis accusantur ii, qui creaturæ, loco Creatoris servierunt. Proinde Unigenitus quoque carnem assumpsit humanam, ut homines ab hoc errore liberaret, Deique a creatura differentiam ostenderet. Sublata autem creaturæ adoratione, naturam creatam adorari non jussit. Absurdorum enim hoc vel maximum fuerit, si quis homines ab iis qui dii non sunt abductos, creaturam servitio addiderit. Itaque Filium et Spiritum sanctum increata præditos esse natura perspicuum est. Nam in Patrem, et Filium et Spiritum sanctum credere idcirco docemur, et in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti baptizamur. Quia enim primum hominem non solus Pater creavit, sed et Filius et Spiritus sanctus (dixit enim, *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*⁹⁷), merito certe tunc etiam cum resurrectione, novaque mundi creatio peragitur, Filius et Spiritus sanctus Patris consortes fiunt, Trinitatisque adeo invocatio eorum qui baptizantur unum quemque regenerat.

CAP. XXIX.

De divinis nominibus.

Sed divinorum etiam nominum interpretatio sic se habet. Quia enim væcordes illi Hebraicorum nominum interpretationem ignorantes, Adonai, Eloï, et Sabaoth diversos esse deos arbitrati sunt, operæ pretium mihi facturus videor, si rudibus et ignaris aperiam quid horum nominum unumquodque Græcis et Latinis auribus sonet. Eloth itaque Θεόν Deum interpretatur. Eloï autem, ὁ Θεός μου, Deus meus. El quoque, si tenui spiritu proferatur Θεόν Deum: si aspero, ισχυρόν fortem significat. Adonai autem, Κύριον Dominum. Cæterum Dominus Sabaoth, idem sonat, quod Κύριος δυνάμεων, Dominus virtutum, vel Κύριος στρατιῶν, Dominus exercituum. Nam apud Græcos militares ordines δυνάμεων, seu virtutum potestatumve nomine designantur. Saddai porro ἰσχυρὸν καὶ δυνατὸν inodum et potentem. Alia vero τὸν ὄντα, eum qui est significat: quod nomen ineffabile quoque ab

⁸⁷ Cor. II, 10. ⁸⁸ Ibid. 14. ⁸⁹ Ibid. 12. ⁹⁰ I Cor. XII, 6, 11. ⁹¹ II Cor. XIII, 13. ⁹² Psal. I, 35, 32. ⁹³ Act. V, 3. ⁹⁴ I Cor. III, 16. ⁹⁵ I Cor. VI, 19. ⁹⁶ Math. XXVIII, 19. ⁹⁷ Gen. I, 6.

H bræis censebatur. Samaritani eundem labedunt, verbi vim ignorantes. Hæc cum minus vercores illi adverterent, deos diversos appellaverunt.

CAP. XXX.

Ejusdem Chroniatæ [Trinitatis demonstratio, a trutinæ æquilibrio, duplici alarum seraphicarum Trinitate, Trisagio.]

Dubitantibus autem, quanam de causa Filius enuntiatione medius assumitur, extrema autem Pater et Spiritus sanctus occupent, respondere possumus, quod cum Deus statera justitiæ dicatur eadem prorsus ratione, qua stateram dicimus, is quoque ordo in natura divina excogitatus est, ut medium locum Filius occupans summam æqualitatem cum duobus extremis conservet. Ipse enim et primam illam mundi fabricationem, et eam quæ subsecuta est generis reformationem perfecit. Cæterum stateræ exemplo, æqualis illa virtus et potentia subindicatur, quæ in Trinitate (cujus immensa est potentia) elucescit cum ex tribus illis personis nulla quidquam amplius sursum ferat, quam illa quæ deorsum vergit, sed in æquilibrio honoris, gloriæ et substantiæ libretur, et theologica constantia persistat. Ex quo fit, ut in rebus quoque generationi obnoxiiis æqualitas detur, æquumque tanquam trutina pensetur.

Imo duplex quoque seraphicarum alarum trinitas sanctæ Trinitatis mysterio proportionem quadam respondet; medium enim Patri, extrema autem Filio et Spiritui respondent; trinaque adeo sanctitatis enuntiatio cum per se prorsus immutabilis existat, tres personas substantia, virtute potentiaque immutabiles ænigmatice designat, imo etiam substantiæ æqualitas et unitas illa, quæ tribus inest, certa inductione et illatione unicum esse Dominum confirmat. Alæ quoque duplices omnem illam cognitionem denotant, quæ ad nos illorum beneficio descendit, etiamsi spiritus illam administrantes ab omni sint materia remoti, nec simplex illa descendat sed ejusmodi materia constans, quæ typis et figuris nostratibus conveniat, atque adeo composita compositis peraccommoda sit. Duplex autem est res omnis materialis, quæ nimirum ex materia et forma constet. Dicitio porro, Sanctus, id subindicat, quod sanctis superinsidet, cum quo nulla prorsus alia sanctitas conferri queat. Quotquot enim Divinitatis ratione sancti dicuntur, haud dubie profani et impuri, quemadmodum omnes quoque reges servi, et ea quæ sunt non esse censebuntur, si cum Deo, id est eo qui vere est, conferantur. Hac ergo dictione, Sanctus, excellentia in Deo et prærogativa denotatur, idque adeo, quod dignitate sua rerum omnium naturas exsuperet. Sanctum enim hoc loco non id significat, quod a sorde qualibet corpus aut animam pollente purum existat, absit! Quo enim encomio Deus ita

extolleretur, imo vero, qui non extremum hoc dedecus fuerit, si ad majus laudis argumentum perturbationibus illis, quibus omnes obnoxii sumus, liberum esse Numen asseramus? Sed id potius, quod segregatum, et cæteris omnibus longe sublimius est, et quasi quodam recessu sepositum indicat. Quæ dictionis significatio frequens in Scripturis occurrit, ut: *Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur*⁹⁸, id est segregatum. Item in libro Judicum: *Pariet Filium, et non ascendet ferrum super caput ejus, quoniam sanctificatus est puellus*⁹⁹, et innumeris in locis. Eodem etiam sensu locum, vel panem, vel vinum sanctificari dicimus, quæ Deo segregantur, nec in communem aliquem usum cedunt. Proinde simul atque ad altare sacerdotes introierant, sacrorum Psalmorum cantor superius exclamabant: Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus Immortalis. Quod quidem laudum præconium ex veneranda illa Seraphici ordinis confessione compositum est. Idem porro canticum ex Cherubico etiam præconio, musicoque sacrorum Psalmorum cantu constare discimus, cum in psalmo quidem Sanctus Deus, fortis, vivus canatur. Ubi certe dicitio Vivus loco dictionis Immortalis, tanquam idem significans assumpta; dicitio autem Fortis in integro retenta, et hoc modo sacra demum cantio contexta est. Deus tamen obiter, et Sanctus, ex adversario impiis idolorum cultibus opponuntur. Quæ quidem terrena sunt, operaque manuum hominum, atque abominationes revera. Fortis autem eisdem opponitur, quatenus muta, immobilia et infirma sunt. Immortalis denique, quatenus nec respirant, nec operantur, nec ulla viæ scintilla fruuntur. Cæterum supra memorati cantici compositio beato Proclo Constantinopolitano pontifici ex revelatione innotuisse fertur, qui angelis quidem sacrum hunc hymnum modulantibus illo, ipse primus omnium initiatus est.

Enimvero senarius ille quoque primorum dierum numerus cujus in libro de mundi generatione mentio fit, typo quodam trinam Dei cognitionem exprimit; quod quidem cum aliis aliquot ex locis, tum ex hoc perspicuum est: *Dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam*¹. Item ex hoc: *In capite libri scriptum est de me*². Quicumque enim de primis illis diebus exposuerunt, obscuri nihil eloquenti sunt. Nam caput et principium libri, id est totius Scripturæ divinitus inspiratæ, ille dierum senarius numerus est, quibus fabrica mundi consummata fuit. Ex quorum magnitudine et decore Creator innotescens laudibus effertur.

His Gregorii quoque Theologi vox attextenda, quæ quidem nobis ad tres usque personas divinitatis mysterium revelatum fuisse testatur. Unitas enim, inquit, ob insitas opes emersit. Dualitas autem ubertate materiæ et formæ, quibus corpora

⁹⁸ Exod. xiv, 19. ⁹⁹ Judic. xiii, 5; xvi, 17. ¹ Psal. xviii, 3. ² Psal. xxxix, 8.

que non fuerit. Cum tres inter se conjuncti unus sit Deus, sola cujusque differentia in essentiâ communionem individue personam dividente. Solus enim Pater, Pater. Solus Filius, Filius. Solus Spiritus Sanctus, Spiritus. His enim differentiis non convertuntur inter se. Sed in his individue quidem dividuntur, essentiâ autem ratione communicant. Trinitas, simplex, insecabilis, incomposita, ex tribus perfectis per se perfecta, et plus quam perfecta est. Cujus una natura, divinitas et voluntas, una denique actio glorificatur. Quorum enim natura una est, eorum voluntas et actio una, quemadmodum beato Basilio docente didicimus.

Confitemur item unam sanctæ Trinitatis personam, unigenitum, inquam, Dei Filium, Deumque nostrum, Patri et Spiritui Sancto consortem et cœternum : a Patre quidem ante sæcula genitum, quantum ad divinitatem : eundemque in ultimis et præfinitis temporibus, ut genus humanum servaret et reformaret, e cœlis descendisse, seu voluntaria exinanitum humilitate puræ Deiparæque Virginis Mariæ ulterum subiisse, quæ a Spiritu sancto præpurgata corpore et animo fuerat, ex ejusque sancta et incorrupta carne, in subsistentia propria carnem assumpsisse : ita ut consubstantialis nobis effectus, eam in ipsa, mediante anima rationis et intellectus particeps, compingeret atque efformaret. Qui ex eadem Virgine intermergatus Matre natus est, supra quam dici aut excogitari ullove intellectu percipi possit. Cum enim sine semine, supernaturalisque conceptio fuisset, ineffabilis quoque partus et inenarrabilis fuit. More itaque nostro, qui supra nos erat Christus et Dominus processit, omnia nostra essentialiter in se ferens, uno peccato dempto, totus homo factus, totusque Deus manens, idem terrenus et cœlestis, visibilis et invisibilis, mortalis et immortalis. Duæ enim naturæ indivulsa conjunctione coherentes unum nobis Emmanuelem perfecerunt : ita tamen, ut citra ullum defectum proprietates naturarum, ex quibus compositus est, sartas tectas conservaret. Cum enim totus simplex esset, secundum divinam, eandemque paternam et æternam generationem, duplex processit secundum maternam eandemque temporariam et corporalem generationem. Itaque tametsi duas Christi Dei nostri generationes profiteamur, unam tamen ejus personam prædicamus, cujus essentia duabus in naturis perfectis elucescat. Quamvis enim una sanctæ Trinitatis persona esset, mansit tamen, vel cum Verbum caro factum est, perfectus in Divinitate, idemque perfectus in humanitate : Divinitate quidem Deo Patri consubstantialis, idemque nobis humanitate consubstantialis : patibilis carne, impatibilis Divinitate. Unde fit, ut alii miracula, et alii passiones non distribuamus : sed tanquam uni eisdemque Domino nostro Jesu Christo utrum-

que specimen attribuamus : alia quidem ratione miracula edenti, alia item patienti Divina siquidem naturæ ratione signorum virtutem deprompsit, ex humanæ autem formæ præscripto, eas passiones non detrectavit, quibus ea natura obnoxia est, ut in seipso passiones nostras in passionum vacuitatem transformaret, prout his verbis attestatur Apostolus : *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem* ⁶. Nec enim ille humani generis amator humanis, et nulli reprehensioni obnoxius, passionibus objici, et quamvis Deus esset immortalis, anima tamen mediante corporaliter morti affligi dedignatus est : anima, inquam, omnibus in rebus perfecta, suisque numeris absoluta, et cui nihil omnino ad humanitatis perfectionem deesset. Humanæ porro perfectionis index mens ipso est, qua volumus, et a brutis animantibus differimus. Eorum enim quæ mentis expertia sunt, nullum velle potest. Quidquid autem voluntate, idem et intellectu præditum est. Ubi enim mens, ibi etiam prorsus intellectus est. Jam si Servator perfectus homo fuit, in Divinitate perfecta manens, procul dubio neque mente, neque voluntate caruit. Qui autem humanam Christi animam naturali voluntate privare conantur, eam mentis expertem, ipsi mentis expertes descripserunt, et passionem et mortem impatibili naturæ ascribentes. Qua quidem hæresi hoc consequuntur, ut perfecte salvi facti non videamur. Nec enim naturalem humanitatis ejus voluntatem, naturalemve actionem negamus, ne una eademque opera dispensationis salutis nostræ caput et summam antiquemus, et Divinitati passiones ascribamus, ut astruere conati sunt illi, qui una illum voluntate, unaque actione, non sine magna impietate, recens excogitarunt impiamque Arii, Apollinarii, Eutychis, et Severi hæresin innovarunt.

Nos autem orthodoxæ confessionis assertores unum eundemque Christum Filium Dominum unigenitum astruimus, qui duabus in naturis inconfuse, simpliciter, inseparabiliter, individue dignoscitur. Ita tamen, ut nullatenus naturarum differentia vi conjunctionis sublata sit, imo potius utriusque naturæ proprietas integra permanserit, et in unam personam unamque hypostasin concurrerit : non ut in duas personas partitionem divisionemve admiserit, sed unus idemque Filius unigenitus, Deus Verbum, Dominus Jesus Christus perseveraverit : quemadmodum superioribus temporibus prophetæ de ipso vaticinati sunt, ipseque adeo Jesus Christus nos docuit, sanctorumque Patrum symbolum nobis quasi per manus tradidit. Duas in eodem volitiones, seu voluntates, duasque actiones, citra divisionem, mutationem, partitionem, confusionemque ex sanctorum præscripto Patrum prædicamus, naturales, inquam, voluntates, non contrarias, quemadmodum impii astruxerunt

⁶ I Cor. xv, 53.

hæretici, absit! sed obsequentem ejus humanam voluntatem, at non resistantem aut reluctantem, imo potius divinæ, ejus et omnipotenti voluntati morigeram. Siquidem par erat, ut carnis voluntas moveretur; divinæ tamen voluntati subjiceretur, ut sapientissimus ille scribit Athanasius. Quemadmodum enim caro ejus caro Dei dicitur et est, ita et naturalis voluntas carnis ejus propria Dei Verbi dicitur et est: ut idem ait: *Descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me Patris*⁷. Quibus verbis propriam carnis ejus voluntatem intelligit. Quandoquidem ipsa quoque caro ei propria fuit, quemadmodum enim sanctissima et inculpata ejus animata caro, cum deificata est, haudquaquam periit; ita neque carnis ejus voluntas periit, imo potius integra permansit, ut Theologus Gregorius his verbis auctor est. Illius enim voluntas, qui pro Servatore intelligitur, haudquaquam Deo contraria est, cum tota Deum redoleat. In ea porro sententia sumus, ut naturales duas actiones citra divisionem, mutationem, confusionem, partitionem, in eodem Domino nostro Jesu Christo Deo vero conjunctas esse asseramus, hoc est divinam actionem, ut beatus ille Leo paulo apertius ait. Operatur utraque forma cum alterius communione proprietatis, Verbo scilicet id operante, quod suum est; et corpore vicissim ea efficiente, quæ sunt corporis. Nullo enim pacto eandem fuisse naturalem Dei et creaturæ actionem concedimus: ne vel creaturam impatibili essentiæ ascribamus, vel divinæ naturæ excellentiam in creaturarum ordinem redigamus. Unius enim ejusdemque miracula et passiones fuisse novimus: alia atque alia naturarum, ex quibus constat, ratione habita, in quibusque ejus essentia consistit, ut beatus Cyrillus ait.

Et itaque quod inconfusum et indivisum est omni ex parte servato, hoc in summa profitemur, unam sanctæ Trinitatis personam, Dominum nostrum Jesum Christum verum Deum nostrum esse credentes, duas ejus naturas asserimus, quæ in una ejus persona elucescant, in qua miracula et passiones, quamdiu ex dispensatione nobiscum versatus est, non phantasia et simulatione, sed revera exhibuit, cum præsertim naturalis differentia in ipsa unica persona cognoscatur: non quia persona præter naturas alias sit, sed quia in natura ejusdem personæ tota natura humana efformata sit. Quæque suarum sunt partium ea sic exsequitur, ut nihil desit: cum qua quidem persona hypostaticum Verbum cohærebat, uno peccato dempto. Quemadmodum etiam Verbum vicissim ea perfecte et absolute operabatur, quæ sibi propria erant, idque cum humana illa natura, quam assumpserat. Proferatur in medium denuo sanctissimus ille Leo, qui in epistola ad Leonem imperatorem ita scribit: Divinitas et humanitas ipso virginæ con-

ceptionis momento in tantam coierunt conjunctionem, ut ne humanæ quidem res sine divina essentia fierent: sed utraque natura cum alterius communione ea quæ sibi propria erant, et vellet et ageret. Quocirca duas etiam naturales voluntates, totidemque actiones ad humani generis salutem una concurrisset asserimus. Quare cum beati Patres hæc ita summo cum studio et diligentia undique congesserint et expresserint, par est, ut nullus aliter proferat, aut scribat, aut sentiat, aut doceat: imo vero ne diversum quidem ab hoc fidei symbolum iis proponat, qui vel ex gentibus, vel ex Judæis, vel ex hæresi quælibet ad veritatis cognitionem convertuntur.

CAP. XXXII.

B *Fides revelata sanctissimo Gregorio mirifico, tanquam ex supersanctæ Dei Genitricis, et sancti apostoli Joannis evangelistæ doctrina.*

Unus est Deus principium et Pater Verbi viventis, sapientiæ subsistentis, necnon virtutis et formæ æternæ, perfectus perfecti genitor, Pater Filii unigeniti.

Unus item est Dominus, solus ex solo, Deus ex Deo, imago persona Patris, Deus Verbum agens, qui rerum omnium hypostasin creavit sapientia, quæ universorum constitutionem continet virtus omnium creaturarum effectrix. Veritas ex verace Patre, invisibilis ex invisibili, incorruptibilis ex incorruptibili, immortalis ex immortalis, æternus ex æterno.

C Unus denique Spiritus sanctus perfectus, perfecta viventium vita: sanctitas, et sanctitatis fons, atque sanctitatis largitor. Ex quo fit, ut Deus omnium credentium calculo sit super omnia, Filius per omnia, Spiritus sanctus in omnibus. Trinitas perfecta, cujus honor, sempiternitas et regnum neque dissecatur, neque alteratur. Quare in Trinitate creatum nihil est: neque ascititum, ac si quid esse postea cœperit, quod antea non fuerit. Nullo enim unquam tempore Filius Patri defuit, neque Filio Spiritus, nec unitas in binarium excrevit, nec binarius in Trinitatem, sed semper una eademque Trinitas citra ullam mutationem alterationemve mansit.

CAP. XXXIII.

Iterum de sancta Trinitate (de Patre, Filio, et Spiritu sancto distincta simul et conjuncta Divinitatis ratio, ex B. Joanne Damasceno, cap. 8.)

D Itaque credimus in unum Deum, unicum sine principio principium, increatum, æternum, ingentium, incorruptibilem atque immortalem, immensum, nullis finibus circumscriptum, indefinitum, immensæ potestatis, simplex, incompositum, incorporeum, inexhaustum, imperturbatum, immobilem, immutabilem, invisibilem, bonitatis et justitiæ fontem, lumen intelligibile, inaccessam potentiam quæ nulla mensusura dignoscitur, sed sua seipsam propria voluntate dimittitur. Quæcumque

⁷ Joan. vi, 38.

enim vult, eadem quoque potest, ut quæ creaturas omnes visibiles et invisibiles creaverit, omnes contineat, omnibus imperet, et dominetur regno, quod nulli fini mortive obnoxium est, nec in se quidquam contrarium habet, quæ omnia plenitudine suas complens a nullo comprehendatur, imo potius omnia comprehendat, contineat, et exsuperet, quæ nullam non essentiam intemperate permeet, supraque omnia feratur, quæ nullam non essentiam exsuperet, supersubstantialis, et ea quæ sunt transcendens, plusquam divina, plusquam bona, plusquam plena, quæ principia omnia ordinesque definiat, omnis principii atque ordinis præses, quæ nullam non essentiam, vitam, rationem, atque cogitationem exsuperet, ipsum lumen, ipsa bonitas, ipsa vita, ipsa essentia, ut quæ alterius beneficio non sit, aut aliquid eorum quæ sunt existat, imo iis quæ sunt essentiæ, iis quæ vivunt, vitæ, iis quæ ratione utuntur rationis fons, omnibus denique honorum omnium causa sit, quæ omnia ante eorum generationem norit, tanquam una essentia, una divinitas, una virtus, una voluntas, una actio unum imperium, una potentia, una dominatio, unum regnum, quod in tribus perfectis personis cognoscitur, et adoratione una colitur. Creditur autem et adoratur ab omni creatura rationis particeps, citraque ullam confusionem conjungitur, et citra distractionem distinguitur, (quod mirum est), in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, in quos baptizati quoque sumus. Ita enim Dominus apostolis mandavit, ut baptizarent, his verbis : *Baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* ⁸. In unum Patrem, qui omnium principium et causa est, a nullo genitum, qui solus sine causa, et inginitus est, omnium quidem Creator, at unius tantum unigeniti Filii sui, Domini autem Dei, et Servatoris nostri Jesu Christi natura Pater, sancti autem Spiritus emissor existat.

Credimus item in unum Filium Dei unigenitum, Dominum nostrum Jesum Christum, qui ex Patre natus est ante omnia sæcula, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Cum dicimus Ante omnia sæcula, generationem ejus temporis et principii expertem esse indicamus. Nec enim ex eo quod non erat in essentiam productus est Filius Dei, splendor gloriæ, imago paternæ personæ, vivens sapientia et potentia, Verbum per se subsistens, essentialis, perfecta et viva imago Dei invisibilis, sed semper fuit cum Patre, et in ipso, ab æterno, et sine principio ex ipso genitus. Nec enim ullo unquam tempore Pater fuit, quo Filius non fuerit, sed cum primum fuit Pater, fuit et Filius ex eo genitus. Nec enim fieri potest, ut absque Filio Pater vocetur. Quod si Filium non habuisset, Pater haudquaquam fuisset, et si

A postea Filium habuisset, postea quoque Pater esse cœpisset, cum Pater antea non esset, atque ex non Patre in Patrem mutatus fuisset, qua blasphemia quid, quæso, magis impium excogitari potest? Fieri enim non potest, ut Deus naturali generandi vi privatus dicatur, generandi autem vis in eo consistit, ut ex seipso, sive propria ex essentia sibi natura similem procreet. Ex quo fit, ut si quis in Filii generatione tempus intercessisse, aut post Patrem, subsequutam fuisse Filii subsistentiam dicat, impius habendus merito sit. Ex ipso enim, hoc est ex Patris natura generationem Filii fuisse dicimus. Et nisi Filium ab initio una cum Patre fuisse, ut ex ipso genitum, concedamus, ulique Paternæ personæ mutationem introducimus : quia nimirum cum Pater antea non esset, Pater esse tandem cœperit. Tametsi enim creatura postea facta fuit, non tamen ex Dei essentia, sed ex eo quod non erat in id quod est voluntate et potentia ejus producta fuit.

B Nec vero mutationi natura divina obnoxia est. Generatio enim est, cum id quod gignitur essentia simile ex generantis essentia prodit. Creatura vero et figmentum, id quod extrinsecus, non autem ex creantis figmentive substantia res creata fictave depromitur, quæ quidem substantia prorsus absimilis existat. Quocirca generatio et creatio impatibilis est in uno duntaxat Deo, qui solus impatibilis, inalterabilis et immutabilis est, semperque eodem se modo habet. Cum enim natura impatibilis, inexhaustus, simplex et incompositus existat, ad passionem ullam fluxumque ferendum, neque generando, neque creando, haudquaquam idoneus est, nec ullo adjutorio eget. Sed generatio quidem principio carens et æterna est, cum sit opus naturæ, atque ex ejus essentia procedat : ne mutationi genitor sit obnoxius : neve Deus primus sit et postremus, atque incrementum recipiat. Creatio vero cum divisæ voluntatis opus sit, Deo cœterna non est, quandoquidem natura hoc comparatum non est, ut id quod ex nihilo in rerum naturam producitur, ei cœternum sit, quod principio caret, semperque est. Itaque quemadmodum non eodem modo Deus et homo operatur (homo enim ex nihilo nihil quidquam in rerum naturam profert, sed quidquid facit, id ex subjecta materia facit, præcedente non voluntate tantum, sed etiam præcogitatione, et ejus rei in animo informatione, quam facere instituit, sequente vero manu operatione, una cum laboris et tædii tolerantia : ita tamen, ut expectatione sua sæpe defraudetur, nec res ita succedat, prout animo proposuerat : Deus autem vel sola voluntate ex nihilo cuncta in rerum naturam produxit), ita nec eodem modo Deus et homo generat. Deus enim, cum sine tempore et sine principio sit, ad hæc impatibilis, inexhaustus, incorporeus et solus, sine careat,

⁸ Matth. xxviii, 19.

idcirco sine tempore, et sine principio, adhæc sine passione et fluxu generat, atque adeo citra copulam, principioque denique et sine caret ejus incomprehensa generatio. Et principio quidem caret, qui immutabilis est; fluxu autem quia impassibilis et incorporea: citra copulam vero, quia Deus incorporeus sit, et solus alterius ope non egeat: sine fine autem et indesinenter, quia principio, tempore sineque careat, quia denique semper eodem se modo habeat. Quidquid enim principio caret, idem sine quoque caret, atque se modo eodem semper habet. Qui vero per gratiam sine caret, non statim sine principio est: quemadmodum angeli. Generat igitur qui semper est Deus Verbum suum ipsius perfectum, idque sine principio et fine, ne in tempore pariat Deus, cujus natura et essentia tempus omne superat. Homo autem contrario haud dubie modo generat, ut qui generationi et corruptioni, fluxui et multiplicationi sit obnoxius, atque corpore vestitus, cujus natura duplici sexu, masculino, inquam, et feminino distincta est. Masculinum enim feminini adjutorio eget: Parcat mihi Dominus, qui rebus omnibus præest omnemque intellectum et omnem mentis conceptionem exsuperat.

CAP. XXXIV.

Præcedentium anacephalæosis, Ἀγεννητου et ἀγεννητου differentia. Paternitatis, filiationis, processionis origo, etc.

Docet itaque sancta, catholica, et apostolica Ecclesia Patrem et unigenitum ejus Filium, ab ipso sine tempore, fluxu, passione: atque ita genitum, ut a nullo comprehendi queat: ita, inquam, ut solus Deus universorum perspectum habet, quemadmodum ignis, et ex eo procedens lumen simul et una sunt, nec præcedit ignis, sequiturque lumen, sed simul et una sunt; et quemadmodum lumen ex igne semper gignitur, et semper in eo est, nec ullo modo ab illo separatur, ita Filius etiam ex Patre generatur, ut ab ipso nullatenus separetur, sed in eo semper est. At vero lumen ipsum, quod ex igne inseparabiliter nascitur, et semper in eo manet propriam hypostasim, aut ab igne sejunctam non habet, cum sit naturalis qualitas ipsius ignis. Unigenitus autem Dei Filius, a Patre inseparabiliter et indistincte genitus, atque semper in eo manens, propriam et a paterna sejuncta hypostasim habet. Quocirca Verbum et splendor dicitur, quia citra copulam, sine passione, tempore, fluxu et separatione, a Patre genitus sit; Filius vero et hypostaseos paternæ character, quia perfectus est, per seque subsistit, per omnia Patri similis, præterquam quod ingenitus non sit. Unigenitus autem, quod solus ex solo Patre solum genitus sit. Nec enim alia ulla generatio est, quæ cum Filii Dei generatione conferri queat, cum alius ab eo Dei Filius non sit. Etsi enim Spiritus sanctus ex Patre procedit, non

tamen id generatione sed processione fit. Alius hic est subsistentiæ modus, incomprehensus et incognitus quemadmodum et Filii generatio. Quocirca quæcunque Pater habet, ea habet et Filius, præterquam quod ingenitus non est, qua quidem re neque essentiæ differentia, neque dignitas, sed existentiæ modus significatur, quemadmodum Adamus quoque ingenitus est, cum Dei creatura sit: Sethus autem genitus, quia Adami Filius. At Eva ex Adami latere progressa, nec enim genita est. Hi omnes haudquaquam natura inter se differunt, cum sint homines, sed existentiæ modo. [Sciendum enim est, quod ἀγεννητον, si per unicum v scribatur, id significat, quod nec creatum, nec factum est; ἀγεννητον vero, per duplex v, id significat, quod genitum non est. Jam priore significato essentia differt ab essentia. Alia enim essentia est increata, seu ἀγεννητος per unicum v, aliaque item γεννητη seu creata. Posteriore vero significato essentia nihil quidquam ab essentia differt.] Omnis enim animantium speciei prima hypostasis ἀγεννητος, hoc ingenita, non autem ἀγεννητος, hoc est increata fuit. Creata enim a conditore Deo sunt ea, quæcunque verbo suo ille in rerum naturam produxit: genita vero haudquaquam fuerunt, cum nullum ejusdem speciei animal antea esset, ex quo gigni possent. Jam si priorem significationem sequaris, tres illæ divinæ hypostases inter se conveniunt, quæ in sancta divinitate elucescunt, si quidem consubstantiales et increatæ sunt: posteriorem vero significationem si sequaris, haudquaquam conveniunt. Solus enim Pater ingenitus est, nec enim, ut sit, ab alia hypostasi habet: solus quoque Filius genitus, qui ex Patris essentia ab æterno et sine tempore genitus: solus denique Spiritus sanctus procedit ex ipsa Patris (et Filii) essentia, non genitus, sed procedens, ut sacra nos Scriptura docet, quamvis interim nec generationis nec processionis modus comprehendi possit.

Hoc porro sciendum est, paternitatis, filiationis et processionis nomen haudquaquam a nobis ad beatam Trinitatem transiisse, imo e diverso inde ad nos devenisse, ut beatus Apostolus ait: *Propter hoc flecto genua mea ad Deum Patrem, ex quo paternitas omnis in celo et in terra*⁸. Jam vero quamvis Patrem, principium Filii, eoque majorem esse dicamus, non tamen eum Filio priorem tempore aut natura fuisse significamus (per ipsum enim fecit sæcula), neque alia ulla re, nisi causa, hoc est quia Filius ex Patre genitus sit, non autem Pater ex Filio. Item, quia Pater naturaliter Filii causa est, quemadmodum non ex lumine ignem procedere dicimus, imo potius ex igne lumen. Itaque quoties Patrem Filii principium esse, Filioque majorem audiemus, causa id verum esse intelligamus. Et quemadmodum aliam ignis, aliamque luminis essentiam non dicimus, ita fieri non

⁸ Eph. III, 14.

potest, ut Patris alia, Filiique alia, imo una et eadem fuerit essentia. Et quemadmodum ignem lumine quod ejaculatur lucere dicimus, nec tamen interim lumen igni subserviens instrumentum esse, imo potius vim naturalem asserimus; ita Patrem quoque cuncta quæ facit, per unigenitum Filium suum facere astruimus, non tanquam per instrumentum subserviens, sed per vim naturalem, et quæ per se vique sua subsistit. Et quemadmodum ignem lucere dicimus, itemque lumen igneum lucere asserimus, ita quæcumque Pater facit, itidem facit et Filius. Non tamen lumini propria quædam est, ab igne se juncta hypostasis, at Filius perfecta hypostasis est, ab hypostasi paterna inseparabilis, ut supra docuimus. Nulla enim in rebus creatis imago inveniri potest, quæ citra mutationem in seipsa modum illum referat, quo sancta Trinitas constat. Qui enim fiat, ut quod creatum, compositum, fluxum, mutabile, circumscriptum, figuratum et corruptibile est, oculis divinam illam essentiam subjiciat quæ ab iis omnibus libera nullam non essentiam exsuperat? Atqui perspicuum est omnem creaturam eorum plerisque obnoxiam esse, atque ex sua ipsius natura corruptioni subijci.

CAP. XXXV.

Tertia pars confessionis fidei Joannis Damasceni de Spiritu sancto.

Credimus denique in unum quoque Spiritum sanctum Dominum, vivificantem, qui ex Patre (Filioque) procedit, et in Filio conquiescit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur, tanquam consubstantialis et coæternus. Dei Spiritus rectus, principalis, fons vitæ et sanctificationis. Deus qui cum Patre est, increatus, plenus, creator; omnia comprehendens, omnium opifex, omnipotens, infinitæ potentæ, Dominus omnis creaturæ, nullius, dominio subjacens: replens, non repletus: largiens, et ab alio nihil accipiens: sanctificans, non sanctificatus: consolator omnium consolationibus unus sufficiens: Patri et Filio per omnia similis: qui ex Patre (Filioque) procedit, atque per Filium tribuitur. Cujus omnis creatura particeps est, qui per se creat et animat universa, sanctificat et continet, propria denique in persona per se subsistit, ita tamen, ut a Patre Filioque separari et divertere nullo modo queat, imo omnia illa habebat, quæcumque Pater et Filius habent, præterquam quod nec ingenus, nec genitus est. Pater enim causa caret: ingenitusque est, nec enim a quoquam, nec a seipso quidem processit: nec eorum quæ habet quidquam, imo potius ipse principium, et auctor essentiæ est: facitque ut universa quoquo modo se naturaliter habeant. Verbum autem generative a Patre processit. Spiritus denique sanctus a Patre etiam non generative sed processive prodiit. Quid porro a generatione processio differat, jam didicimus; quis autem modus differentiæ sit, non item. Γεννηματος ergo, id est genituræ nomine et ipsa Filii ex Patre

A γέννησις, hoc est generatio, atque sancti Spiritus ἐκπόρευσις seu processio intelligi posse videtur. Quare quæcumque Filius et Spiritus sanctus habent, ea ex Patre habent, atque ipsam quoque essentiam et nisi sit Pater, nullus Filius, nullus et Spiritus esse potest, et si qua re careat Pater, eadem Filius et Spiritus carent. Atque propter Patrem, hoc est, quia Pater est Filius quoque et Spiritus est. Et propter Patrem Filius et Spiritus habent quæcumque habent, hoc est, quia ea Pater habet, ingeneratione, generatione et processione demptis. His enim solis et hypostaticis proprietatibus tres sanctæ hypostases inter se differunt: neque id essentia, sed quia propriæ hypostaseos caractere seu signo individue dividuntur. Dicimus autem unumquemque ex tribus propria prædicit esse hypostasi, ne tribus ex imperfectis unam perfectam compositam naturam profiteamur, sed in tribus perfectis hypostasibus unam simplicem ὑπερτέλην τε καὶ προτέλειον, hoc est quæ perfectionem omnem excedat et præcedat. Quidquid enim ex imperfectis constat haud dubie compositum est, at ex perfectis hypostasibus fieri non potest, ut quidquam componatur. Inde fit ut speciem non ex personis procedere, sed personis inhærere dicamus. Imperfectis autem diximus, hoc est iis quæ speciem ejus rei non servant, quæ ex ipsis conflata est, siquidem lapis, lignum et ferrum per se quidem perfecta singula sunt, si propriam eorum naturam consideremus, at si eadem illa in ædificio contempleremur, quod ex ipsis conflatur, imperfecta sunt. Eorum enim nullum per se domus est. Itaque perfectas hypostases dicimus, ne compositionem divinæ naturæ inesse intelligamus. Dissensionis enim principium ipsa est compositio. Rursus tres hypostases in seipsis mutuo inesse dicimus, ne multitudinem populorumve deorum introducamus. Siquidem trium hypostaseor: ratione nullam in iis compositionem aut confusionem: ratione autem essentiæ, et quia hypostaseon alio alii inest, idcirco individuum in iisdem identitatem, ut dicam, et voluntatem, et actionem, et potentiam inesse, atque unum Deum esse cognoscimus. Deus enim, et Verbum, ejusque Spiritus, unus demum et vere Deus est.

CAP. XXXVI.

Re ipsa et animo contemplari. Quomodo communes rerum omnium notiones dignoscantur? Quid idem a simili differat? Persona personæ quomodo insit?

Sciendum est aliud esse re ipsa contemplari, itemque aliud ratione et cogitatione. Jam in omnibus rebus creatis personarum divisio re ipsa conspicitur. Communitas autem et cognatio, mente cogitationeque patescit. Nam mente percipimus Petrum et Paulum ejusdem esse naturæ, unaque communi constare natura. Eorum enim uterque animal est ratione præditum, morti obnoxium. Item uterque caro est, cui anima rationis intellectusque particeps infusa est. Communis itaque natura ratione perspicitur potest. Nec enim hypostaseon

alia alii inest, sed privatim et in parte quælibet, **A** identitatem unum quidpiam idemque imaginemur. sive per se ipsam, divisa est, pleraque ex alio, Eorum vero ratione habita, in quibus divinitas quibus dividatur, habens. Nam et loco distant, et inest, vel ut subtilius dicam, quæ sunt divinitas et tempore differunt, sententia denique, viribus, forma ipsa, quæque inde, tanquam a prima, causa, sine seu figura, habitu, temperamento, dignitate, vitæ tempore, eadem prorsus cum gloria, et indistincte instituto, et omnibus figurativis proprietatibus. Im- procedunt, hoc est hypostaseon seu personarum, primis autem, quia alia alii non inest, sed sepa- tria sunt haud dubie quæ adorantur. Unus Pater rata manet. Unde fit ut duo et tres homines di- Pater est, et sine principio, hoc est sine causa, a cantur, et multi. Hoc certe in omni creatura locum habet. At in sancta, supersubstantiali, cuncta su- nullo enim procedit. Unus Filius Filius est, at non perante, et incomprehensa Trinitate secus se res sine principio, hoc est, non sine causa, siquidem a habet. Quod enim in illa commune et unum est, Patre procedit. Quod si temporale principium in- id re ipsa consideratur. Quod nimirum cœterna, telligas, eundem sine principio etiam dicere queas. Nec enim tempori subjacet is, qui tempora quod essentia, operatione, et voluntate iisdem præ- condidit. Unus Spiritus sanctus, Spiritus, a Patre dita est, quod denique ipse idem et velle et nolle, eadem potentia, virtus et bonitas inest (eadem, **B** Ita ut neque Pater ingenitus, quod genuerit, neque Filius genitus, quia ex ingenito processerit, inquam, non similis), una denique motus ejaculatio. esse desinat. Qui enim fieri hoc possit? Neque item Spiritus aut in Patrem, aut in Filium degeneret, quia procedit, et Deus est. Proprietas enim non movetur. Nam qui fieri alias possit, ut proprietas Una enim essentia, una bonitas, una virtus, una voluntas, una actio, una potentia, una, inquam, et eadem est. Non tres inter se similes, sed unus et idem trium personarum motus. Earum enim singulæ non minus in aliis quam in seipsis habent, hoc est, quia in omnibus unum sunt Pater, Filius et Spiritus Sanctus, ingeni, geniti et procedentis vocibus demptis, cogitatione autem dividuntur. Unum enim Deum cognoscimus, at in solis pater- nitate, filiationem et processionis proprietatibus. Item ex causa et effectu, et perfectione personæ. Sive modum existentiae, ipsam esse differentiam mente concipimus. Nec enim fieri potest, ut loca- lem distantiam de Divinitate, quæ circumscribi nequit, itidem ut de nobis dicamus (personarum **C** duntaxat Spiritum dicimus. Ait enim B. Apostolus: Si quis Christi Spiritum non habet ¹⁰. Eundemque enim alia alii inest, non ut confundatur, sed ut nobis per Filium innotescere atque tribui fateamur. Ait enim Scriptura, *Insufflavit, et dixit discipulis suis: Accipite Spiritum sanctum* ¹¹. Quemadmodum in hæreat. Quemadmodum ipse Dominus ait: *Ego in Patre, et Pater in me est* ⁹), nec voluntatis aut sententiae, aut actionis, aut virtutis, aut alius cujuspiam differentiam. Quæ quidem omnia in nobis re ipsa et animo divisionem pariunt. Quocirca neque tres Deos Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum dicimus, imo potius unum Deum, sanctam Trinitatem: Filio et Spiritu ad unam eandemque causam, nimirum ad Patrem relatis, non compositis, neque conglutinatis, ut Sabellii contractio voluit; ita enim conjunguntur personæ, quemadmodum diximus, ut non confundantur, sed ut aliæ aliis adhæreant, mutuoque se contingant, absque ulla commistione et concreione: nec ita disjunctantur ut essentia dissideant, ut Arii divisio fabulatur. Ea est enim divinitas ut in divisis, si res in compendium contrahenda sit, indivisibilis maneat, et quemadmodum in tribus solibus sibi mutuo hærentibus et indistinctis, una luminis temperata mistio et copula est, inde fit ut divinitatis habita ratione, causam unam, monarchiam seu unitatis imperium, unumque et eundem divinitatis, ut ita dicam, motum atque voluntatem, essentiae denique ipsius actionis, et dominationis

⁹ Joan. xii, 40. ¹⁰ Rom. viii, 9. ¹¹ Joan. xx, 22.

CAP. XXXVII.

Ejusdem (Damasceni) De iis quæ de Deo dicuntur, quodque ad habitum, actionem et cætera id genus, non autem ad essentiam referenda sint.

Deus simplex est, et minime compositus. Quod autem ex multis atque diversis constat, id compositum est. Jam vero si quod increatum est, quod principio caret, quod denique incorporeum, immortale, sempiternum, bonum, omnium opifex est, et cætera id genus, essentielles in Deo differentias esse diximus, id quod ex tot rebus constabit, minime simplex erit, sed compositum. Quod quidem nulla non impietate laborat. Sic igitur existimandum est, de singulis eorum quæ de Deo dicuntur, ut essentielle nihil significent, sed vel, ut quod ille non est, id perspicuum faciant vel habitum aliquem

ad oppositorum vel natura consequentium aliquod, A vel actionem denotent. Itaque inter omnes Dei nomenclaturas nulla mihi magis proprie videtur, quam ὁ ὢν, seu, is qui est. Quemadmodum ipsa in monte Mosem alloquens ait: *Dicito Israelitis: Is qui est me misi.*¹² Is enim nullam non essentiam in se complectitur, tanquam vastum nescio quod et immensum essentiæ pelagus. Ut autem beato Dionysio videtur, Bonus maxime propria Dei appellatio est, nec enim essentia in Deo bonitatem præcessisse dici potest. Alterum nomen Θεός Deus est, quod dicitur vel ἐκ τοῦ θεεῖν, καὶ περιπέειν τὰ σύμπαντα, hoc est, quod cursu suo et ambitu contineat universa, vel ἐκ τοῦ αἰθεῖν, id est ab arden- do. Deus enim ignis est, quo vitium omne consumitur, vel ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι τὰ πάντα, quod omnia B intueatur. Illum enim nihil latet, estque omnium rerum speculator, nam speculatus est omnia providentia sua, priusquam orientur, et eorum singula voluntaria sua cogitatione, quæ quidem est prædestinatio, imago, et exemplar in re prædestinata, in qua sit. Jam priore nomenclatura ejus, nimirum. Is qui est, ipsa essentia exhibetur, non autem quod quid est; posteriore vero, actio ipsa patefit. Cæterum hæc nomina, ἀναρχον, principio carens, incorruptibile, ingentum sive increatum, incorporeum, invisibile, et similia, id quod non est indicant, hoc est, id quod esse non cœpit. Neque enim corrumpitur, neque creatus est, neque corpus est, neque videtur.

Bonum autem, justum, et sanctum, naturæ quidem conveniunt, ipsam vero essentiam haudquam demonstrant. Dominus denique, rex et cætera id genus habitum ad opposita significant. Eorum enim qui dominio subjecti sunt, Dominus: eorum qui regno, rex: eorum qui creationi, creator: eorum denique qui pastioni, pastor dicitur.

CAP. XXXVIII.

Ejusdem Joannis Damasceni. De divina conjunctione et discretionem (quodque illa in Trinitate, hæc in Filio solo intelligenda sit).

Omnia ergo communiter, eodem modo simpliciter, indivise, et conjuncte de universa divinitate accipienda sunt. Distincte vero, seu discrete, Pater, Filius et Spiritus, incausatum, causatum, ingentum, genitum, et procedens, quæ quidem essentia significationem nullam habent, sed modi solius, quo se aliud ad aliud habet, et quo existit. His igitur cognitis, viaque inde ad essentiam ipsam, sed essentiæ tantum adjacentia comprehendimus. Quemadmodum nec si exploratum quidem habeamus animam corporis, quantitatis et figuræ expertem esse, continuo ejus essentiam quoque comprehendimus, neque corporis item ipsius, si

¹² Exod. iii, 14.

(12) Vide Patrologiæ tom. XCIV, col. 841.

(13) Nicetas σωματικῶς habet, at Zigabenus legisse videtur σηματικῶς, id est, *significative*. Utraque

A ejus vel candor, vel nigredo innotuerit. Sed ea tantum novimus, quæ ei adjacent. Vera autem ratione instruemur, simplicem esse Deum, unaque simplici actione bona præditum, quæ omnia omnibus suggerat, radii solaris instar, qui cuncta calefacit, et in singulis prout apta capaciaque sunt, operatur, hac actione præditus Dei creatoris beneficio. Discreta porro sunt et sejuncta, quæcunque ad divinam et humanitatis plenam Dei Verbi incarnationem pertinent. Eorum enim nullo modo Pater et Spiritus participes sunt, nisi tantum quia utrique bene complacitum est, et miraculorum editio illa inenarrabilis arrisit: quæ quidem a Verbo Deo, etiam homine nobis simili facta, tanquam Deo immutabili, et Dei Filio, edita sunt.

CAP. XXXIX.

+ *Ejusdem ex cap. 14 de iis quæ corporaliter de Deo dicuntur (12).*

Quia vero pleraque sacris Scripturis ita enuntiata deprehendimus, ut corporeum (13) aliquid, velut ex conjectura designent, sciendum est fieri non posse, ut nos, cum homines simus hac carnea massa circumtecti, divinas, excelsas, et ab omni materia remotas, divinitatis actiones intellectu assequamur, aut verbis exprimamus: nisi imaginibus, formis et symbolis inter nos cognitis utamur. Quæcunque ergo de Deo corporaliter enuntiantur, ex conjectura dependent, in iis autem sublimior aliquis sensus delitescit. Simplex enim Deus est, neque ulla figura lineamentive depingi potest. Igitur oculorum, palpebrarum, conspectusque Dei nomine vim ejus intelligimus, qua res universas contemplatur, eamque adeo cognitionem, qua fit, ut nihil illum lateat quia nimirum hujusmodi sensus beneficio perfectionem rerum cognitionem, et certiore persuasionem consequimur. Aurium item auditusque nomine placabilitatem ejus, et ad vota nostra precesque propensionem designamus. Nos enim hujus sensus beneficio supplicibus faciles et exorabiles efficiamur, eisque aurem familiariore quodam modo inclinamus. Oris porro et sermonis appellatione certum aliquod voluntatis ejus indicium depromimus, quia moris est nobis cordium nostrorum arcana oris et sermonis beneficio retigere. Cibi quoque et potus nomenclatura nostrum ad ejus voluntatem concursum denotat. Nos enim sensu gustatus necessario naturæ appetitui satisfacimus. Olfactus appellatione vim nobis insitam intelligimus, quæ nostram erga Deum voluntatem et benevolentiam testatur, quia nimirum eo sensu suaveolentiam odorum percipimus. Personæ item vocabulo eam Dei præsentiam subindicamus, qua ille opera sua vicissim, et quasi successive, lustrat et permeat (14), quia nimirum personæ beneficio lectio defendi potest.

(14) Consule Damascenum, nam lacuna hic est.

sonarum denique conjunctionem ostendens. Quod enim procedit, ab eo a quo procedit separari non potest. Beatus porro Apostolus [in priore] ad Corinthios Epistola, hæc de Spiritu dixit: *Spiritus autem omnia scrutatur, etiam profunda Dei*⁸⁷, quam quidem scrutationem ne ulla unquam deleret ignorantia, subjunxit: *Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? ita et quæ Dei sunt nemo cognovit, nisi Spiritus Dei*⁸⁸. Postquam autem his verbis omnem ei cognitionem adscripsit, indicat etiam unde substantiam habeat: *Nos autem, inquit, non spiritum mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est*⁸⁹, quibus certe verbis eodem illum in ordine, quo et Patrem et Filium collocat, ad creationis autem ordinem nunquam redegit: nec enim creationis illum partem esse intelligit, neque Arii, Eudomii, et Macedonii blasphemiam secutus πρῶτον ποίημα, hoc est primam creaturam nominat. Sed gratiæ divinæ dona demonstrans ita inquit: *Divisiones autem gratiarum sunt, ipse autem Deus operatur omnia in omnibus*. Deinde commonstrata charismatum differentia subjecit: *Hæc vero cuncta operatur unus atque idem Spiritus dividens singulis prout vult*⁹⁰. Neque enim servilis est, inquit, ministerii, sed Dominicæ dignitatis sanctissimus Spiritus: neque ministrat, sed cooperatur, et tanquam Dominus operatur. Sic et in fine secundæ ad eosdem Epistolæ benedictionem attextuit: *Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio sancti Spiritus, cum omnibus vobis. Amen*⁹¹. Atque in priore quidem Epistola, primum locum Spiritui, hic vero extremum assignat, docens dignitatum differentiam ex ordine nominum non esse colligendam. Spiritui itaque Filium Patri præposuit, non ut ordinem semel a Deo positum subverteret, sed ut eodem honore Trinitatem colendam esse subindicaret. Idem apostolis quoque divinitus infusus est. Primo enim domum concussit, ut divinam denotaret apparitionem. Hoc enim Propheta de universitatis Deo dicit: *Qui respicit terram, et tremere facit eam*⁹². Deinde discipulis quoque in specie ignis insedit, quemadmodum jam olim Deum in rubo apparuisse Moses attestatur: et quemadmodum rubus ille, quamvis arderet, non tamen consumebatur: ita apostolorum linguæ haudquaquam vim energiamve adustivam expertæ sunt. Quæ cum non verbis, sed rebus et actis Petrus ille divinitate præ cæteris conspicuus didicisset, ipsum Deum vocavit, cum Ananiæ furtum redargueret. Cum enim dixisset, *Cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto?* subjunxit: *Non mentitus es hominibus, sed Deo*⁹³. His astipulantur et ea, quæ a beato Paulo de Spiritu dicta sunt. Credentes enim templa Dei vocat, in quibus nimirum gratia Spiritus habitat. *Nescitis enim, inquit, quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis*⁹⁴? Item, *Nescitis quoniam*

*A corpora vestra templa sunt sancti Spiritus, qui est in vobis, quem habetis a Deo*⁹⁵?

Quibus verbis aperte Spiritum sanctissimum divinæ esse naturæ docet. Nam si Dei templum credentes dicuntur, ubi primum gratia Spiritus donati sunt ex consecutione Spiritus sanctus ex Deo est.

Quia enim ejus gratia in illis habitat, idcirco Dei templum denominati sunt. Apertius porro et explanatius nobis a Domino dignitas Spiritus indicatur. Cum enim baptismatis mysterio aposiolus informaret, ita inquit: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti*⁹⁶. Quod si creata natura vel Filius, vel Spiritus sanctus, prædictus fuisset, nunquam creatori Deo acoensi connumeratique fuissent: verbis enim divinis accusantur ii, qui creaturæ, loco Creatoris servierunt. Proinde Unigenitus quoque carnem assumpsit humanam, ut homines ab hoc errore liberaret, Deique a creatura differentiam ostenderet. Sublata autem creaturæ adoratione, naturam creatam adorari non jussit. Absurdorum enim hoc vel maximum fuerit, si quis homines ab iis quidii non sunt abductos, creaturam servitio addixerit. Itaque Filium et Spiritum sanctum increata præditos esse natura perspicuum est. Nam in Patrem, et Filium et Spiritum sanctum credere idcirco docemur, et in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti baptizamur. Quia enim primum hominem non solus Pater creavit, sed et Filius et Spiritus sanctus (dixit enim, *Faciamus hominem ad*

*imaginem et similitudinem nostram*⁹⁷), merito certe tunc etiam cum resurrectione, novaque mundi creatio peragitur, Filius et Spiritus sanctus Patris consortes fiunt, Trinitatisque adeo invocatio eorum qui baptizantur unum quemque regenerat.

CAP. XXIX.

De divinis nominibus.

Sed divinorum etiam nominum interpretatio sic se habet. Quia enim væcordes illi Hebraicorum nominum interpretationem ignorantes, Adonai, Eloï, et Sabaoth diversos esse deos arbitrati sunt, operæ pretium mihi facturus videor, si rudibus et ignaris aperiam quid horum nominum unumquodque Græcis et Latinis auribus sonet. Eloï itaque Θεὸν Deum interpretatur. Eloï autem, ὁ Θεὸς μου, Deus meus. Et quoque, si tenui spiritu proferatur Θεὸν Deum: si aspero, ἰσχυρὸν fortem significat. Adonai autem, Κύριον Dominum. Cæterum Dominus Sabaoth, idem sonat, quod Κύριος δυνάμεων, Dominus virtutum, vel Κύριος στρατιῶν, Dominus exercituum. Nam apud Græcos militares ordines δυνάμεων, seu virtutum potestatumve nomine designantur. Saddai porro ἰσχυρὸν καὶ δυνατὸν inodum et potentem. Alia vero τὸν ὄντα, eum qui est significat: quod nomen ineffabile quoque ab

⁸⁷ Cor. II, 10. ⁸⁸ Ibid. 11. ⁸⁹ Ibid. 12. ⁹⁰ I Cor. XII, 6, 11. ⁹¹ II Cor. XIII, 13. ⁹² Psal. I, 35, 32. ⁹³ Act. V, 3. ⁹⁴ I Cor. III, 16. ⁹⁵ I Cor. VI, 19. ⁹⁶ Math. XXVIII, 19. ⁹⁷ Gen. I, 6.

H bræis censebatur. Samaritani eundem labedunt, verbi vim ignorantes. Hæc cum minus ve-cordes illi adverterent, deos diversos appellaverunt.

CAP. XXX.

Ejusdem Chroniatæ [Trinitatis demonstratio, a trutinæ æquilibrio, duplici alarum seraphicarum Trinitate, Trisagio.]

Dubitantibus autem, quanam de causa Filius enuntiatione medius assumitur, extrema autem Pater et Spiritus sanctus occupent, respondere possumus, quod cum Deus statera justitiæ dicatur eadem prorsus ratione, qua stateram dicimus, is quoque ordo in natura divina excogitatus est, ut medium locum Filius occupans summam æqualitatem cum duobus extremis conservet. Ipse enim et primam illam mundi fabricationem, et eam quæ subsecuta est generis reformationem perfecit. Cæterum stateræ exemplo, æqualis illa virtus et potentia subindicatur, quæ in Trinitate (cujus immensa est potentia) elucescit cum ex tribus illis personis nulla quidquam amplius sursum ferat, quam illa quæ deorsum vergit, sed in æquilibrio honoris, gloriæ et substantiæ libretur, et theologica constantia persistat. Ex quo fit, ut in rebus quoque generationi obnoxiiis æqualitas detur, æquumque tanquam trutina pensetur.

Imo duplex quoque seraphicarum alarum trinitas sanctæ Trinitatis mysterio proportionem quadam respondet; medium enim Patri, extrema autem Filio et Spiritui respondet; trinaque adeo sanctitatis enuntiatione cum per se prorsus immutabilis existat, tres personas substantia, virtute potentiaque immutabiles ænigmatice designat, imo etiam substantiæ æqualitas et unitas illa, quæ tribus inest, certa inductione et illatione unicum esse Dominum confirmat. Alæ quoque duplices omnem illam cognitionem denotant, quæ ad nos illorum beneficio descendit, etiamsi spiritus illam administrantes ab omni sint materia remoti, nec simplex illa descendat sed ejusmodi materia constans, quæ typis et figuris nostratibus conveniat, atque adeo composita compositis peraccommoda sit. Duplex autem est res omnis materialis, quæ nimirum ex materia et forma constet. Dicitio porro, Sanctus, id subindicat, quod sanctis superinsidet, cum quo nulla prorsus alia sanctitas conferri queat. Quotquot enim Divinitatis ratione sancti dicuntur, haud dubie profani et impuri, quemadmodum omnes quoque reges servi, et ea quæ sunt non esse censebuntur, si cum Deo, id est eo qui vere est, conferantur. Hac ergo dictione, Sanctus, excellentia in Deo et prærogativa denotatur, idque adeo, quod dignitate sua rerum omnium naturas exsuperet. Sanctum enim hoc loco non id significat, quod a sorde qualibet corpus aut animam polluentepurum existat, absit! Quo enim encomio Deus ita

A extolleretur, imo vero, qui non extremum hoc dedecus fuerit, si ad majus laudis argumentum perturbationibus illis, quibus omnes obnoxii sumus, liberum esse Numen asseramus? Sed id potius, quod segregatum, et cæteris omnibus longe sublimius est, et quasi quodam recessu sepositum indicat. Quæ dictionis significatio frequens in Scripturis occurrit, ut: *Omne musculum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur*⁹⁸, id est segregatum. Item in libro Judicum: *Pariet Filium, et non ascendet ferrum super caput ejus, quoniam sanctificatus est puellus*⁹⁹, et innumeris in locis. Eodem etiam sensu locum, vel panem, vel vinum sanctificari dicimus, quæ Deo segregantur, nec in communem aliquem usum cedunt. Proinde simul atque ad altare sacerdotes introierant, sacrorum Psalmorum cantor superius exclamabant: Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus Immortalis. Quod quidem laudum præconium ex veneranda illa Seraphici ordinis confessione compositum est. Idem porro canticum ex Cherubico etiam præconio, musicoque sacrorum Psalmorum cantu constare discimus, cum in psalmo quidem Sanctus Deus, fortis, vivus canatur. Ubi certe dicitio Vivus loco dictionis Immortalis, tanquam idem significans assumpta; dicitio autem Fortis in integro retenta, et hoc modo sacra demum cantio contexta est. Deus tamen obiter, et Sanctus, ex adversario impiis idolorum cultibus opponuntur. Quæ quidem terrena sunt, operaque manuum hominum, atque abominaciones revera. Fortis autem eisdem opponitur, quatenus muta, immobilia et infirma sunt. Immortalis denique, quatenus nec respirant, nec operantur, nec ulla viæ scintilla fruuntur. Cæterum supra memorati cantici compositio beato Proclo Constantinopolitano pontifici ex revelatione intuituisse fertur, qui angelis quidem sacrum hunc hymnum modulantibus illo, ipse primus omnium initiatus est.

Enimvero senarius ille quoque primorum dierum numerus cujus in libro de mundi generatione mentio fit, typo quodam trinam Dei cognitionem exprimit; quod quidem cum aliis aliquot ex locis, tum ex hoc perspicuum est: *Dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam*¹. Item ex hoc: *In capite libri scriptum est de me*². Quicumque enim de primis illis diebus exposuerunt, obscuri nihil elocuti sunt. Nam caput et principium libri, id est totius Scripturæ divinitus inspiratæ, ille dierum senarius numerus est, quibus fabrica mundi consummata fuit. Ex quorum magnitudine et decore Creator innotescens laudibus effertur.

His Gregorii quoque Theologi vox attextenda, quæ quidem nobis ad tres usque personas divinitatis mysterium revelatum fuisse testatur. Unitas enim, inquit, ob insitas opes emersit. Dualitas autem ubertate materiæ et formæ, quibus corpora

⁹⁸ Exod. xiv, 19. ⁹⁹ Judic. xiii, 5; xvi, 17. ¹ Psal. xviii, 3. ² Psal. xxxix, 8.

constant, in majus quiddam excrevit. Trinitas denique ob sui perfectionem definita est. Primus enim ternarius binarii compositionem superat, ne vel in angustum Divinitas coarctetur, vel in infinitum diffundatur.

Alia quoque ratio afferri potest, cur divinitas ad ternarium usque numerum processerit, quia nimirum ex numeris ternarius solus apertissimum stateræ typum referat. Statera porro æqualitatis opus et symbolum est. Ex quo fit, ut inter numeros ternarius solus omnium medium inter utraque extrema sic obtineat, ut par et immutabilis sit, cum interim nulla prorsus in tribus compositio cernatur.

Jam cur tandem Filius, dextra, Verbum virtusque Patris, et cætera id genus appellatur, contra vero Pater Filii non item? numquam quia non Pater ex Filio, sed Filius ex Patre procedit? Præterea manus quidem, brachium, sapientia, et sermo hujus hominis dicitur; sed homo dextræ, aut sapientiæ, aut similia non item, quemadmodum neque rami arborem, sed arboris ramum dicimus.

Spiritus insuper Dei digitus nominatur: quia vero digitus ex manu procedit, merito Spiritus non Patris tantum, sed etiam Filii, qui dextra Patris est, esse dicitur. At non e converso filius a Spiritu dependet. Nec enim manus digiti dici potest. Non tamen eam ob rem loco Patris Filius, aut Spiritus id quod initio conducibile erat enuntiasset dicitur. Quandoquidem Deus hominum quoque Pater, ut jam dixi, dicebatur, Filium vero si Patris nostri nomine compellemus, id profecto inter illa censebitur, quæ fieri, aut ex præcedentibus inferri nullo modo possunt. Proinde cum Pater prædicabatur, propter vocis abusum, qui tunc inoleverat, personam unicam plerisque denotabat et subindicabat. Quod si filius aut Spiritus annuntiaretur, dum prorsus hypostases in confesso erant. Qui enim Filii nomen audiebat, ex continentem ad Patrem animo ferebatur. Idem prorsus in Spiritus appellatione contingebat. Cujusnam enim Spiritus esset ratio disquirebat. Atque, ut ita dicam, quicumque Deum rationis expertem non profitetur, is eadem prorsus opera rationis participem esse contendit. Ejus porro qui est immortalis, immortale quoque verbum censetur. Jam immortale verbum aliud, ab eo, quem Filium dicimus, nemo recte dixerit.

Quod si quis dubitet, qui fiat ut, cum Filius et Spiritus æquo gradu ex Patre procedant, ille Filii, hic Spiritus nomine vocetur: nec ambo Filii appellationem, quemadmodum et habitum, retineant: ita respondendum est, quod in universum naturæ divinæ Theologia id ipsum a notioribus nobis describens, quod in Trinitate legitimum est, honoreque persimili colitur, nominibus Patris et Filii et Spiritus Sancti ineffabile divinitatis nomen, nullique intellectui pervium, appellationibus inter nos

usitatis, quasque nobiscum coaluerunt, indicavit. Et quia mos hic inolevit, ut cum de filiis nostratibus loquimur, recentem eorum generationem, Spiritus autem processionem dicamus; ait enim Scriptura, *Spiritus vadens et non rediens*,³; item: *Exiit spiritus ejus*⁴; item: *Spiritus pertransibit in eo, et non subsistet*⁵. Quia, inquam, in hominum genere Filio quidem generationem, Spiritui autem processionem attribuimus; eodem prorsus ratione in natura illa ineffabili et supernaturali Filium quidem genitum esse, didicimus; Spiritumque convenienter Deo procedere commoniti sumus. Hinc enim factum est, ut Patris quidem Spiritus, Filii vero Spiritus Sanctus dictus sit, siquidem apud nos utriusque horum Spiritus dicitur. Pater autem vel Filius ipsius Spiritus non item, saltem apud nos. Cæterum Divinitatem sua ipsius natura ineffabilem esse, eamque adeo, quam vix intellectu quisquam consequi possit, nulla id notio communis opinione diffusetur: idem quoque plerisque in locis sacra Scriptura prædicat, sapientumque Patrum nostrorum fere chorus omnis attestatur.

CAP. XXXI.

Expositio Fidei (quæ præcedentium omnium anacephaleosi succincta constat.)

Hactenus, congestis sanctorum Patrum sententiis, Trinitatem ejusdem naturæ, majestatis, potentiam atque æternitatis esse satis superque docuimus, Filiique in carne adventum subjunximus. Quia vero facturus operæ pretium mihi videor, si quæ multis et variis dictionum sententiarumque circumcisionibus et anfractibus dicta sunt, et de Zoarchica, hoc est vitæ præside, Trinitate, et de unius ex illa, nimirum Verbi, incarnatione, ex ea nunc summam colligam: præsertim si quando tempus ferat, ut orthodoxæ fidei nostræ ratio nonnullis reddenda sit, ejusve a nobis expositio requiratur: idcirco hæc quæ subsequuntur addidi.

Credimus in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, Trinitatem in unitate, et unitatem in Trinitate: unitatem quidem ratione naturæ conjunctionis, et dominationis, Trinitatem vero ratione τριουποστάτου, hoc est triplici persona constantis, perfectionis, et ratione divitiarum supernaturalis Trinitatis. Unitas enim revera est Trinitas illa, quæ Divinitate conjungitur, et Trinitas vicissim, revera illa διατρουμένη τῆς ἰδιότητι καὶ οὐ μεριζομένη, quæ proprietatibus ita dividitur, ut tamen in partes haudquaquam dissecetur, eadem coæterna, cujusque substantiæ par honor exhibetur. Nec enim tempus est, aut fuit, quo quidem cum Patre Filius non fuerit: qui enim fiat, ut Pater dicatur nisi consortem imperii Filium habeat? Neque fuit unquam tempus, quo Spiritus Sanctus cum utro-

³ Psal. LXXVII, 39. ⁴ Psal. CXXXV, 4. ⁵ Psal. CII, 16.

que non fuerit. Cum tres inter se conjuncti unus sit Deus, sola cujusque differentia in essentiæ communione individue personam dividente. Solus enim Pater, Pater. Solus Filius, Filius. Solus Spiritus Sanctus, Spiritus. His enim differentiis non convertuntur inter se. Sed in his individue quidem dividuntur, essentiæ autem ratione communicant. Trinitas, simplex, insecabilis, incomposita, ex tribus perfectis per se perfecta, et plus quam perfecta est. Cujus una natura, divinitas et voluntas, una denique actio glorificatur. Quorum enim natura una est, eorum voluntas et actio una, quemadmodum beato Basilio docente didicimus.

Confitemur item unam sanctæ Trinitatis personam, unigenitum, inquam, Dei Filium, Deumque nostrum, Patri et Spiritui Sancto consortium et cœternum : a Patre quidem ante sæcula genitum, quantum ad divinitatem : eundemque in ultimis et præfinitis temporibus, ut genus humanum servaret et reformaret, e cœlis descendisse, seu voluntaria exinanitum humilitate puræ Deiparæque Virginis Mariæ ulterum subiisse, quæ a Spiritu sancto præpurgata corpore et animo fuerat, ex eoque sancta et incorrupta carne, in subsistentia propria carnem assumpsisse : ita ut consubstantialis nobis effectus, eam in ipsa, mediante anima rationis et intellectus particeps, compingeret atque efformaret. Qui ex eadem Virgine intemeratæque Matre natus est, supra quam dici aut excogitari ulloque intellectu percipi possit. Cum enim sine semine, supernaturalisque conceptio fuisset, ineffabilis quoque partus et inenarrabilis fuit. More itaque nostro, qui supra nos erat Christus et Dominus processit, omnia nostra essentialiter in se ferens, uno peccato dempto, totus homo factus, totusque Deus manens, idem terrenus et cœlestis, visibilis et invisibilis, mortalis et immortalis. Duæ enim naturæ indivulsa conjunctione cohærentes unum nobis Emmanuelem perfecerunt : ita tamen, ut citra ullum defectum proprietates naturarum, ex quibus compositus est, sartas tectas conservaret. Cum enim totus simplex esset, secundum divinam, eandemque paternam et æternam generationem, duplex processit secundum maternam eandemque temporariam et corporalem generationem. Itaque tametsi duas Christi Dei nostri generationes profiteamur, unam tamen ejus personam prædicamus, cujus essentia duabus in naturis perfectis elucescat. Quamvis enim una sanctæ Trinitatis persona esset, mansit tamen, vel cum Verbum caro factum est, perfectus in Divinitate, idemque perfectus in humanitate : Divinitate quidem Deo Patri consubstantialis, idemque nobis humanitate consubstantialis : patibilis carne, impatibilis Divinitate. Unde fit, ut alii miracula, et alii passiones non distribuamus : sed tanquam uni eidemque Domino nostro Jesu Christo utrum-

que specimen attribuamus : alia quidem ratione miracula edenti, alia item patienti Divina siquidem naturæ ratione signorum virtutem deprompsit, ex humanæ autem formæ præscripto, eas passiones non detrectavit, quibus ea natura obnoxia est, ut in seipso passiones nostras in passionum vacuitatem transformaret, prout his verbis attestatur Apostolus : *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem* ⁶. Nec enim ille humani generis amator humanis, at nulli reprehensioni obnoxiiis, passionibus objici, et quamvis Deus esset immortalis, anima tamen mediante corporaliter morti affigi dedignatus est : anima, inquam, omnibus in rebus perfecta, suisque numeris absoluta, et cui nihil omnino ad humanitatis perfectionem deesset. Humanæ porro perfectionis index mens ipso est, qua volumus, et a brutis animantibus differimus. Eorum enim quæ mentis expertia sunt, nullum velle potest. Quidquid autem voluntate, idem et intellectu præditum est. Ubi enim mens, ibi etiam prorsus intellectus est. Jam si Servator perfectus homo fuit, in Divinitate perfecta manens, procul dubio neque mente, neque voluntate caruit. Qui autem humanam Christi animam naturali voluntate privare conantur, eam mentis expertem, ipsi mentis expertes descripserunt, et passionem et mortem impatibili naturæ ascribentes. Qua quidem hæresi hoc consequuntur, ut perfecte salvi facti non videamur. Nec enim naturalem humanitatis ejus voluntatem, naturalemve actionem negamus, ne una eademque opera dispensationis salutis nostræ caput et summam antiquemus, et Divinitati passiones ascribamus, ut astruere conati sunt illi, qui una illum voluntate, unaque actione, non sine magna impietate, recens excogitarunt impiamque Arii, Apollinarii, Eutychis, et Severi hæresin innovarunt.

Nos autem orthodoxæ confessionis assertores unum eundemque Christum Filium Dominum unigenitum astruimus, qui duabus in naturis inconfuse, simpliciter, inseparabiliter, individue dignoscitur. Ita tamen, ut nullatenus naturarum differentia vi conjunctionis sublata sit, imo potius utriusque naturæ proprietas integra permanserit, et in unam personam unamque hypostasim concurrerit : non ut in duas personas partitionem divisionemve admiserit, sed unus idemque Filius unigenitus, Deus Verbum, Dominus Jesus Christus perseveraverit : quemadmodum superioribus temporibus prophetæ de ipso vaticinati sunt, ipseque adeo Jesus Christus nos docuit, sanctorumque Patrum symbolum nobis quasi per manus tradidit. Duas in eodem volitiones, seu voluntates, duasque actiones, citra divisionem, mutationem, partitionem, confusionemque ex sanctorum præscripto Patrum prædicamus, naturales, inquam, voluntates, non contrarias, quemadmodum impii astruxerunt

⁶ I Cor. xv, 53.

bæretici, absit sed obsequentem ejus humanam voluntatem, at non resistantem aut reluctantem, imo potius divinæ, ejus et omnipotenti voluntati morigeram. Siquidem par erat, ut carnis voluntas moveretur; divinæ tamen voluntati subjiceretur, ut sapientissimus ille scribit Athanasius. Quemadmodum enim caro ejus caro Dei dicitur et est, ita et naturalis voluntas carnis ejus propria Dei Verbi dicitur et est: ut idem ait: *Descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me Patris*⁷. Quibus verbis propriam carnis ejus voluntatem intelligit. Quandoquidem ipsa quoque caro ei propria fuit, quemadmodum enim sanctissima et inculpata ejus animata caro, cum deificata est, haudquaquam periit; ita neque carnis ejus voluntas periit, imo potius integra permansit, ut Theologus Gregorius his verbis auctor est. Illius enim voluntas, qui pro Servatore intelligitur, haudquaquam Deo contraria est, cum tota Deum redoleat. In ea porro sententia sumus, ut naturales duas actiones citra divisionem, mutationem, confusionem, partitionem, in eodem Domino nostro Jesu Christo Deo vero conjunctas esse asseramus, hoc est divinam actionem, ut beatus ille Leo paulo apertius ait. Operatur utraque forma cum alterius communione proprietatis, Verbo scilicet id operante, quod suum est; et corpore vicissim ea efficiente, quæ sunt corporis. Nullo enim pacto eandem fuisse naturalem Dei et creaturæ actionem concedimus: ne vel creaturam impatibili essentiæ ascribamus, vel divinæ naturæ excellentiam in creaturarum ordinem redigamus. Unius enim ejusdemque miracula et passiones fuisse novimus: alia atque alia naturarum, ex quibus constat, ratione habita, in quibusque ejus essentiæ consistit, ut beatus Cyrillus ait.

Eo itaque quod inconfusum et indivisum est omni ex parte servato, hoc in summa profitemur, unam sanctæ Trinitatis personam, Dominum nostrum Jesum Christum verum Deum nostrum esse credentes, duas ejus naturas asserimus, quæ in una ejus persona elucescant, in qua miracula et passiones, quamdiu ex dispensatione nobiscum versatus est, non phantasia et simulatione, sed revera exhibuit, cum præsertim naturalis differentia in ipsa unica persona cognoscatur: non quia persona præter naturas alias sit, sed quia in natura ejusdem personæ tota natura humana efformata sit. Quæque suarum sunt partium ea sic exsequitur, ut nihil desit: cum qua quidem persona hypostaticum Verbum cohærebat, uno peccato dempto. Quemadmodum etiam Verbum vicissim ea perfecte et absolute operabatur, quæ sibi propria erant, idque cum humana illa natura, quam assumpserat. Proferatur in medium denuo sanctissimus ille Leo, qui in epistola ad Leonem imperatorem ita scribit: Divinitas et humanitas ipso virginæ con-

ceptionis momento in tantam coierunt conjunctionem, ut ne humanæ quidem res sine divina essentia fierent: sed utraque natura cum alterius communione ea quæ sibi propria erant, et vellet et ageret. Quocirca duas etiam naturales voluntates, totidemque actiones ad humani generis salutem una concurrissse asserimus. Quare cum beati Patres hæc ita summo cum studio et diligentia undique congererint et expresserint, par est, ut nullus aliter proferat, aut scribat, aut sentiat, aut doceat: imo vero ne diversum quidem ab hoc fidei symbolum iis proponat, qui vel ex gentibus, vel ex Judæis, vel ex hæresi quælibet ad veritatis cognitionem convertuntur.

CAP. XXXII.

B *Fides revelata sanctissimo Gregorio mirifico, tanquam ex supersanctæ Dei Genitricis, et sancti apostoli Joannis evangelistæ doctrina.*

Unus est Deus principium et Pater Verbi viventis, sapientiæ subsistentis, necnon virtutis et formæ æternæ, perfectus perfecti genitor, Pater Filii unigeniti.

Unus item est Dominus, solus ex solo, Deus ex Deo, imago persona Patris, Deus Verbum agens, qui rerum omnium hypostasin creavit sapientia, quæ universorum constitutionem continet virtus omnium creaturarum effectrix. Veritas ex verace Patre, invisibilis ex invisibili, incorruptibilis ex incorruptibili, immortalis ex immortalis, æternus ex æterno.

C Unus denique Spiritus sanctus perfectus, perfecta viventium vita: sanctitas, et sanctitatis fons, atque sanctitatis largitor. Ex quo fit, ut Deus omnium credentium calculo sit super omnia, Filius per omnia, Spiritus sanctus in omnibus. Trinitas perfecta, cujus honor, sempiternitas et regnum neque dissecatur, neque alteratur. Quare in Trinitate creatum nihil est: neque ascititium, ac si quid esse postea cœperit, quod antea non fuerit. Nullo enim unquam tempore Filius Patri defuit, neque Filio Spiritus, nec unitas in binarium excrevit, nec binarius in Trinitatem, sed semper una eademque Trinitas citra ullam mutationem alterationemve mansit.

CAP. XXXIII.

Iterum de sancta Trinitate (de Patre, Filio, et Spiritu sancto distincta simul et conjuncta Divinitatis ratio, ex B. Joanne Damasceno, cap. 8.)

D Itaque credimus in unum Deum, unicum sine principio principium, increatum, æternum, ingenitum, incorruptibilem atque immortalem, immensum, nullis finibus circumscriptum, indefinitum, immensæ potestatis, simplex, incompositum, incorporeum, inexhaustum, imperturbatum, immobilem, immutabilem, invisibilem, bonitatis et justitiæ fontem, lumen intelligibile, incessam potentiam quæ nulla mensura dignoscitur, sed sola seipsam propria voluntate dimittitur. Quæcumque

⁷ Joan. vi, 38.

enim vult, eadem quoque potest, ut quæ creaturas omnes visibiles et invisibiles creaverit, omnes contineat, omnibus imperet, et dominetur regno, quod nulli fini mortive obnoxium est, nec in se quidquam contrarium habet, quæ omnia plenitudine suas complens a nullo comprehendatur, imo potius omnia comprehendat, contineat, et exsuperet, quæ nullam non essentiam intemperata permeet, supraque omnia feratur, quæ nullam non essentiam exsuperet, supersubstantialis, et ea quæ sunt transcendens, plusquam divina, plusquam bona, plusquam plena, quæ principia omnia ordinesque definiat, omnis principii atque ordinis præses, quæ nullam non essentiam, vitam, rationem, atque cogitationem exsuperet, ipsum lumen, ipsa bonitas, ipsa vita, ipsa essentia, ut quæ alterius beneficio non sit, aut aliquid eorum quæ sunt existat, imo iis quæ sunt essentiæ, iis quæ vivunt, vitæ, iis quæ ratione utuntur rationis fons, omnibus denique honorum omnium causa sit, quæ omnia ante eorum generationem norit, tanquam una essentia, una divinitas, una virtus, una voluntas, una actio unum imperium, una potentia, una dominatio, unum regnum, quod in tribus perfectis personis cognoscitur, et adoratione una colitur. Creditur autem et adoratur ab omni creatura rationis particeps, citraque ullam confusionem conjungitur, et citra distractionem distinguitur, (quod mirum est), in Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, in quos baptizati quoque sumus. Ita enim Dominus apostolis mandavit, ut baptizarent, his verbis: *Baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*⁸. In unum Patrem, qui omnium principium et causa est, a nullo genitum, qui solus sine causa, et ingenuus est, omnium quidem Creator, at unius tantum unigeniti Filii sui, Domini autem Dei, et Servatoris nostri Jesu Christi natura Pater, sancti autem Spiritus emissor existat.

Credimus item in unum Filium Dei unigenitum, Dominum nostrum Jesum Christum, qui ex Patre natus est ante omnia sæcula, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Cum dicimus Ante omnia sæcula, generationem ejus temporis et principii expertem esse indicamus. Nec enim ex eo quod non erat in essentiam productus est Filius Dei, splendor gloriæ, imago paternæ personæ, vivens sapientia et potentia, Verbum per se subsistens, essentialis, perfecta et viva imago Dei invisibilis, sed semper fuit cum Patre, et in ipso, ab æterno, et sine principio ex ipso genitus. Nec enim ullo unquam tempore Pater fuit, quo Filius non fuerit, sed cum primum fuit Pater, fuit et Filius ex eo genitus. Nec enim fieri potest, ut absque Filio Pater vocetur. Quod si Filium non habuisset, Pater haudquaquam fuisset, et si

A postea Filium habuisset, postea quoque Pater esse cœpisset, cum Pater antea non esset, atque ex non Patre in Patrem mutatus fuisset, qua blasphemia quid, quæso, magis impium excogitari potest? Fieri enim non potest, ut Deus naturali generandi vi privatus dicatur, generandi autem vis in eo consistit, ut ex seipso, sive propria ex essentia sibi natura similem procreet. Ex quo fit, ut si quis in Filii generatione tempus intercessisse, aut post Patrem, subsequutam fuisse Filii subsistentiam dicat, impius habendus merito sit. Ex ipso enim, hoc est ex Patris natura generationem Filii fuisse dicimus. Et nisi Filium ab initio una cum Patre fuisse, ut ex ipso genitum, concedamus, utique Paternæ personæ mutationem introducimus: quia nimirum cum Pater antea non esset, Pater esse tandem cœperit. Tametsi enim creatura postea facta fuit, non tamen ex Dei essentia, sed ex eo quod non erat in id quod est voluntate et potentia ejus producta fuit.

B Nec vero mutationi natura divina obnoxia est. Generatio enim est, cum id quod gignitur essentia simile ex generantis essentia prodit. Creatura vero et figmentum, id quod extrinsecus, non autem ex creantis fingentisve substantia res creata fictave depromitur, quæ quidem substantia prorsus absimilis existat. Quocirca generatio et creatio impatibilis est in uno duntaxat Deo, qui solus impatibilis, inalterabilis et immutabilis est, semperque eodem se modo habet. Cum enim natura impatibilis, inexhaustus, simplex et incompositus existat, ad passionem ullam fluxumque ferendum, neque generando, neque creando, haudquaquam idoneus est, nec ullo adjutorio eget. Sed generatio quidem principio carens et æterna est, cum sit opus naturæ, atque ex ejus essentia procedat: ne mutationi genitor sit obnoxius: neve Deus primus sit et postremus, atque incrementum recipiat. Creatio vero cum divise voluntatis opus sit, Deo cœterna non est, quandoquidem natura hoc comparatum non est, ut id quod ex nihilo in rerum naturam producit, ei cœternum sit, quod principio caret, semperque est. Itaque quemadmodum non eodem modo Deus et homo operatur (homo enim ex nihilo nihil quidquam in rerum naturam profert, sed quidquid facit, id ex subjecta materia facit, præcedente non voluntate tantum, sed etiam præcogitatione, et ejus rei in animo informatione, quam facere instituit, sequente vero manuum operatione, una cum laboris et tædii tolerantia: ita tamen, ut expectatione sua sæpe defraudetur, nec res ita succedat, prout animo proposuerat: Deus autem vel sola voluntate ex nihilo cuncta in rerum naturam produxit), ita nec eodem modo Deus et homo generat. Deus enim, cum sine tempore et sine principio sit, ad hæc impatibilis, inexhaustus, incorporeus et solus, sine careat,

⁸ Matth. xxviii, 19.

idcirco sine tempore, et sine principio, adhuc sine passione et fluxu generat, atque adeo citra copulam, principioque denique et sine caret ejus incomprehensa generatio. Et principio quidem caret, qui immutabilis est; fluxu autem quia impatiibilis et incorporea; citra copulam vero, quia Deus incorporeus sit, et solus alterius ope non egeat: sine fine autem et indesinenter, quia principio, tempore sineque careat, quia denique semper eodem se modo habeat. Quidquid enim principio caret, idem sine quoque caret, atque se modo eodem semper habet. Qui vero per gratiam sine caret, non statim sine principio est: quemadmodum angeli. Generat igitur qui semper est Deus Verbum suum ipsius perfectum, idque sine principio et fine, ne in tempore pariat Deus, cujus natura et essentia tempus omne superat. Homo autem contrario haud dubie modo generat, ut qui generationi et corruptioni, fluxui et multiplicationi sit obnoxius, atque corpore vestitus, cujus natura duplici sexu, masculino, inquam, et feminino distincta est. Masculinum enim feminini adjutorio eget: Parcat mihi Dominus, qui rebus omnibus præest omnemque intellectum et omnem mentis conceptionem exsuperat.

CAP. XXXIV.

Præcedentium anacephalæosis. Ἀγενητος et ἀγεννητος differentia. Paternitatis, filiationis, processionis origo, etc.

Docet itaque sancta, catholica, et apostolica Ecclesia Patrem et unigenitum ejus Filium, ab ipso sine tempore, fluxu, passione: atque ita genitum, ut a nullo comprehendi queat: ita, inquam, ut solus Deus universorum perspectum habet, quemadmodum ignis, et ex eo procedens lumen simul et una sunt, nec præcedit ignis, sequiturque lumen, sed simul et una sunt; et quemadmodum lumen ex igne semper gignitur, et semper in eo est, nec ullo modo ab illo separatur, ita Filius etiam ex Patre generatur, ut ab ipso nullatenus separetur, sed in eo semper est. At vero lumen ipsum, quod ex igne inseparabiliter nascitur, et semper in eo manet propriam hypostasim, aut ab igne sejunctam non habet, cum sit naturalis qualitas ipsius ignis. Unigenitus autem Dei Filius, a Patre inseparabiliter et indistincte genitus, atque semper in eo manens, propriam et a paterna sejunctam hypostasim habet. Quocirca Verbum et splendor dicitur, quia citra copulam, sine passione, tempore, fluxu et separatione, a Patre genitus sit; Filius vero et hypostaseos paternæ character, quia perfectus est, per seque subsistit, per omnia Patri similis, præterquam quod ingenitus non sit. Unigenitus autem, quod solus ex solo Patre solum genitus sit. Nec enim alia ulla generatio est, quæ cum Filii Dei generatione conferri queat, cum alius ab eo Dei Filius non sit. Etsi enim Spiritus sanctus ex Patre procedit, non

lamen id generatione sed processione fit. Alius hic est subsistentiæ modus, incomprehensus et incognitus quemadmodum et Filii generatio. Quocirca quæcunque Pater habet, ea habet et Filius, præterquam quod ingenitus non est, quia quidem re neque essentiæ differentia, neque dignitas, sed existentiæ modus significatur, quemadmodum Adamus quoque ingenitus est, cum Dei creatura sit: Sethus autem genitus, quia Adami Filius. At Eva ex Adami latere progressa, nec enim genita est. Hi omnes haudquaquam natura inter se differunt, cum sint homines, sed existentiæ modo. [Sciendum enim est, quod ἀγεννητος, si per unicum v scribatur, id significat, quod nec creatum, nec factum est; ἀγενητος vero, per duplex v, id significat, quod genitum non est. Jam priore significato essentia differt ab essentia. Alia enim essentia est increata, seu ἀγέννητος per unicum v, aliaque item γεννητη seu creata. Posteriore vero significato essentia nihil quidquam ab essentia differt.] Omnis enim animantium speciei prima hypostasis ἀγέννητος, hoc ingenta, non autem ἀγενητος, hoc est increata fuit. Creata enim a conditore Deo sunt ea, quæcunque verbo suo ille in rerum naturam produxit: genita vero haudquaquam fuerunt, cum nullum ejusdem speciei animal antea esset, ex quo gigni possent. Jam si priorem significationem sequaris, tres illæ divinæ hypostases inter se conveniunt, quæ in sancta divinitate elucescunt, si quidem consubstantiales et increatæ sunt: posteriorem vero significationem si sequaris, haudquaquam conveniunt. Solus enim Pater ingenitus est, nec enim, ut sit, ab alia hypostasi habet: solus quoque Filius genitus, qui ex Patris essentia ab æterno et sine tempore genitus: solus denique Spiritus sanctus procedit ex ipsa Patris (et Filii) essentia, non genitus, sed procedens, ut sacra nos Scriptura docet, quamvis interim nec generationis nec processionis modus comprehendi possit.

Hoc porro sciendum est, paternitatis, filiationis et processionis nomen haudquaquam a nobis ad beatam Trinitatem transiisse, imo e diverso inde ad nos devenisse, ut beatus Apostolus ait: *Propter hoc flecto genua mea ad Deum Patrem, ex quo paternitas omnis in celo et in terra* ⁸. Jam vero quamvis Patrem, principium Filii, eoque majorem esse dicamus, non tamen eum Filio priorem tempore aut natura fuisse significamus (per ipsum enim fecit sæcula), neque alia ulla re, nisi causa, hoc est quia Filius ex Patre genitus sit, non autem Pater ex Filio. Item, quia Pater naturaliter Filii causa est, quemadmodum non ex lumine ignem procedere dicimus, imo potius ex igne lumen. Itaque quoties Patrem Filii principium esse, Filique majorem audiemus, causa id verum esse intelligamus. Et quemadmodum aliam ignis, aliamque luminis essentiam non dicimus, ita fieri non

⁸ Eph. III, 14.

potest, ut Patris alia, Filiique alia, imo una et eadem fuerit essentia. Et quemadmodum ignem lumine quod ejaculatur lucere dicimus, nec tamen interim lumen igni subserviens instrumentum esse, imo potius vim naturalem asserimus; ita Patrem quoque cuncta quæ facit, per unigenitum Filium suum facere astruimus, non tanquam per instrumentum subserviens, sed per vim naturalem, et quæ per se vique sua subsistit. Et quemadmodum ignem lucere dicimus, itemque lumen ignem lucere asserimus, ita quæcumque Pater facit, itidem facit et Filius. Non tamen lumini propria quædam est, ab igne se juncta hypostasis, at Filius perfecta hypostasis est, ab hypostasi paterna inseparabilis, ut supra docuimus. Nulla enim in rebus creatis imago inveniri potest, quæ citra mutationem in seipsa modum illum referat, quo sancta Trinitas constat. Qui enim fiat, ut quod creatum, compositum, fluxum, mutabile, circumscriptum, figuratum et corruptibile est, oculis divinam illam essentiam subjiciat quæ ab iis omnibus libera nullam non essentiam exsuperat? Atqui perspicuum est omnem creaturam eorum plerisque obnoxiam esse, atque ex sua ipsius natura corruptioni subjici.

CAP. XXXV.

Tertia pars confessionis fidei Joannis Damasceni de Spiritu sancto.

Credimus denique in unum quoque Spiritum sanctum Dominum, vivificantem, qui ex Patre (Filioque) procedit, et in Filio conquiescit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur, tanquam consubstantialis et coæternus. Dei Spiritus rectus, principalis, fons vitæ et sanctificationis. Deus qui cum Patre est, increatus, plenus, creator; omnia comprehendens, omnium opifex, omnipotens, infinitæ potentiæ, Dominus omnis creaturæ, nullius, dominio subjacens: replens, non repletus: largiens, et ab alio nihil accipiens: sanctificans, non sanctificatus: consolator omnium consolationibus unus sufficiens: Patri et Filio per omnia similis: qui ex Patre (Filioque) procedit, atque per Filium tribuitur. Cujus omnis creatura particeps est, qui per se creat et animat universæ, sanctificat et continet, propria denique in persona per se subsistit, ita tamen, ut a Patre Filioque separari et divertere nullo modo queat, imo omnia illa habebat, quæcumque Pater et Filius habent, præterquam quod nec inginitus, nec genitus est. Pater enim causa caret: inginitusque est, nec enim a quoquam, nec a seipso quidem processit: nec eorum quæ habet quidquam, imo potius ipse principium, et auctor essentiæ est: facitque ut universa quoquo modo se naturaliter habeant. Verbum autem generative a Patre processit. Spiritus denique sanctus a Patre etiam non generative sed processive prodiit. Quid porro a generatione processio differat, jam didicimus; quis autem modus differentiæ sit, non item. Γεννηματος ergo, id est genituræ nomine et ipsa Filii ex Patre

γέννησις, hoc est generatio, atque sancti Spiritus ἐκπόρευσις seu processio intelligi posse videtur. Quare quæcumque Filius et Spiritus sanctus habent, ea ex Patre habent, atque ipsam quoque essentiam et nisi sit Pater, nullus Filius, nullus et Spiritus esse potest, et si qua re careat Pater, eadem Filius et Spiritus carent. Atque propter Patrem, hoc est, quia Pater est Filius quoque et Spiritus est. Et propter Patrem Filius et Spiritus habent quæcumque habent, hoc est, quia ea Pater habet, ingeneratione, generatione et processione demptis. His enim solis et hypostaticis proprietatibus tres sanctæ hypostases inter se differunt: neque id essentia, sed quia propriæ hypostaseos caractere seu signo individue dividuntur. Dicimus autem unumquemque ex tribus propria præditum esse hypostasi, ne tribus ex imperfectis unam perfectam compositam naturam profiteamur, sed in tribus perfectis hypostasibus unam simplicem ὑπερτελεῖ τε καὶ προτέλειον, hoc est quæ perfectionem omnem excedat et præcedat. Quidquid enim ex imperfectis constat haud dubie compositum est, at ex perfectis hypostasibus fieri non potest, ut quidquam componatur. Inde fit ut speciem non ex personis procedere, sed personis inhærere dicamus. Imperfectis autem diximus, hoc est iis quæ speciem ejus rei non servant, quæ ex ipsis conflata est, siquidem lapis, lignum et ferrum per se quidem perfecta singula sunt, si propriam eorum naturam consideremus, at si eadem illa in ædificio contempleremur, quod ex ipsis conflatur, imperfecta sunt. Eorum enim nullum per se domus est. Itaque perfectas hypostases dicimus, ne compositionem divinæ naturæ inesse intelligamus. Dissensionis enim principium ipsa est compositio. Rursus tres hypostases in seipsis mutuo inesse dicimus, ne multitudinem populorumve deorum introducamus. Siquidem trium hypostaseon ratione nullam in iis compositionem aut confusionem: ratione autem essentiæ, et quia hypostaseon alio alii inest, idcirco individuum in iisdem identitatem, ut dicam, et voluntatem, et actionem, et potentiam inesse, atque unum Deum esse cognoscimus. Deus enim, et Verbum, ejusque Spiritus, unus demum et vere Deus est.

CAP. XXXVI.

Re ipsa et animo contemplari. Quomodo communes rerum omnium notiones dignoscantur? Quid idem a simili differat? Persona personæ quomodo insit?

Sciendum est aliud esse re ipsa contemplari, itemque aliud ratione et cogitatione. Jam in omnibus rebus creatis personarum divisio re ipsa conspicitur. Communitas autem et cognatio, mente cogitationeque patescit. Nam mente percipimus Petrum et Paulum ejusdem esse naturæ, unaque communi constare natura. Eorum enim uterque animal est ratione præditum, morti obnoxium. Item uterque caro est, cui anima rationis intellectusque particeps infusa est. Communis itaque natura ratione perspicui potest. Nec enim hypostaseon

alia alii inest, sed privatim et in parte quælibet, sive per se ipsam, divisa est, pleraque ex alio, quibus dividatur, habens. Nam et loco distant, et tempore differunt, sententia denique, viribus, forma seu figura, habitu, temperamento, dignitate, vitæ instituto, et omnibus figurativis proprietatibus. Imprimis autem, quia alia alii non inest, sed separata manet. Unde fit ut duo et tres homines dicantur, et multi. Hoc certe in omni creatura locum habet. At in sancta, supersubstantiali, cuncta superante, et incomprehensa Trinitate secus se res habet. Quod enim in illa commune et unum est, id re ipsa consideratur. Quod nimirum coæterna, quod essentia, operatione, et voluntate iisdem prædita est, quod denique ipse idem et velle et nolle, eadem potentia, virtus et bonitas inest (eadem, inquam, non similis), una denique motus ejaculatio. Una enim essentia, una bonitas, una virtus, una voluntas, una actio, una potentia, una, inquam, et eadem est. Non tres inter se similes, sed unus et idem trium personarum motus. Earum enim singulæ non minus in aliis quam in seipsis habent, hoc est, quia in omnibus unum sunt Pater, Filius et Spiritus Sanctus, ingeni, geniti et procedentis vocibus demptis, cogitatione autem dividuntur. Unum enim Deum cognoscimus, et in solis paternitatis, filiationem et processionis proprietatibus. Item ex causa et effectu, et perfectione personæ. Sive modum existentia, ipsam esse differentiam mente concipimus. Nec enim fieri potest, ut localem distantiam de Divinitate, quæ circumscribi nequit, itidem ut de nobis dicamus (personarum enim alia alii inest, non ut confundatur, sed ut inhereat. Quemadmodum ipse Dominus ait: *Ego in Patre, et Pater in me est* ⁹), nec voluntatis aut sententia, aut actionis, aut virtutis, aut alius cujuscumque differentiam. Quæ quidem omnia in nobis re ipsa et animo divisionem pariunt. Quocirca neque tres Deos Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum dicimus, imo potius unum Deum, sanctam Trinitatem: Filio et Spiritu ad unam eandemque causam, nimirum ad Patrem relatis, non compositis, neque conglutinatis, ut Sabellii contractio voluit; ita enim conjunguntur personæ, quemadmodum diximus, ut non confundantur, sed ut aliæ aliis adhæreant, mutuoque se contingant, absque ulla commistione et concretione: nec ita disjunguntur ut essentia dissideant, ut Arii divisio fabulatur. Ea est enim divinitas ut in divisis, si res in compendium contrahenda sit, indivisibilis maneat, et quemadmodum in tribus solibus sibi mutuo hærentibus et indistinctis, una luminis temperata mistio et copula est, inde fit ut divinitatis habita ratione, causam unam, monarchiam seu unitatis imperium, unumque et eundem divinitatis, ut ita dicam, motum atque voluntatem, essentia denique ipsius actionis, et dominationis

identitatem unum quidpiam idemque imaginemur. Eorum vero ratione habita, in quibus divinitas inest, vel ut subtilius dicam, quæ sunt divinitas ipsa, quæque inde, tanquam a prima, causa, sine tempore, eadem prorsus cum gloria, et indistincte procedunt, hoc est hypostaseon seu personarum, tria sunt haud dubie quæ adorantur. Unus Pater Pater est, et sine principio, hoc est sine causa, a nullo enim procedit. Unus Filius Filius est, at non sine principio, hoc est, non sine causa, siquidem a Patre procedit. Quod si temporale principium intelligas, eundem sine principio etiam dicere queas. Nec enim tempori subjacet is, qui tempora condidit. Unus Spiritus sanctus, Spiritus, a Patre quidem procedens non filialive, sed processive. Ita ut neque Pater ingenuus, quod genuerit, neque Filius genitus, quia ex ingenito processerit, esse desinat. Qui enim fieri hoc possit? Neque item Spiritus aut in Patrem, aut in Filium degeneret, quia procedit, et Deus est. Proprietas enim non movetur. Nam qui fieri alias possit, ut proprietas mutetur et degeneret? Si enim Filius, non proprie Pater est, cum unus proprie Pater sit. Item si Pater, non proprie Filius est, unus enim proprie Filius, et unus Spiritus sanctus. Sciendum porro est quod Patrem ex ullo procedere nec dicimus, eum autem Filii Patrem asserimus, at Filium et Spiritum causa carere nequaquam dicimus. Illum autem ex Patre atque Filium Patris, hunc vero ex Patre quoque et Filio et Patris Spiritum nominamus. Spiritum autem ex Filio, non item. Sed Filii duntaxat Spiritum dicimus. Ait enim B. Apostolus: *Si quis Christi Spiritum non habet* ¹⁰. Eundemque nobis per Filium innotescere atque tribui fatemur. Ait enim Scriptura, *Insufflavit, et dixit discipulis suis: Accipite Spiritum sanctum* ¹¹. Quemadmodum ex sole radius et splendor. Ille enim radii et splendoris fons et origo est. Jam vero nobis radius splendorem largitur, et is est, qui nos illuminat, cujusque participes sumus. Filius vero neque Spiritum esse, neque ex Spiritu procedere dicimus.

CAP. XXXVII.

Ejusdem (Damasceni) De iis quæ de Deo dicuntur, quodque ad habitum, actionem et cætera id genus, non autem ad essentiam referenda sint.

Deus simplex est, et minime compositus. Quod autem ex multis atque diversis constat, id compositum est. Jam vero si quod increatum est, quod principio caret, quod denique incorporeum, immortale, sempiternum, bonum, omnium opifex est, et cætera id genus, essentielles in Deo differentias esse diximus, id quod ex tot rebus constabit, minime simplex erit, sed compositum. Quod quidem nulla non impietate laborat. Sic igitur existimandum est, de singulis eorum quæ de Deo dicuntur, ut essentielle nihil significant, sed vel, ut quod ille non est, id perspicuum faciant vel habitum aliquem

⁹ Joan. xia, 40. ¹⁰ Rem. viii, 9. ¹¹ Joan. xx, 22.

ad oppositorum vel natura consequentium aliquid, vel actionem denotent. Itaque inter omnes Dei nomenclaturas nulla mihi magis proprie videtur, quam ὁ ὢν, seu, is qui est. Quemadmodum ipsa in monte Mosem alloquens ait: *Dicito Israelitis: Is qui est me misi.*¹² Is enim nullam non essentiam in se complectitur, tanquam vastum nescio quod et immensum essentiae pelagus. Ut autem beato Dionysio videtur, Bonus maxime propria Dei appellatio est, nec enim essentia in Deo bonitatem præcessisse dici potest. Alterum nomen Θεός Deus est, quod dicitur vel ἐκ τοῦ θεεῖν, καὶ περιέπειν τὰ σύμπαντα, hoc est, quod cursu suo et ambitu contineat universa, vel ἐκ τοῦ αἰθεῖν, id est ab arden- do. Deus enim ignis est, quo vitium omne consumitur, vel ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι τὰ πάντα, quod omnia intueatur. Illum enim nihil latet, estque omnium rerum speculator, nam speculatus est omnia providentia sua, priusquam orirentur, et eorum singula voluntaria sua cogitatione, quæ quidem est prædestinatio, imago, et exemplar in re prædestinata, in qua fit. Jam priore nomenclatura ejus, nimirum. Is qui est, ipsa essentia exhibetur, non autem quod quid est; posteriore vero, actio ipsa patefit. Cæterum hæc nomina, ἀναρχον, principio carens, incorruptibile, ingenitum sive increatum, incorporeum, invisibile, et similia, id quod non est indicant, hoc est, id quod esse non cœpit. Neque enim corrumpitur, neque creatus est, neque corpus est, neque videtur.

Bonum autem, justum, et sanctum, naturæ quidem conveniunt, ipsam vero essentiam haudquam demonstrant. Dominus denique, rex et cætera id genus habitum ad opposita significant. Eorum enim qui dominio subjecti sunt, Dominus: eorum qui regno, rex: eorum qui creationi, creator: eorum denique qui pastioni, pastor dicitur.

CAP. XXXVIII.

Ejusdem Joannis Damasceni. De divina conjunctione et discretionem (quodque illa in Trinitate, hæc in Filio solo intelligenda sit).

Omnia ergo communiter, eodem modo simpliciter, indivise, et conjuncte de universa divinitate accipienda sunt. Distincte vero, seu discrete, Pater, Filius et Spiritus, incausatum, causatum, ingenitum, genitum, et procedens, quæ quidem essentiae significationem nullam habent, sed modi solius, quo se aliud ad aliud habet, et quo existit. His igitur cognitis, viaque inde ad essentiam ipsam, sed essentiae tantum adjacentia comprehendimus. Quemadmodum nec si exploratum quidem habeamus animam corporis, quantitatis et figuræ expertem esse, continuo ejus essentiam quoque comprehendimus, neque corporis item ipsius, si

¹² Exod. iii, 14.

(12) Vide Patrologiæ tom. XCIV, col. 841.

(13) Nicetas σωματικῶς habet, at Zigabenus legisse videtur σηματικῶς, id est, *significative*. Utraque

A ejus vel candor, vel nigredo innotuerit. Sed ea tantum novimus, quæ ei adjacent. Vera autem ratione instruimur, simplicem esse Deum, unaque simplici actione bona præditum, quæ omnia omnibus suggerat, radii solaris instar, qui cuncta calefacit, et in singulis prout apta capaciaque sunt, operatur, hac actione præditus Dei creatoris beneficio. Discreta porro sunt et sejuncta, quæcunque ad divinam et humanitatis plenam Dei Verbi incarnationem pertinent. Eorum enim nullo modo Pater et Spiritus participes sunt, nisi tantum quia utrique bene complacitum est, et miraculorum editio illa inenarrabilis arrisit: quæ quidem a Verbo Deo, etiam homine nobis similis facta, tanquam Deo immutabili, et Dei Filio, edita sunt.

CAP. XXXIX.

+ *Ejusdem ex cap. 14 de iis quæ corporaliter de Deo dicuntur (12).*

Quia vero pleraque sacris Scripturis ita enuntiata deprehendimus, ut corporeum (13) aliquid, velut ex conjectura designent, sciendum est fieri non posse, ut nos, cum homines simus hac carnea massa circumtecti, divinas, excelsas, et ab omni materia remotas, divinitatis actiones intellectu assequamur, aut verbis exprimamus: nisi imaginibus, formis et symbolis inter nos cognitibus utamur. Quæcunque ergo de Deo corporaliter enuntiantur, ex conjectura dependent, in iis autem sublimior aliquis sensus delitescit. Simplex enim Deus est, neque ulla figura lineamentive depingi potest. Igitur oculorum, palpebrarum, conspectusque Dei nomine vim ejus intelligimus, qua res universas contemplatur, eamque adeo cognitionem, qua fit, ut nihil illum lateat quia nimirum hujusmodi sensus beneficio perfectionem rerum cognitionem, et certiorum persuasionem consequimur. Aurium item auditusque nomine placabilitatem ejus, et ad vota nostra precesque propensionem designamus. Nos enim hujus sensus beneficio supplicibus faciles et exorabiles efficiamur, eisque aurem familiariore quodam modo inclinamus. Oris porro et sermonis appellatione certum aliquid voluntatis ejus indicium depromimus, quia moris est nobis cordium nostrorum arcana oris et sermonis beneficio retinere. Cibi quoque et potus nomenclatura nostrum ad ejus voluntatem concursum denotat. Nos enim sensu gustatus necessario naturæ appetitui satisfacimus. Olfactus appellatione vim nobis insitam intelligimus, quæ nostram erga Deum voluntatem et benevolentiam testatur, quia nimirum eo sensu suaveolentiam odorum percipimus. Personæ item vocabulo eam Dei præsentiam subindicamus, qua ille opera sua vicissim, et quasi successive, lustrat et permeat (14), quia nimirum personæ beneficio lectio defendi potest.

(14) Consule Damascenum, nam lacuna hic est.

ut Creatori ipsi placuerit, atque ita res humanas administrant, nobisque suppetias ferunt. Omnino autem quia ex divinæ voluntatis et jussionis præscripto, supra nos sunt, Deoque semper assistunt. Insuper quamvis ad malum vix moveantur, non tamen immobiles sunt. Nunc autem etiam immobiles manent, non natura, sed gratia, et Dei, qui solus bonus est, præsidio. Deum vident prout eis permittitur, hocque ciborum vice habent. Supra nos sunt, tanquam incorporei, et ab omni affectione corporea liberi, non tamen impatibiles: solus enim Deus impatibilis. Transformantur autem in id, quodcumque Dominus Deus jusserit, atque ita hominibus apparent, eisque divina mysteria revelant. In cælo versantur, unigue rei dant operam, nimirum ut Deum laudent, et divinæ ejus voluntati obsequantur.

CAP. XLI.

Hierarchiæ synopsis. Angelos creaturas, non creatores esse, contra Sethianos.

Quemadmodum autem sanctissimus ille, sacratissimusque, necnon in rebus theologis exercitatissimus Dionysius Areopagita testatur, theologia omnis, seu Scriptura sacra, novem cælestes essentias expressit. Eas divinus ille rerum sacrarum administrator tribus ternariis ordinibus distinguit. Atque omnium primum illum esse statuit, qui Deum circumstare semper, ei que contigue et immediate conjungi fertur. Is ordo est τῶν Seraphim sex alas habentium, et multoculorum Cherubim, denique sanctissimorum Thronorum. Secundum autem Dominationum, Virtutum et Potestatum. Tertium et ultimum Principatum, Archangelorum et Angelorum esse ait.

Jam nonnullis videtur illos ante creaturam omnem conditos fuisse, ut Gregorius Theologus ait his verbis: Primum angelicas et cælestes virtutes in animo versat, atque cogitatio illa in opus evadit. Aliis autem eos post primum cælum conditos fuisse placuit. Certe ante creatum hominem conditos nemo non fatetur. Ego vero in Gregorii Theologi sententiam pedibus eo. Siquidem rationi consentaneum erat, ut primo loco essentia intellectu prædita crearetur, tum deinde ea quæ sensus particeps est, atque ita demum ex utraque homo conflaretur. Cæterum ii qui angelos essentia cujuslibet creatores fuisse autumant, id effutiunt, quod pater diabolus eis suggerit. Cum enim creaturæ sint, creatores non sunt. Qui autem omnia fecit, omnibus providet, omnia continet Deus, is unus increatus est, qui sub Patris, et Filii, et Spiritus sancti nomine laudibus celebratur et glorificatur.

CAP. XLII.

De homine. Essentiæ divisio. Imaginis et similitudinis in Deo differentia. Origenis deliramentum.

Hunc ergo in modum Deus essentiam intellectus

A participem condidit, angelos, inquam et omnes cælestes exercitus. In enim dubio procul natura intellectus particeps et incorporea præditi sunt. Incorporea, inquam, si cum materiæ crassitudine conferatur. Nam solus Deus revera materiæ expertus et incorporeus est. Deinde vero eam quoque essentiam creavit, quæ sub sensum cadit, cælum, inquam, terram, et quæ in eorum medio jacent, atque illam quidem propriam et familiarem (familiaris enim Deo natura illa est, quæ ratione utitur sola que mente comprehenditur), hanc vero undecunque remotissimam, quæ nimirum sub sensum cadat. Jam vero ex utrisque mistio quædam efformanda erat, ut esset majoris sapientiæ et magnificentia rerum naturalium specimen et insigne, ut Gregorius Theologus ait, et quasi quædam utriusque naturæ conjunctio, ejus nimirum, quæ visibilis est, et ejus quæ non videtur. Par erat, inquam, ut hujusmodi specimine voluctas Creatoris innotesceret. Hæc enim decentissima lex et regula est, ad cujus præscriptum examinanda sunt omnia. Et nemo quidem eo vesaniæ procedet, ut Creatorem suum sic interroget: Cur ita me formasti? Potest enim figulus ex luto suo varia vasa fingere, quibus sapientiæ suæ specimen edat (15).

Cum hæc ita se habeant, ex visibili et invisibili natura hominem propriis manibus ad imaginem et similitudinem suam creavit, corpore quidem e terra formato, anima vero rationis et intellectus particeps ei proprio sufflamine infusa, quod quidem divinæ imaginis appellatione intelligimus. Illud enim, ad imaginem, vim illam indicat, quæ intellectus particeps liberoque arbitrio prædita est. Hoc autem, ad similitudinem, vim illam denotat, quæ divinæ virtutis, quoad ejus fieri potest, similitudinem refert.

CAP. XLII-XLIV.

Hominis partes, et pristinae qualitates. Spiritus et caro.

Cæterum corpus et anima simul formata sunt, non autem illud quidem prius, hæc vero posterior, ut Origenes deliramentis suis voluit; itaque Deus hominem creavit purum, rectum, fortem, hilarem, securum, nulla non virtute ornatum, omnibus bonis abundantem, quasi quemdam mundum secundum, in magno parvum: alium angelum adorantem, mistum, earum creaturarum inspectorem, quæ oculis subjiciuntur: earum autem quæ soli cogitationi patent, discipulum: regem eorum quæ in terra sunt: Regi superno subditum, terrenum et cælestem, mortalem et immortalem, visibilem et intellectu perceptibilem, medium inter sublimitatem et humilitatem, eundem et spiritum et carnem: carnem quidem, propter extuberationem: spiritum vero, propter gratiam: partim ut patiat, patiensque commonefiat, et erudiatur, ad

(15) Alludit ad locum B, Pauli, Rom. ix.

sublimitatem magno studio anniti oportere : partim ut perseveret, et Creatorem beneficium glorificet : animal quod hic quidem, id est in præsentia vita, gubernat : alio autem, hoc est in futurum sæculum, transmigrat : tandemque, qui totius mysterii finis est divino numine deus evadit. Deus, inquam, quia divini splendoris particeps efficitur : at non in divinam transit essentiam. Creavit hominem Deus a peccato natura immunem, voluntate liberum. (Immunem a peccato dico, non quia peccati capax non sit : solus enim Deus peccati capax, non est : sed cujus in terra peccatum non esset : imo in voluntate potius) sive ita comparatum, ut perseverare atque in bono proficere, divina cooperante gratia, itidemque a bono ad malum, Deo permittente, propter liberum arbitrium, declinare posset. Nec enim virtus est id, quod vi fit.

CAP. XLV.

De anima, mente, et rebus incorporeis.

Igitur anima est essentia vivens, simplex, incorporea, cujus propria natura corporeis oculis cerni non potest, immortalis, rationis et intellectus particeps, figura carens : quæ corpore, tanquam instrumento, utitur, eique vitam, incrementum, sensum, vimque generatricem suggerit : mentem in seipsa, non tanquam diversum quid, sed tanquam purissimam sui partem, complectens (quod enim oculus in corpore, id mens est in anima), liberi arbitrii, liberæ voluntatis et actionis : mutabilis seu mutationi ultro obnoxia, quia nimirum creata est. Hæc omnia naturaliter, Creatoris sui gratia et beneficio, accepit, quia quidem gratia illi, et quod est, quod ita naturaliter est, obtigit. Jam ea quæ incorporea, et invisibilia, et figuræ expertia sunt, duobus modis consideramus, alia ex essentia, alia ex gratia, et illa quidem ita naturaliter comparata, hæc vero quasi ad materiæ crassitudinem accedentia. Itaque in Deo incorporeum, natura : in angelis autem, dæmonibus et animis gratia dicitur, atque hujusmodi, ut cum materiæ crassitudine affinitatem quamdam habeat.

CAP. XLVI.

De corpore, elementis, et humoribus.

Corpus autem est quod triplici dimensione constat, nimirum longitudine, latitudine, profunditate et crassitudine. Cæterum corpus omne quatuor ex humoribus conflatum est. Sciendum est elementa quatuor esse, terram siccam et frigidam : aquam frigidam et humidam, aerem humidum et calidum : ignem calidum et siccum ; quibus humores quatuor ex diametro respondent : atra enim bilis, um sicca sit et frigida, terræ : pituita frigida et humidam, aquæ : sanguis humidus et calidus, aeri : flava bilis calida et sicca, igni velut ex diametro respondet.

Itaque fructus ex elementis, humores autem et fructibus, animantium denique corpora ex humo-

ribus conflantur, et in eosdem resolvuntur. Quidquid enim compositum est, in illa ipsa ex quibus constat, tandem resolvi solet.

CAP. XLVII.

Homini quid cum inanimis, brutis, et intelligentiæ capacibus commune sit.

Sciendum porro est homini aliquid cum rebus inanimis commune esse, eumque vitæ cum brutis participem, et cum iis quæ ratione utuntur intelligentia præditum esse. Corpus enim et quatuor elementorum temperamentum communia cum rebus inanimis habet. Cum plantis vero, præter supra dicta, has quoque facultates, nutritivam, vegetativam, et generativam, communes experitur. Cum brutis item, præter ante dicta, et hæc suctarii vice eidem accrescunt, appetitus, seu animositas, et concupiscentia, deinde sensus, tum demum ad rem concupitam motus. Sensus autem quinque sunt, visus, olfactus, auditus, gustus et tactus. Concito illo ad rem concupitam motu fit, ut e loco in locum transeat, toto corpore moveatur, voce et respiratione utatur. Horum animi faciendorum vel omittendorum libera facultas insita nobis est. Ejus denique partis animæ beneficio, quæ rationis est particeps, naturis incorporeis intelligentiaque præditis conjungitur, cum singula perpendit, intelligit et judicat ; cumque virtutes et imprimis pietatem, virtutum colophonem, amplectitur. Qua etiam de causa homo parvus mundus est.

CAP. XLVIII.

Quæ corpori et animæ propria sint, quæ item utrique communia.

Sciendum est autem sectionem, fluxum, et mutationem soli corpori convenire. Mutatio quidem qualitatis est, nimirum caloris, frigoris, et cæterorum id genus.

Fluxus autem ad vacuitatem referendus. Evacuantur enim ea, quæ sicca et humida sunt, atque spiritus : quorum repletionem corpus eget. Ex quo fit ut fames et sitis naturalibus affectionibus accenseantur. Animæ autem, pietas et intelligentia propriae sunt. Virtutes vero et corpori et animæ sunt communes : cum hæc quoque ad animam evehantur tanquam anima corpore abutatur.

CAP. XLIX.

Facultatum animæ divisio.

Sciendum est, eam animæ partem, quæ rationis est particeps, si præesse, quæ rationis experta est. Siquidem facultas animæ duplex est. Alia enim rationis capax, alia bruta. Jam brutæ facultatis duo sunt genera. Unum earum, quæ brutæ omnino sunt nec rationi obediunt : alterum earum, quæ rationi quodammodo parent. Bruta omnino ea pars est, quæ vitalis et constrictiva dicitur, item generativa, denique germinativa, quæ alias nutritiva vocatur. Sub quæ ea quoque comprehenditur,

quam vegetativam vulgus vocat, et quæ corpora A
efformat. Hæc enim non ratione, sed natura re-
guntur. Ejus autem quæ rationi paret duæ sunt
species, cupiditas et animositas. Cæterum bruta
illa pars animæ vulgo affectativa et appetitiva di-
citur. Sciendum præterea est, ad rationi parentem
brutæ facultatis animæ partem, illum quoque con-
citurum ad rem optatam motum referri solere.

CAP. L.

*Plura de corpore et anima. De animæ immortalitate
et natura, quatenus corpori jungatur.*

Immortalitas homini acquisita est, qui quamvis
sit naturaliter mortalis, animæ tamen præstantia
consequitur ut immortalibus assideat. Igitur animæ
natura, ut quibusdam placuit perfecta ejus ipsius,
et dimensione carens essentia est : quæ corpori B
tanquam currui insidet. Quia vero vita toti suffi-
cienda, et suis id velut angulis circumscribendum
est, ea de causa ipsum permeat, hoc est dividitur,
et per singulas ejus partes diffunditur, profundum
ejus et superficiem ex æquo animans, atque ipsum
quidem sibi ipsi circumscribit, ei autem seipsam
certis finibus accommodat.

CAP. LI.

*Item de anima. Angelorum et animarum creationis
ratio.*

Una cum angelicorum quidem ordinum specie,
individuorum quæque numerus in prima illa mun-
di creatione completus esse fertur : animarum
autem numerus a creatore Verbo (cui nihil futu- C
rum aut venturum est, sed omnia perspicuam
naturam adeptæ sunt) productus quidem esse per-
hibetur, at non uno cum rerum universitate de-
promptus, imo illæ ex nihilo creatæ, et eorum,
quia a mundi primordio ad hunc usque diem vixe-
runt, corporibus infusæ fuisse : atque in die in-
fundi feruntur.

CAP. LII.

*Item de anima. Triplex animæ affectio, triplicem
quoque hominem facit.*

Triplex porro est animæ affectio, siquidem quod
in illa summum est, et cum rebus quæ intellectu
percipiuntur, cognitionem habet, νόσις, seu in-
telligentia nominatur : quod vero extremum, et
tanquam eorum quæ sub sensum cadunt, sensus D
communis beneficio, gnomon et regula est, δόξα,
seu opinio, dicitur : quod denique intermedium
est, atque ita comparatum, ut modo sursum, modo
deorsum feratur, δ᾿άνοια, seu cogitatio dicta est.

Atque his finibus homo, seu hominis opinio,
exspatiatur, tumque demum animal evadit. Cogitatio enim multiplex quædam natura est. Intelli-
gentia vero divinitatis est particeps. Cum enim
cupiditas muliceps quoddam animal, animositas
autem leonina sit : ratio sola hominem verum
constituit, quo tamen alius quoque diviniior homo
veriorque deprehenditur, quisquis νοσῶς, seu in-

telligentiæ capax est, quem ἀνοήθροπον, hoc est
ipsum seu perfectum hominem ii vocant, qui for-
marum speculationibus addicti sunt. Homo itaque
triplex est. Unus quidem νοσῶς intelligentiæ ca-
pax, isque uniformis. Alter vero λογικός rationis
particeps, isque tripartitus et triplici facultate
præditus. Tertius denique αισθητικός, sensibus
addictus, isque multiformis et varius. Id porro,
quod ratiocinatur et contemplatur, nos ipsi sumus.
Nec enim quidquam inter nos et animam discrimi-
nis est.

CAP. LIII.

*De mente et anima, (Græcorum aliquot philosopho-
rum de animæ et corporis coniunctione sententiæ.)*

Ex sapientum Græcorum numero Plato quidem
et Aristoteles animam corpore tanquam instru-
mento uti censent. Decet enim, inquit Aristoteles,
ut ars suis instrumentis, anima autem corpore
utatur. Peripatetici vero philosophi illam non
secus atque formam materia constantem corpori
commiscent et implicant.

Cleantes illam etiam corpus esse demonstrat,
quæ tamen aliquando ab eo quod sub aspectum
cadit separari queat.

Plotinus autem illam ad corporis affectiones
subeundas haudquaquam adigi auctor est, quando-
quidem nec ullo unquam fieri modo queat, ut arti-
fex instrumentorum affectiones induat. Necesse
autem est, ait, ut sensu utatur. Quod enim cor-
pore agit, a sensu adjuvatur : ut ejus beneficio
externa et adventitia cognoscat. Jam si anima in- C
corporea est, illam corporeæ affectiones haudqua-
quam penetrabunt : quod si veniant haudquaquam
in ejus essentiam, sed tantum in facultates et
actiones ejus venient.

CAP. LIV.

*De anima. Misceri quæ dicantur, et quomodo anima
corpori commisceatur.*

Misceri dicuntur ea, quæ commiscentur et con-
funduntur inter se, ut res humidæ vel implicitæ,
ut aer et lumen ; vel ut forma, quæ a materia se-
parari non potest. Quod si se vel tantillum con-
tingant, essentia quidem separantur, actionibus
vero commiscentur. Quæ res Aristotelem quoque
permovet, ut duplicem animam esse diceret : unam
quidem, quæ a corpore separetur, alteram vero
quæ in corpore subsistat. Ea porro animæ
forma, quæ corpori inest, instrumenti vicem gerit,
quo ad superiorem animam regia facultate prædi-
tam subvehatur. Cæterum anima quæ corpori
inest, haudquaquam sub sensum cadit : siquidem
corpori commista est, sed ipsum corpus anima-
tum. Corpus enim animæ beneficio sensus, appe-
titus, et cæterarum affectionum particeps est.

Plato autem veram animæ essentiam a seipsa
dependere scribit. Quod enim in alio subsistit, id
essentialis qualitatis formam, non autem essentiam
appellat.

CAP. LV.

De anima. An anima sit patibilis ?

Quæ corpori inest anima, aut corpore tanquam instrumento utitur, aut ab illo inseparabilis est. Jam si prius admittatur, haudquaquam ad corporeas affectiones subeundas anima cogitur : sin a corpore seperari non potest, ut impatibilis maneat, si corpus mali quid patiat. Quemadmodum, verbi gratia, mutato aere, lumen non moveri non potest. Jam si anima forma sit materialis, utrumque certe conjunctum aget, et patietur, anima vero non item. Nam nec in securi figura solum secat, sed totum corpus simul, ferrum scilicet ita efformatum. Sin autem anima forma sit materiæ exspers, fieri non potest, ut affectiones et cognitiones hujusmodi admittat, quibus corporis interventu obnoxia esse solet. Affectiones porro, vel sensus quidam sunt vel saltem sensu non carent.

CAP. LVI.

De anima. Affectiones animæ ab ejus essentia colligi, non contra.

In mathematicis quidem, seu disciplinis, certo constat quæstionem, Quid est, de singulis efferri : quia nimirum iis quæ definiuntur, vel quantitates aliquot, vel qualitates elucescunt : quæ quidem sensu vel phantasia apprehendi possunt. Quotquot vero essentia sunt, quæ rationis et mentis speculationi patent, haudquaquam per seipsas manifestæ sunt iis quæ sensibilia sunt : sed ex iis quæ sibi accidunt ea differentiâ procedit, quæ in eis deprehenditur. Qui quidem modus in anima necessarius est, atque demonstratio, qua ex eo quod quid est, accidentia colliguntur, non autem e converso ab his ad essentiam recurritur.

Animæ porro affectiones, non simpliciter omnis ejus actio est, sed patientis tantum, atque extra seipsam evagantis. Et omnis quidem anima extrariorum rerum sensu afficitur, at non omnis a corpore separabilis est. Omnis enim sensus et phantasiæ absque corpore non fiunt, quocirca ne anima quidem eorum passione obnoxia, ullo modo separari potest. Propriæ enim quasque domesticæ in essentiis actionis esse videntur.

CAP. LVII.

Item de anima. Expositio dicti Mosaici, Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.

Quænam, quæso, finitio similis est huic Mosaico, tanquam in Dei persona, pronuntiato : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* ¹³? siquidem angeli simplicis naturæ sunt, et absolutam perfectionem gratis adepti sunt, nec enim aptitudinem actionibus vacuum acceperunt : neque sermonem illum, qui nobis naturalis est, et quo ad similitudinem movemur, actioni suæ præstruunt, quandoquidem longe excellentius quam nos divinam formam imaginemque referunt :

¹³ Psal. cix, 3.

(16) Infra lib. iv, cap. 31, contra Origenem.

A qua fit ut non quemadmodum solemus, ex imperfectione ad perfectionem progrediantur, pro modulo virtutis, quæ animæ insita sit, ad rationem divinæ illius similitudinis consequendam : legislator autem animam ad imaginem Dei creatam esse ait, eadem prorsus ratione, qua pictor aliquis imaginem aliquam ad exemplaris formam effingere dicitur. Estque hoc et dicitur prima imago, atque immediatum, ut ita dicam, spectandi archetypi seu exemplaris idolum. Est vero alia quoque similitudo, nimirum secunda imaginis imitatio. Quocirca illa quidem exemplaris, hæc vero imaginis imago dicitur. Eadem ergo ratione Deus quoque animæ archetypum est, rationibus quibusdam ineffabilibus, ut auctor est Moses, anima autem corporis. Etsi enim exspers materiæ anima est, corpus autem materiale et compositum ; anima tamen, ut quibusdam placuit, medium quidam est inter inseparabilem illam, et eodem modo semper habentem essentiam, atque eam, quæ per corpora diffunditur. Et mens quidem proprie essentia est, quæ divisionem non recipit : corpora vero generationi et corruptioni obnoxia sunt, divisionemque et dissectionem omnibus suis in partibus admittunt. Anima denique menti, neque corpori similis est : sed mente quidem inferior, corpore autem superior : quia non ita naturaliter divisioni obnoxia est. Quia vero ad corpus inclinatur, necesse est ut una cum illo dissectionem divisionemque recipiat. Quocirca cum ne anima quidem sit divisionis exspers, sit ut corporis non minus imago sit, quam mens ejus imago est.

CAP. LVIII.

Animam corporis, corpusque vice versa animæ idolum esse.

Jam si animæ a quibusdam corporum idola dictæ sint, ex hoc inferre quispiam poterit, ab animis imaginativis corporearum formarum impressiones, vi eorum quæ sub aspectum cadunt, recipi. Corpus enim figura rectum, tactu durum, colore album, grave denique et asperum est, nec ita comparatum, ut in aere volitet. Idolum autem tenebricosum, et umbræ persimile est, idque adeo quod quale sit vix conjicias. Quæ res Platonem quoque movit, ut spectra illa umbratilia, quæ in sepulcris apparent, animas corporum amantes nominaverit, quippe quæ ne tum quidem, cum ab hoc mundo digressæ sint, ad purum lumen revertantur, sed etiam tum circa corpora versentur, quæ, servilium voluptatum illecebris captæ, in primis amarunt. Corpus porro idolum quoque animæ dictum est, quia quod illi oculos, huic mens : quod illi tactus, huic vis illa est qua rerum veritas exquiritur : quamvis hæc gentium dogmata majore sui ex parte redoleant, quemadmodum et cum duæ idolorum naturæ rationali animæ attezuntur (16) : quorum unum ei ab æterno

cohæreat, quod quidem nihil aliud est, quam corpus illud, quod vulgo divinum dicitur: quod simul atque subiit anima, crassiori denuo parti adhæret, quam quidem a cœlestis astrorum dispositione, ut ita dicam, acceptam ipsi tanquam centro appingunt, eamque tunc demum formam animæ rationis expertem vocant, ex qua nimirum opinio, sensus, phantasia, eorum denique generandorum, quæ sub generationem cadunt, appetitus procedit. Nec enim eidem naturæ unius contemplationem, primas notiones, exactasque scientiæ, una cum falsis opinionibus, et eorum quæ sensu prædita sunt apprehensionibus, nimirum phantastica facultate, rerumque deteriorum actione tribuunt, imo vero quæ præstantiora sunt, ea rationali: quæ vero deteriora, ea parti rationis experti accensent: non ut maculas aut labeculas ulla hac distributione a diviniore natura abstergant, sed ut illa necessariis fungente muneribus, hæc ad ea tantum se convertat, quæ propius ad naturam divinam accedunt. Hoc igitur idolum ea propter ab anima rationis particeps separari non posse docent: homine autem dissoluto præstantiorem animam una cum luminoso vehiculo ad propriam quietem subvehunt: irrationalem vero a corpore separatam vel ad inferos detrudunt, vel inter astra referunt.

CAP. LXIX.

De animarum in alia corpora transfusionibus.

Eidem porro qui animarum προγενεσιάν seu præexistentiam docuerunt, earumdem quoque μεταγγισμός seu elutriationes, et quasi e vase uno in aliud vas transfusiones commenti sunt. Est autem μεταγγισμός seu elutriatio, cum una et eadem anima ex humano egressa corpore, corpus in aliud transmigrat: atque aliquando etiam volatilium quadrupedumque corpora subit.

CAP. LX.

De luminosa et tenebricosa animæ natura (47).

Quidam vero duplicem quoque animarum naturam esse dixerunt, unam quidem luminosam, alteram vero tenebricosam. Et hanc quidem inferne scaturire, atque subterraneis ex mestibus exsilire: illam vero e cœli vertice accensam demitti, ut terrenum hoc corporis domicilium exornet. Quæ quidem descendens cavere jubetur, ne dum corpus hoc informe et confusum informare et exornare contendit, ipsa dedecore et confusione impleatur: atque ita eadem postea via refluere, et in primum propriumque fontem refundi nequeat, sed ad subterraneos illos meatus alteri animæ cognatos transversa rapiatur,

Livor ubi, atque alium, species et mille malorum Errant tartaræ pratis in tristibus Ates.

Ex quo etiam sæpe contingit, ut iisdem prognati parentibus, ne animarum quidem cognatione inter

(17) Ex Synesio lib. 1 *De Providentia*, infr. I. iv, c. 36, in fine confutationis Euchitarum.

se convenient; sed alter præstantioris animæ rationi pareat, alter quo deterioris rapit impetus, eo præceps ruat: atque sic alter bonis actionibus, alter malis inviliget. Cum Afer contra eadem animi propensione cum Græco homine facile conveniat.

CAP. LXI.

Item de anima. Variæ Ethnicorum et Christianorum sententiæ.

Non defuerunt, qui animam sanguinem illum esse dicerent, quo vivimus. Alii quoque spiritum illum esse ratisunt, qui nobis ab initio una cum seminisparentum emissionem insitus est; ex quo calor etiam exoritur. Quia enim aliquo corporum natura egebat, a quo animaretur, et calorem susciperet, idcirco natura illum aspiratione et respiratione donavit, sanguinique animanti introitum et exitum præstruxit. Hic itaque spiritus corpora permeat, constituit, corrumpit, unaque cum illis deperditur.

Ex nostræ vero religionis hominibus, alii essentiali animæ causam primæ illi divinæque insufflationi ascripserunt, atque hominum corporibus (18) quo tempore creantur, infundidixerunt. Alii animam per se subsistentem corpori concurrere putarunt: ita ut neque corpus per se constituitur, nec anima corpore prior existat. Eandem porro duplicem asseruerunt, cujus pars una rationis particeps, altera expert sit. Eam partem, quæ rationis expert est, in animosam et cupidam diviserunt. Atque eam quidem partem, quæ rationis est particeps, in pectore sedem habere; eam vero, quæ ratione caret, per universam corporis compagem diffundi affirmarunt. At vero ἡγεμονικὸν quoque ipsum, sive præstantissimam animæ partem Plato quidem et Democritus sedem in toto capite habere dixerunt, alii in μεσοφρύω seu superciliorum meditullio, alii circa cerebri meningem, quæ vulgo pia mater, alioque nomina ἐπικρανίς seu cerebellum appellatur. Quidam etiam in cerebri ventre. Nec defuerunt, qui toti pectori totique cordi vel spirituique ambienti, et sanguinis crassitudini ascriberunt. Alii in præcordiis illam statuerunt. Aliis a vitaliejus facultate, cor ambi, caput autem a rationali et intellectuali placuit,

CAP. LXII.

De anime immortalitate quid ethnicis, quid christianis placuerit.

Jam vero animæ immortalitatem nonnulli approbarunt eamque corpore digressam ad ipsius universitatis animam tanquam sibi cognatam redire dixerunt. Alii contra corruptioni obnoxiam, unaque cum corpore interire maluerunt (19). Aliis eam ejus partem, quæ rationis est particeps, immortalam: quæ vero rationis expert est, mortalem esse placuit. Nostrorum autem seu Christi-

(18) Ut Origenes.

(19) Ut Thanatopsychitæ infra I, iv. c. 42.

stianorum philosophorum ex animæ actionibus alias citra ullum corporis obsequium agere (si quidem mens, cogitatio, et phantasia, vel quieto corpore operantur), alias vero corporis obsequio egere dixerunt. Sensus enim absque iis, quæ sub sensum cadunt, agere non potest. Sed quodammodo compatitur, et ea corpori conciliat. Unde fit ut sæpenumero typi quidam et characteres, obscuri eorum, quæ singuli hac in vita pie et ex religionis præscripto egerunt, animæ postea quam a corpore separata est, impressi, et velut insculpti supersint. Quia nimirum affectiones illæ, quæ sensui subjiciuntur, communes animæ corporique sunt.

Beatus quoque Nyssenus ille Gregorius ei animæ facultati, qua recordamur, signa corporis, tanquam sigillum ceræ impressum, inhærere post mortem auctor est, idcirco etiam dives Lazarum cognoscit, et id quidem merito. Nam si brutis in animantibus, tantas natura vires suas esse ostendit, ut agnella recens nata multos alieni lactis fontes prætereat, dum ad matris ubera parveniat: non poterit naturæ Conditor hujus miraculi prærogativam ratione præditis animantibus concedere, animæque et corpori conjugibus hoc largiri, ut concurrant et conjungantur.

CAP. LXIII.

† *De mente. Intelligentia quomodo animæ et menti insit.*

Intelligentiæ quidem capax anima est, intelligentiæ capax ipsa quoque mens: hæc quidem ex sui essentia, illa vero participatione. Mens enim hoc privilegio donata est, ut et intelligentiæ particeps, et mens sit, quod unum et idem est. Anima vero intelligentiæ capax ad mentem respicit, et quasi secundario intellectu prædita est, qui menti primarius est, atque adeo ex mentis participatione intelligentiæ capax esse dicitur, quod beneficium ex sua essentia mens habet. Itaque intelligentiæ capax est anima, mentis participatione. Cum enim anima intelligit, et mens in nobis operatur, tunc demum anima intelligentiæ capax et particeps efficitur. Animæ autem nostræ illa singularis mens præest, quæ pars quoque nostri dicitur: cujus nimirum nos privatim particeps sumus. Continuo enim ad illam ascendimus, ejusque beneficio ad universam mentem convertimur, et in ea tandem perficimur.

CAP. LXIV.

† *De mente et anima, et utriusque formis earumque differentis.*

Formas duobus modis habemus, in anima quidem quasi subvolantes, quasque separatas; in mente vero simul omnes.

Mense autem alia est participatione, quæ rectius Ἐλλαμψις νοερά, seu illuminatio intellectualis appellatur, alia vero essentialis. Jam mens quæ participatione constat, ea est quæ animæ communica-

tur. Nihil autem aliud est quam habitus ad ea bona præstanda, quæ menti ex officio convenient. Mens autem essentialis duplex est, una quidem, quæ communicari non potest, altera quæ potest: quæ quidem particularis appellari solet.

Hæc porro mens communis et privata nobis inest: communis quidem, tanquam una et individua, privata vero quatenus tota singulis inest. Atque animales quidem formæ essentialium nostram compiant: mentales vero perfectionem nobis et ornatum afferunt: quin et mentales quidem conjunctæ sunt, animales vero divisionem recipiunt. Cæterum viejus naturæ, quæ intelligentiæ particeps est, Deus nobis, tanquam auriga curru suo, insidet.

CAP. LXV.

† *De virtutibus et eorum triplici ordine.*

Jam vero, quia virtutes ad mentem et animam referuntur, de iis pauca etiam tractanda sunt.

Virtutum triplex est ordo. Aliæ enim hominem, hoc est animam cum corpore ornant. Aliæ a corpore animam purgant, et ad seipsam revocant, quæ quidem purgativæ dicuntur. Aliæ animam perfecte purgatam in rerum quæ intellectu percipiuntur contemplatione exercent, quæ quidem contemplativæ atque intellectuales appellantur. Et alia quidem Dei, alia angeli, alia hominis virtus est. Quemadmodum enim variæ, sunt eorum essentia, ita et virtutes variæ. Atque anima quidem proprie rationabilis est, et dicitur. Mens autem id quod animæ præest. Rationalem porro animam irrationalis anima, ipsumque animæ idolum subsequitur. Jam per omnes angelorum ordines virtus diffunditur, quæ ἀπὸ τῶν Seraphim incipit. Deus autem supra virtutem, omne bonum, omnemque perfectionem supereminet.

CAP. LXVI.

Item de virtutibus et sex gradibus earum
φυσικῆ, ἠθικῆ, πολιτικῆ, θεωρητικῆ, θεουργικῆ.

Virtutum gradus sex esse perhibentur. Alia enim virtus naturalis est, quæ quidem in feris quoque deprehenditur. Alia moralis, qua imperitorum quoque nonnulli præditi sunt. Alia civilis, quæ ratione et prudentia rempublicam moderatur. Alia purgativa, quæ hominem ab omni affectionem perturbatione purgat. Alia contemplativa, quæ mentem contemplatur. Alia deificativa, quæ diviniorem animæ nostræ partem excitat, cum ipso Deo conjungit, atque divinum favorem immittit. Sunt vero aliæ quoque his superiores virtutes. Aliæ quidem tanquam reliquarum virtutum exemplar, aliæ essentiam omnem transcendunt: quæ quidem non sunt accidentia, quemadmodum cæteræ virtutes nobis accidere solent: sed intellectuales, atque superessentiales essentia.

CAP. LXVII.

De virtutibus quibus homo perfectus evadit.

Tres sunt virtutes quibus homo perfectus evadit: sanctitas, quæ ad Deum ascendere contendit,

quasi hominis vitam Deo consecrans : altera justitia, quæ rebus necessariis providet ; tertia prudentia quæ nobis ipsis vitam intelligentiæ participem accommodare studet. Nam sanctitate cum uno atque cum Deo conjungitur : justitia vero iis providemus, quæ inferiora sunt : prudentia denique scientiam ineffabilem consequimur. Jam moralis virtus a prudentia exoritur : nec actione, sed rerum usu comparatur. Ea porro virtutis divinitas est, ut omnia quæ sunt in rerum natura permeet. Est enim supercœlestis, supermundana et mundana virtus. Item intellectualis, animalis, angelica et humana.

Est vero virtutibus suis quasi fons, cujus tum demum participes efficiuntur, cum particulari intelligentia longum valere jusea, perfectissime virtutes omnes exsequimur.

CAP. LXVIII.

De virtutibus, et earum finibus μετριοπάθεια et ἀπάθεια

Civilium quidem virtutum, seu exteriora hominis exornantium μετριοπάθεια, seu affectionum modus, finis est, quæ quidem ad humanam societatem, quæ a damno vicinis inferendo cavet, tanquam ad scopum respicientes, a congregatione mutuaque benevolentia civiles dicuntur. Purgativarum autem virtutum finis ἀπάθεια, seu impatibilitas. Contemplativarum porro Dei assimilatio. Atque alio quidem modo temperantia, prudentia, fortitudo, et justitia in virtutibus civilibus, alio in purgativis, alio denique in contemplativis considerantur. Rerum enim subjectarum modi, virtutum quoque facultates nominantur. Et qui majoribus præditus est virtutibus, idem et minoribus præditus est. Qui vero minoribus caret, idem majoribus quoque caret, nisi ad illas proficiendo ascendat.

CAP. LXIX.

De virtutibus. Deo similes variis modis efficiuntur.

Non una eademque numero Dei similitudo est, imo diversæ sunt. Illi enim similes evadimus et civilium beneficio virtutum, sed obscurius atque tenebrosius. Purgativarum quoque beneficio similes illi efficiuntur, sed expressius. Contemplativæ insuper nos ei similes efficiunt, sed etiam clarius. Deificativis denique virtutibus Deo similes efficiuntur, per quas vere demum præstantiorem Dei similitudinem consequimur. Animarum enim expiatio, et eorum quæ sunt contemplatio, non omni ex parte Deo sunt similes.

Ille enim expiationem omnem et contemplationem exsuperat. Sed facultas illa, quæ hominem deificat, materiæ subducit, atque ab effectibus ita liberat, ut alterum eadem deificatione præstare possit, illa, inquam, perfectissima Dei similitudo est. Ait enim Deus in Evangeliiis : Qui separat pretiosum a vili, quasi os meum erit. Viden, quomodo deificativæ virtuti verissimam Dei similitudinem ascri-

PATROL. GR. CXXXIX.

psit? sed præclare nobiscum agatur, si nos ipsos virtutibus civilibus exornare possimus.

CAP. LXX.

Item de anima.

Anima rationalis est essentia tenuis, materiæ et formæ expers, typus et imago Dei. Anima porro a Græcis ψυχή dicitur διὰ τὸ ψύχειν, ἤτοι διὰ τῆς οὐκείας ἐνεργείας ζωοποιεῖν τὸ σῶμα, hoc est propterea quod corpus refrigeret, propriaque actione vivificet. Anima rationalis est materia constans actio, quæ spiritus beneficio sanguini vitam, calorem, et motum suppeditat. Vita autem animalis est facultas materialis activa et sensitiva, qua corpus constat. Mens rationalis sensus ille, quo animam immortalem et intelligentiæ participem contemplamur. Item, mens est incorporea visio, quæ citra laborem omnia quæ sunt in rerum natura discurrit.

CAP. LXXI.

De animarum in corpora insinuatione. Philosophiæ difficillima quæque facilia sunt.

Modus quo animæ in corpora insinuantur, perinde atque is, quo hinc eadem a corporibus dissolvuntur aut separantur, et ambiguitatis refertissimus, et cognitu difficillimus est. Quoniam enim modo prima illa elementorum temperamenta in nobis ipsis coierint, nemo est omnium, qui meminerit. Præterea illa singulorum animantium dissolutio futuris, nequid factis, rebus accensetur. Qui fieri ergo potest, ut eorum ratio a quoquam reddatur, quorum nec meminit, nec periculum fecit? Verum enimvero quia nihil tam arduum est, quod philosophia improbo labore non evincat, imo vero ei dictu facilia sunt, quæ alias ineffabilia : et explicatu facillima, quæ intricata maxime perplexaque videtur, idcirco ab illa eorum de quibus addubitas solutiones tibi mutuandæ sunt.

CAP. LXXII.

Quatuor exemplis animarum in corpora insinuatione demonstratur

Itaque (ut hoc primo expediamus) insinuationem illam animarum in corpora cave corpoream existimes aut animam quæ superne dimittitur, necessario ad corpus applicari, aut diuturno in id motu inspirari, aut inferne trahi aspirative, aut ex aere rapi, aut per narium, vel corporis, vel etiam incertos alios quosdam meatus, non secus atque per quasdam fores, ingredi putet. Nec illa hominis agitatio similia similibus aggerens, animas in corpora detrudit. Nec cœlestis influxio, ab oriente procedens, easdem urget, introve pellit : nec enim anima tanquam ex apostestate, aut recessu, neque circuitione, neque se paulatim movendo ad corpus appellit, eique conjungitur. Sed (ut rem exemplis illustrem) quemadmodum e nihilo progressus ad rerum naturam fieri solet, ita etiam illam conferta simul et sine motu procedit.

38

totaque corpori addiceretur, atque alieno egeret A fundamento, at ne sic quidem corpori præest, quemadmodum auriga curru, vel gubernator navi: ita enim partem illam animaret, cui insideret, ea vero cui minus insideret, inanima superesset. Tametsi autem eorum nonnulli, qui philosophicis in rebus excelluerunt, imperium illud, quod anima in corpus exercet, aurigæ et gubernatori simile fixerunt, non id tamen voluerunt, sed hæc duo proposuerunt, ut essentiam animæ a corpore separari posse appositis exemplis indicarent, quæ nec una cum seminis ejaculatione conferatur, sed tandem absoluto instrumento, naturaque disposita, familiaris illi, quasique domestica fiat, et adhærescat. Ita enim ipse quoque auriga vehiculum conscendit, et navem gubernator in-

gregeditur. B
Quænam est igitur animæ cum corpore conjunctio? Instrumenti nimirum ad illam aptitudo et similitudo, quæ tunc apparet, cum propria hujus vita in illo elucescit, secunda, inquam, vitæ conjunctio, itemque rationum concentus et accurata proportio. Ipsa enim sua ipsius vi subsistit, quemadmodum solaris globus, non extra corpus evagatur, sed incredibili ratione in eo continetur, ei vero vi radiorum ab eo ipso procedentium cohæret, qui, etiamsi corpus ipsum dissecetur, aut aliud quid gravius patiatur, insecabiles tamen impenetrabilesque manent.

Quemadmodum etiam aere ventorum flatibus C concitato et mutato, lumen solis, quo illustratur, neque sectioni, neque fluxui, neque mutationi obnoxium est.

CAP. LXXVII.

De animarum in integrum restitutione, quæ angelorum ministerio fit.

Quemadmodum facultates anima corpori conjuncta præstantiores ejus vitæ præsent, et postea quam idonea generationi effecta est, a Deo mittuntur ut ejus curam gerant: ita etiam eum primum a corpore separata est, aliæ prioribus meliores sursum evadunt, hoc obsequium creaturæ præstantes, et administræ restitutionum in integrum statum, qui unice animæ conveniat.

Nec vero anima ab hujusmodi facultatibus D ita agitur tanquam forma quæpiam, quæ aliena vi concitetur, quæque pro libidine huc et illuc sine discrimine distrahi possit, imo vero tunc temporis vis illa in anima elucescit, quo per se ipsa movetur, eodemque, ut ita dicam, impetu cum ducibus suis in sublime tendit, nec vagis gradibus consequitur.

CAP. LXXVIII.

De judicio extremo, quo animæ aut paradisi compotes fiunt, aut, in inferos detruduntur.

Atque singulas quidem animas, sive nequiter (20) Contra Origenem.

et flagitiose vixerint, sive fortiter et generose cum natura sua colluctatæ sint, locus ille recta concenditur, qui supra mundi verticem supereminet. Sed quæcunque puras se integrasque conservarunt, quandiu corpori conjunctæ fuerunt, nec creatoris Patris ullo sunt oblitæ modo, imo assiduis in eum meditationibus ejus exemplar in imagine illæsum custodiunt: illæ, inquam, grata illa requiefrunt, quæ supra totius mundi fastigium beatis parata est, eisque aulæ cœlestis, prati et paradisi loco, incredibilis eorum quæ sunt ordo, divinatorumque bonorum complementum proponitur.

Quæcunque vere omni prædictorum cura seposita corporis genio indulgerunt, his rotundum cœli corpus prætenditur, et circa æthereas regiones allegantur, et velut decuriatæ in earum naturarum, quibus hic addictæ subditæque fuerunt, album referuntur, nec omnino aut bonorum aut malorum sortis participes evadunt: imo quædam boni, aut bono contrarii mali, vestigia imaginantur et inspiciunt, inter se quibusdam velut in somniis conversantes, quantum eis a ducibus suis permittitur: hocque divino quodam numine faciunt: nec tamen singulæ singulas norunt, sed quæ sunt eandem sortem adeptæ, suos aliæ aliarum ordines perspectos habent. Nec tamen inter se confabulantur: sed collocutionis vice mutas cedunt cogitationes, et quidquid ab una cogitatum fuerit, hujus typus confestim in altera deprehenditur, ac si animæ aliæ aliarum cogitata mutuo inter se communicent.

CAP. LXXIX.

Utrum animæ corporibus præexistierint Earundemque genera varia.

Cæterum antiquiores corporibus animas haud quaquam asserimus (20), sed una cum illis enascentes: non quia in illis ullo semine concrecant: sed quia corporibus, simul atque compacta, et ad generationem disposita sunt, Deus illas inspiret. Græci autem universas animas ab æterno creatas, et a Creatore dispersas fuisse aiunt, quarum aliæ supra cœlum essent, quæ supermundanæ quoque dicerentur: aliæ vero infra cœlum, quarum aliæ cum firmamento, aliæ cum sideribus circumvolverentur: nonnullæ vero infra sublunares, eaque ad generationem maxime idoneæ, quarum alias, quæ graviter corporum custodiæ invigilarint, nullamque hinc maculam, pro ratione moduloque vitæ contraxerint, sublimioribus locis assignant: alias vero, quæ corporeis voluptatibus plus quam par est inservierint, contra hinc deorsum præcipites ad ima dejiciunt, et corporibus aliis alligant. Quod si forte Creatori placeat, ut sublimiori et meliori præfecturæ vita hæc committatur, admirabiliorque rebus mutatio decernatur, tunc supermundanarum animarum nonnullis concedi asserunt, ut in

gravi mole constiterant, necdum fontes aquarum A eruperant, ante omnes colles parturiebar¹⁶. Item- que Davides alio in loco: *Benedictus qui venit in nomine Domini: Deus Dominus et illuxit nobis*¹⁵. Item: *Deus noster manifeste veniet, et non silabit*¹⁶. *Regnabit Deus super gentes*¹⁷. *Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam*¹⁸. *Omnes gentes quas- cunque fecisti, venient, et adorabunt coram te*¹⁹. Item Isaias. Non angelus, non legatus, sed *Deus ipse veniet, ipse salvabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut servus claudus, et aperta erit lingua mutorum*²⁰. Item: *Ecce Virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel*²¹.

Parvulus enim natus est nobis, et filius datus est nobis, et factus est principatus super humerum B ejus: et vocabitur nomen ejus admirabilis, consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri sæculi, princeps pacis²². Amen.

Idem alio loco: *Terra Zabulon, et terra Nephtalim, via maris, trans Jordanem Galilææ gentium. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam*²³. Item Michæas: *Et tu, Bethleem, domus Ephrata, nequaquam minima es in millibus Iuda. Ex te enim mihi adveniet Dux, ut sit princeps in Hierusalem, et exitus ejus a diebus sæculi*²⁴. Item Davides alibi: *Mater Sion dicet: Homo, et homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus*²⁵.

2. De fuga Christi.

Rursus Isaias de Christi fuga in Ægyptum sic ait: *Ecce Dominus ascendet super nubem levem, et ingredietur Ægyptum, et commovebuntur simulacra Ægypti a facie ejus*²⁶.

3. De baptismo Christi.

Item de Baptismo ejus alibi Davides ita canit: *Vox Domini super aquas. Deus majestatis intonuit, Dominus super aquas multas*²⁷.

4. De morbis a Christo curatis.

Item de morbis ab eo curatis: *Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit*²⁸.

5. De descensu in Virginem.

Item de descensu ejusdem in virgineam alvum: *Descendet sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidia stillantia super terram*²⁹. Et paulo post: *Ante solem permanet nomen ejus, et benedicentur in ipso omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum*³⁰.

Fieri autem non potest, ut hæc de Salomone, tanquam Judæo, dicta sint, nec enim fuit ille ante solem.

Item Jobus: *Qui extendit cælos solus, et graditur*

*super fluctus maris*³¹ [tanquam super pavimentum.]

Item Zacharias: *Exsulta satis, filia Sion: jubila, filia Jerusalem. Ecce Rex tuus venit tibi justus et Salvator, ipse pauper ascendens super asinam, et super pullum filium asinæ*³².

6. De Juda Christi proditore.

Præterea Davides de Judæ et Phariseorum prodicione, hunc in modum scribit: *Qui edebat panes mecum, magnificavit super me supplantationem*³³.

Item: *Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania*³⁴?

7. De Christi detentione.

Ejus quoque detentionem his verbis prædixit Isaias: *Væ animæ eorum, quoniam reddita sunt eis mala*³⁵, quippe qui dixerint: *Circumvenimus justum, quia inutilis est nobis*³⁶.

8. De Christo crucifixo.

Idem propheta de Christi quoque crucifixe sic habet: *Sicut ovis ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram tondente se obmutescet: non aperiet os suum. De angustia et de judicio sublatus est. Generationem ejus quis enarrabit*³⁷? (Hoc est generationem ejus, quæ sæcula omnia præcessit) *propter scelus populi mei percussit eum. Item: Et dabit impios pro sepultura, et divitem pro morte sua*³⁸.

9. De verberibus et colaphis, quibus Christus cæsus est.

Item de iis, qui verberibus eum et colaphis confecerunt, apud eundem prophetam hæc et ejusmodi leguntur: *Corpus meum dedi percutientibus et genas vellentibus. Faciem meam non averti ab increpantibus et conspuentibus*³⁹.

Ipse quoque Davides in persona Christi sic habet: *Quoniam ego in flagella paratus sum, et dolor meus in conspectu meo semper*⁴⁰.

10. De Christo vendito.

De venditione quoque ejus Jeremias hunc in modum verba facit: *Et acceperunt triginta argenteos, pretium appetiati, quem appetiaverunt a filiis Israel, et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus*⁴¹.

Et Zacharias: *Et appenderunt mercedem meam triginta argenteis*⁴².

11. De spinea corona.

Quin et Salomon in Cantico canticorum ait: *Egredimini, et videte, filiæ Sion, regem Salomo-*

¹⁴ Prov. viii, 25. ¹⁵ Psal. cxvii, 26. ¹⁶ Psal. xlix, 3. ¹⁷ Psal. xlvi, 9. ¹⁸ Psal. ii, 8. ¹⁹ Psal. lxxxiv, 9. ²⁰ Isa. xxxv, 4 seqq. ²¹ Isa. vii, 14. ²² Isa. ix, 6. ²³ Isa. i, 2. ²⁴ Mich. v, 2; Matth. ii, 6. ²⁵ Psal. lxxxvi, 5. ²⁶ Isa. xix, 4. ²⁷ Psal. xxviii, 3. ²⁸ Isa. liii, 4. ²⁹ Psal. lxxi, 6. ³⁰ Ib. 16, 47. ³¹ Job. ix, 8. ³² Zach. ix, 9. ³³ Psal. xl, 10. ³⁴ Psal. ii, 1. ³⁵ Isa. iiii, 9. ³⁶ Sap. ii, 13. ³⁷ Isa. liii, 7. ³⁸ Ibid. 8. ³⁹ Isa. l, 6. ⁴⁰ Psal. xxxvii, 18. ⁴¹ Matth. xxvii, 9. ⁴² Zach. xi, 12.

nem in diademate, quo coronavit illum mater sua, A in die desponsationis illius ⁴³.

Coronam autem spineam intelligit, qua coronatus est Christus tempore passionis, a matre sua, Judæorum Synagoga.

12. De clavis, vestibus, felle, et aceto.

Alio item loco Davides de clavis: Foderunt manus meas, et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea. Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem ⁴⁴. Et: Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto ⁴⁵. Zacharias quoque propheta sic: Et dicitur ei: Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicit: His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me ⁴⁶.

13. De tenebris a Christi passione abortis.

De tenebris autem idem propheta quodam alio in loco sic ait: Et erit in die illa: non erit lux, sed frigus et gelu. Et erit dies una, quæ nota est Domino, non dies, neque mox, et in tempore vesperi erit lux ⁴⁷.

Amos item propheta: Et erit in die illa, dicit Dominus: Occidet sol in meridie, et tenebrescere faciam terram in die luminis ⁴⁸.

Itemque Joel: Sol et luna simul obtenebrati sunt, et stellæ retraxerunt splendorem suum, et Dominus dedit vocem suam ⁴⁹.

In primis autem Moses ait: Prophetam de gente tua, et fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies. Et erit vita vestra pendens ante oculos vestros ⁵⁰.

14. De Christi morte.

De morte ejusdem sic Isaias: Justus perit et non est qui recogitet in corde suo. [Nimirum ejus resurrectionem.] Item: A facie malitiæ collectus est justus, et erit in pace sepultura ejus ⁵¹.

Quæsitus enim est ab Josepho, sique datus, ut sepeliretur. Qua de re ipse quoque Davides his verbis cecinit: Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebris, et in umbra mortis ⁵². Item: Factus sum sicut homo sine auxilio, inter mortuos liber ⁵³. Hoc est a peccatis immunis.

15. De Christi descensu ad inferos.

Ita vero apud Jobum scribitur: Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis, et ostia tenebrosa videristi ⁵⁴?

In eandem sententiam Davides: Qui educit victos in fortitudine, similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulcris ⁵⁵.

⁴³ Cant. III, 11. ⁴⁴ Psal. XXI, 17, 19. ⁴⁵ Psal. LXVIII, 22. ⁴⁶ Zach. XIV, 6. ⁴⁷ Zach. XIV, 6, 7. ⁴⁸ Amos VIII, 9. ⁴⁹ Joel. II, 10, 11. ⁵⁰ Deut. XVIII, 15; XXIII, 68. ⁵¹ Isa. LVII, 1. ⁵² Psal. LXXXVII, 7. ⁵³ Ibid. 5. 6. ⁵⁴ Job. XXXVIII, 17. ⁵⁵ Psal. LXVII, 7. ⁵⁶ Psal. XV, 10. ⁵⁷ Osee, VI, 1. ⁵⁸ Isa. XXVII, 11. ⁵⁹ Psal. XVII, 14. ⁶⁰ Psal. XVI, 6. ⁶¹ Psal. XXIII, 7. ⁶² Isa. LXIII, 1. ⁶³ Ibid. 2. ⁶⁴ Zach. XIV, 4. ⁶⁵ Dan. VII, 13, 14. ⁶⁶ Ibid. 9. seqq. paulo ante.

16. De Dominica Resurrectione.

Idem quoque de resurrectione hunc in modum vaticinatus est: Non derelinques animam meam in Inferno, neque dabis sanctum tuum videre corruptionem ⁶⁵.

Item Osee: Venite, et revertamur ad Dominum, quia ipse cepit, et sanabit nos post duos dies. In die tertia suscitabit nos, et vivemus in conspectu ejus ⁶⁶.

17. De unguentiferis mulieribus.

De unguentiferis vero mulieribus hunc in modum Isaias vaticinatur: Mulieres venientes et docentes eam. Non est enim populus sapiens ⁶⁷.

18. De Ascensione Domini.

B Sed et de ascensione Davides: Ascendit super Cherubim, et volavit: volavit super pennas ventorum ⁶⁸.

Item: Ascendit Deus in jubilo, Dominus in vocem tubæ ⁶⁹.

Item: Attollite portas principes vestras, et introibit Rex gloriæ ⁷⁰.

Item Isaias: Quis est iste, qui venit de Edom? tinctis vestibus de Bosra ⁷¹?

Item: Quare ergo rubrum est indumentum tuum? et vestimenta tua sicut calcantium in torculari? torcular calcavi solus, et de gentibus non est vir mecum ⁷².

Præterea vero Zacharias ait: Et stabunt pedes Domini super montem Olivarum, qui est contra Jerusalem ad orientem ⁷³.

19. De judicio extremo.

De secundo autem adventu, Daniel ita vaticinatus est: Aspicebam ergo in visione noctis, et ecce cum nubibus cæli quasi Filius hominis veniebat, et usque ad Antiquum dierum pervenit, et in conspectu ejus obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem et honorem, et regnum, et omnes populi, tribus et linguæ ipsi serviunt. Potestas ejus potestas æterna, quæ non auferetur, et regnum ejus quod non corrumpetur ⁷⁴.

Item alio loco: Aspicebam donec positi sunt throni, et antiquus dierum sedit, vestimentum ejus candidum, quasi nix, et capilli capitis ejus quasi lana mundæ. Thronus ejus flammæ ignis. Fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie ejus; millia millium ministrabant ei, decies millies centena millia assistebant ei. Judicium sedit: et libri aperti sunt. Aspicebam, propter vocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur, et vidi quoniam interfecta esset bestia ⁷⁵ [qui est Antichristus.] (21).

(21) Soutariotes hic prophetarum contra Judæos testimonia desiderat.

CAP. II.

Joannis Damasceni, de Christi conceptione, seu divina humanæ carnis assumptione (22).

Angelus Domini missus ad sanctam Virginem, quæ genus ex Davidica tribu ducebat (constat enim Dominum ex Juda ortum traxisse, qua ex tribus nullus animum ad sacerdotium appulit, ut beatus Apostolus ait, de quo postea dicemus apertius), sic Evangelizans dixit: *Ave gratia plena, Dominus tecum.* Quæ cum turbata esset hoc sermone, subjecit angelus: *Ne timeas, Maria, inventisti enim gratiam apud Dominum, et paries Filium; et vocabis nomen ejus Jesum*⁶⁶. *Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum*⁶⁷. Unde Jesus servatorem significat. Quæ cum hæsitans respondisset: *Quomodo fiet istud, quia virum non cognosco?* Adje- **B**cit angelus: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei.* Illa vero: *Ecco, inquit, ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum*⁶⁸.

Itaque ubi primum sancta consentit Virgo, Spiritus sanctus in eam descendit, prout Dominus per angelum dixerat, ut eam purgaret, vimque divinitatis et generationis Verbi capacem suggereret. Tuncque per se subsistens Altissimi Dei sapientia et virtus, nimirum Dei Filius Patri consubstantialis, haud secus atque divinum semen obumbravit, sibi- **C**que ipsi ex castis ejus et purissimis sanguinibus carnem animam rationis et intellectus particeps animatum compegit, nostræ massæ primitia. Nec id ex semine, sed divino artificio, per Spiritum sanctum nec figura paulatim accessionibus efformata, sed uno eodemque momento perfecta, ipsum Dei Verbum carnis hypostasim assumpsit. [(23) Nec enim eam sibi Deus Verbum carnem assumpsit, quæ per se antea subsisteret, sed in sua ipsius hypostasi ratione incircumscribibili ventrem sanctæ Virginis inhabitans, ex castis semper virginis sanguinibus carnem anima rationis et intellectus particeps animatam subiit: nostræ massæ primitias assumens. Verbum ipsum factum carni hypostasis.] Itaque cum primum caro fuit, Dei quoque Verbi caro fuit. Et cum primum animata caro, rationisque et intellectus particeps fuit, Dei quoque Verbi animata caro, rationisque et intelle- **D**ctus particeps fuit. Quocirca non hominem deificatum, sed Verbum incarnatum dicimus. Nam cum perfectus natura Deus esset, idem homo quoque perfectus natura factus est. Neque naturam mutans, neque per phantasiam seu simulationem disponens, sed carnem anima rationis et intellectus particeps animatam ex sancta Virgine assumens quæque in ipso essentiam haberet, hypostaticè conjunctus est: nulla confusione, nulla muta-

⁶⁶ Lu. i, 28 seqq. ⁶⁷ Matth. i, ⁶⁸ Luc. 34 seqq.

(22) Vide *Patrologiæ* tom. XCIV, col. 983.

(23) His notis inclusa Zigabeno desunt et hic et

atione, nulla divisione facta: divinitatis suæ natura in carnis essentiam minime mutata, neque contra, carnis suæ essentia in suæ divinitatis naturam conversa, neque una eademque natura composita ex divina sua natura, et humana, quam assumpsit.

CAP. III.

Ejusdem, de duabus naturis, adversus illos qui unam Christo naturam esse dicunt (24).

Naturæ inter se, nulla inversione et mutatione facta, conjunctæ sunt: ita ut neque divina natura e propria simplicitate excesserit, nec e diverso humana vel in divinitatis naturam versa, vel ad nihilum redacta sit, neque item duabus ex naturis una composita emergerit. Siquidem composita natura earum ex quibus constata est naturarum neutri consubstantialis esse potest, cum ex diversis diversum efficiat: quemadmodum, verbi gratia, corpus quatuor ex elementis compositum, neque ejusdem cum igne essentiæ dicitur, neque ignis nominatur: neque item aer, neque aqua, neque terra dicitur, nec ulli prorsus eorum consubstantialis est.

Jam ei, ut hæreticis placet, Christus post conjunctionem unica composita natura constare dictus est ex simplici utique natura in compositam transiit: ita ut jam nec Patri, cujus simplex est natura, consubstantialis sit: neque Matri, quæ quidem ex divinitate et humanitate non composita esset, neque item divinitatis et humanitatis particeps esse queat, denique neque Dei neque hominis nomine censeatur: sed Christus duntaxat, neque Christus erit hypostaseos ejus nomen, sed unius naturæ in eo deprehenditur. Nos autem Christum unius naturæ compositæ fuisse haudquaquam doemus, neque ex diversis diversum quid, ut ex anima et corpore hominem, vel ut ex quatuor elementis corpus: sed ex diversis eadem ipsa. Nam ex divinitate et humanitate eundem Deum perfectum et perfectum hominem esse et dici, et ex duabus et in duabus naturis confitemur. Nomen autem, Christus, personæ nomen asserimus, cum non uno modo dicatur, sed duas naturas significet. Nam ipse seipsum unxit, corpus quidem divinitate sua tanquam Deus ungens, unctus vero quatenus homo. Siquidem ipse et hoc et illud est. Divinitas autem humanitatis unctio est. Nam si Christus naturæ unius compositæ existens Patri consubstantialis est, compositus certe Pater, et carne consubstantialis erit. Quod quidem absurdum, nullaque non blasphemia refertum est. Age vero, qui fieri possit, ut una natura contrariarum essentialium differentiarum capax dicatur? Qui enim fieri potest ut eadem natura eodem momento creata et increata, mortalis et immortalis, cir-

infra ubi iisdem verbis repetuntur.

(24) Vide Damascenum; ibid., col. 787.

cumscrip̄ta et incircumscrip̄ta sit? Quod si etiam unius naturæ Christum dicentes, simplicem eam intelligant, vel ipsum nudum Deum confitebuntur, et phantasiam, seu fictam carnis assumptionem, pro incarnatione introducent, vel nudum hominem, Nestorio subscribentes. [(25) Jam ubi perfecta divinitas, ubi etiam perfecta humanitas, cum duarum etiam naturarum Christum fuisse dicant, ipsum tamen post conjunctionem quoque unius compositæ naturæ asserunt. Christum enim ante conjunctionem una fuisse natura præditum, nulli dubium est.]

At vero hoc illud est, quod hæreticos in errorem pellicit, dum naturam et hypostasim pro eadem re accipiunt. Quia autem hominum naturam unam esse dicimus, sciendum est nos ad hæc dicenda non adduci, ratione animæ corporisque habita. (Nec enim fieri potest, ut animam et corpus inter se mutuo collata, unius esse naturæ dicamus.) Sed quia hominum quamplurimæ sunt hypostases, et omnes eadem ratione naturæ constant (omnes enim ex anima et corpore compositi sunt, nemoque non animæ quidem natura, corporis autem essentia censetur), ideo communitatem illam plurimarum et diversarum hypostaseon formam, unam esse naturam dicimus: singulis nimirum hypostasibus duas naturas habentibus, atque completis in duabus naturis, anima, inquam, et corpore. At in Domino nostro Jesu Christo forma communis intelligi non potest, nec enim fuit, nec est, nec futurus est alius Christus ex divinitate et humanitate qui in divinitate et humanitate idem Deus perfectus et homo perfectus sit. [(26) Sed omnis quoque compositæ naturæ partes, simul atque ex nihilo in rerum naturam productæ sunt, ad universi complementum disponuntur. Fieri quoque potest, ut quæ eodem tempore producta sunt, unam compositam naturam perficiant, hujusmodi limitem et naturalem legem beneficio Creatoris sortita: ita naturæ lege per successionem similia ex similibus procreantur. In Domino autem naturarum conjunctarum alia principio et tempore caret, nec forma producta est ad universi complementum, quandoquidem non requievit Deus ab operibus suis septimo die; nec vero naturaliter conjunctæ sunt: sed admirabili quadam et ineffabili ratione. Quæ autem admirabilia sunt, et ineffabili ratione fiunt, ea naturam non perficiunt: nec enim naturam rubi dicimus, quæ igne admoto combusta non sit, neque naturam hominis, qui sublimis et tanquam cælo proximus evehatur: neque corporis humani naturam, quæ in igne veluti rore conspersa sit: sed admirabilia ea et circa hypostasim unam facta dicimus, ita etiam Domini incarnationem in divinitatis hypostaseon una non lege naturæ, sed ineffabilis dispensatione conjunctionem naturarum evasisse dicimus: neque id infra naturæ termi-

(25) Et hæc Zigeleno desunt.

num, ita ut a Christo Christus natus sit, formaque adeo emerit, quæ multas Christorum hypostases complexa sit: sed unam hypostasim duabus ex naturis, atque duabus in naturis compositam: duasque adeo naturas, ita ut natura utraque vel post conjunctionem proprium terminum, legem, mutuamque differentiam conservarit. Siquidem in homine, quatenus differentiæ mutæ corporis et animæ ratio habetur, duas naturas dicimus: quatenus vero naturalis differentia personæ ex persona non spectatur, unam. Et unius quidem naturæ dicuntur ea, quæ cum sint ejusdem speciei, tamen hypostaticè seu personæ ratione differunt: unius autem hypostaseos, ea quæ hypostatico conjunguntur, essentialiter differunt. Itaque diversiformes hypostases haudquaquam hypostaticè conferuntur, aut discernuntur, sed naturaliter: æquiformesque hypostases haud naturaliter conferuntur aut discernuntur, sed hypostaticè. Et quemadmodum fieri non potest ut ea quæ hypostatica differentia differunt, unius sint hypostaseos, ita fieri nequit ut ea quæ naturali differentia differunt, unius naturæ sint. His de causis una in Dominico nostro Jesu Christo natura dici non potest.]

Quocirca duabus ex naturis perfectis, divina, inquam, et humana, conjunctionem factam fuisse dicimus, non commistione, vel confusione, vel concretionem, ut vesano Dioscoro, Severo, et sceleratæ eorum factioni placuit, neque personam, aut habitum, aut dignitatem, aut eadem voluntatem, aut honoris nominisve similitudinem, aut denique approbationem, ut impio Nestorio, Diodoro, Mopsuestiensi Theodoro, et diabolico eorum cætui visum est: sed compositionem, sive hypostaticè, citra inversionem, mutationem, confusionem, divisionem, et distractionem. Atque duabus in naturis perfectis unam Filii Dei, ejusque incarnati, personam confitemur, eandemque divinitatis ejus et humanitatis personam esse dicimus. Atque duos naturas in ipso post conjunctionem integras servari confitemur. Nec tamen privatim separatimve utramque posuimus, sed inter se conjunctas una in hypostasi composita. Conjunctionem enim essentialem dicimus, hoc est veram, non autem phantasticam seu commentitiam. Essentialem dico non quod a duabus naturis natura una composita fiat, sed quod mutuo revera in unam Filii Dei personam conjungantur, atque ita essentialem earum differentiam servari definimus. Quod enim creatum erat, creatum mansit: quod increatum, increatum: quod mortale, mortale: quod immortale, immortale: quod circumscriptum, circumscriptum: quod visibile, visibile: quod invisibile, invisibile. Una quidem pars miraculis effulget, altera contumeliis obnoxia est. Porro Verbum ea sibi quæ sunt hominis assumit, quasque domestica facit. Ipsius

(26) Et hæc omnia, usque ad clausulam.

enim sunt ea, quæ ad sanctam ejus carnem pertinent, carnemque eorum, quæ propria sibi sunt, mutuæ compensationis modo et mutuæ partium affinitatis, hypostaticæque conjunctionis ratione, participem facit. Adhæc quia unus idemque is erat, qui divina et humana in utraque forma operabatur cum alterius communione. Quocirca Dominus quoque gloriæ crucifixus esse dicitur, quamvis divina ejus natura passa non sit. Filium item hominis ante passionem in cælo fuisse constat, ut Dominus ipse dicebat. Unus enim idemque gloriæ Dominus is erat, qui natura et re vera Filius hominis, seu homo factus fuerat : atque miracula ejus passionesque non ignoramus, quamvis alia ratione miracula ederet, alia item passionibus obnoxius esset. Ut enim unam ejus hypostasin, ita et essentialem naturarum differentiam servari novimus. Jam qui fieri potest, ut essentialis differentia servata sit, nisi ea quoque servata sint, quæ inter se mutuo differunt ? Differentia enim eorum quæ differunt differentia est. Eadem igitur ratione, qua Christi naturæ inter se differunt, hoc est essentialis ratione, ipsum quoque cum extremis convenire, divinitate, inquam, cum Patre et Spiritu : humanitate, vero cum Matre et nobis asserimus. Ipse enim Patri et Spiritui sancto divinitatis ratione consubstantialis est, Matri autem et cunctis hominibus, ratione humanitatis. Qua autem ratione naturæ ejus conveniunt, eadem ipsum quoque differre dicimus, tum a Patre et Spiritu sancto, tum a Matre et cæteris hominibus. Conveniunt enim ejus naturæ per hypostasin, cum una hypostasi composita consent, secundum quam tum a Patre et Spiritu, tum a Matre et nobis ipsis differt.

CAP. IV.

Capita quædam quorum cognitio iis necessaria est, qui quantum ratio patitur humana, Verbi incarnati mysterium cognoscere cupiunt. De enhypostato, heteropostato, et hypostasi.

Enhypostatatum hoc est id quod per se suaque vi subsistit, in universum pro omni subsistentia capitur, corporea, inquam, et incorporea, prout ferre potest : quo in significato color quoque essentia per se subsistens dici queat : cum tamen proprie color sit heteropostatum, hoc est res per alium subsistens ; propria enim subsistentia caret, sed corpori tanquam subjecto inhæret. Essentia vero proprie hypostasis est, seu subsistentia, non autem enhypostatatum. Abusive tamen hæc quoque enypostata dicuntur. Enhypostatatum præterea dicitur homo universalis, quod externi philosophi εἶδος σιδήρωτατον, hoc est speciem specialissimam seu infimam vocant. Enhypostatatum autem universalis homo dicitur, tanquam in hypostasibus consideratus, ut in Petro et cæteris hominibus singulis. Hæc porro tria enhypostati significata citra magnam (27) Contra Origenem.

A difficultatem comprehendas, de quarto autem quod difficilius est, jam dicendum nobis est. Enhypostatatum id est, quod cum alio essentia diverso ad unius constitutionem personæ, uniusque generationem hypostaseos, componitur, et una subsistit : non autem, per se cognoscitur. Attendenda porro est hæc enhypostati definitio. Sancta Ecclesia catholica in dispensatione incarnationis unam hypostasin, duasque naturas profitetur : hypostasin quidem, incarnatum Filium, naturas vero divinitatem et humanitatem. Corpus itaque anima et mente præditum, a Domino nostro Jesu Christo assumptum, hypostasin minime vocat : ne duas hypostases dicere, Nestorique nugamentis describere deprehendatur : sed enhypostatatum nominat, ὡς ἐν τῇ τοῦ Υἱοῦ ὑποστάσει τὸ εἶναι λαβόν, hoc est quia in Filii hypostasi essentiam habuerit. Siquidem Christus ipse, cum una esset hypostasis, imo vero, ut apertius dicam, ipse Dei Filius, cum una sanctæ Trinitatis hypostasis esse, fuit et corpori quod assumpsit hypostasis. Itaque corpus Domini enhypostatatum quidem est, hypostasis vero, minime.

CAP. V.

De homoousiis, seu iis, quæ sunt ejusdem substantiæ.

Homoousia, hoc est consubstantialia, ea sunt, quæcunque hypostasibus quidem a se mutuo dirimuntur, essentia vero conjunguntur. Ut ego et tu et omnes singuli homines hypostases homoousiæ sumus, hoc est ejusdem essentialis participes. Pater itaque et Filius, et Spiritus sanctus hypostasibus quidem dividuntur (alius enim Pater, alius item Filius, alius denique Spiritus sanctus) essentia vero conjunguntur. Usia autem, seu, essentia, communis est hypostaseon ratio, sive una divinita, una forma. Pater ergo et Filius, et Spiritus sanctus, res sunt ejusdem essentialis : quod unius sint et ejusdem essentialis participes : hypostasibus autem, sive personis, ut dictum est, dividuntur, at essentia, sive natura, conjunguntur : eaque de causa ὁμοῦσις ejusdem naturæ, et ὁμοούσιος ejusdem essentialis, participes dicuntur.

CAP. VI.

De Homohypostatis, hoc est iis, quæ sunt ejusdem hypostaseos seu subsistentiæ.

Homohypostata, hoc est consubsistentia, ea dicuntur, quæcunque inter se essentia quidem differunt, in unam autem et eandem hypostasin inter se componuntur : ut ego et tu, et unusquisque nostrum anima et corpore constamus. Hæc porro partes, anima et corpus essentia quidem diversæ sunt : (alia enim animæ, alia corporis essentia est.) Homohypostata vero, seu subsistentiæ ejusdem, secundum christianorum placita. Nec enim anima ipso corpore antiquior, neque corpus esse cœperunt (27). Quæcunque ergo essentia qui-

dem differunt, eodem tamen tempore, et simul substituerunt, homo hypostata sunt, et dicuntur. Itaque Pater et Filius, et Spiritus sanctus homo hypostata non sunt, quamvis illis antiquius et recentius nihil sit, quia vero essentia minime differunt, Idcirco etiam homoousia et sunt et dicuntur.

CAP. VII.

De Differentia et conjunctione, eaque triplici, essentiali, personali, et habituali.

Essentialis conjunctio est, quæ multas hypostasas ad unam essentiam congregat; ut omnes singuli homines hypostasisibus quidem seu personis dividuntur, essentia vero, seu ratione humanitatis conjunguntur. Itaque hæc personarum conjunctio, quæ per unam fit essentiam, conjunctio essentialis dicitur. Essentialis vero differentia est, quando conjunctæ unam in hypostasin naturæ, sine ulla confusione et imminutione manent: ut duæ Christi naturæ, sive divinitas et humanitas, in unam congressæ hypostasin, haudquaquam confusæ immutatae sunt: sed essentiali differentia differunt. Duarum enim naturarum neutra commisceri confundique, essentiali habita ratione, potest, nec vero inter se differunt hypostasi: una enim ambarum hypostasis est, at essentiali differentia.

CAP. VIII.

De hypostatica seu personali conjunctione et differentia.

Hypostatica, seu personalis conjunctio ea est, quæ diversas essentias sive naturas in unum et unam eandemque hypostasin colligit et colligat, ut in dispensatione incarnationis Domini nostri Jesu Christi hypostatica conjunctio fuit. Duæ enim ejus naturæ in unam eandemque hypostasin circa confusionem conjunctæ sunt. Hypostatica vero differentia est, quando hypostasas, quæ sub unam essentiam cadunt, inter se dividuntur, et in numerum multitudinemque characteristicis seu figurativis proprietatibus cedunt. Alii enim ab aliis hypostaseon ratione differimus. Verbi gratia, ego quidem sum provecta ætate, nigro colore, et sum balbus: tu autem media ætate, albus, verbaque distincte profers. Eodem modo cæteri quoque singuli homines hujusmodi proprietatibus hypostatice differunt.

CAP. IX.

De schetica seu habituali conjunctione, et differentia, de differentia tamen nihil.

Schetica, seu habitualis conjunctio, amica et benevola dispositio est, vel concors voluntatum consensus. Qui ergo in mutua se benevolentia prosequuntur, amicitia respectu schetice conjuncti dicuntur. Hæreticus enim impius ille Nestorius ecclesiasticam doctrinam non admittens, quia ipse Deus homo factus, nostræque naturæ conjunctus asseritur, hypostaticam quidem seu personalem conjunctionem esse negabat: iugabatur autem e sancta

Maria nudum et simplicem hominem natum esse, erga quem Deus Verbum eadem ex generatione benevolam dispositionem affectionemve haberet. Atque conjunctionem quidem fatetur, non tamen hypostaticam, sed scheticam. Ex quo fiebat, ut non unam hypostasin miser ille profiteretur, sed duas, quæ inter se quidem essentia et hypostasi dividerentur: amicitia vero eademque voluntate, vel voluntaria dispositione conjungerentur, cæteraque id genus deliria deblaterabat.

CAP. X.

De sancta Trinitate. Pater, Filius, et Spiritus in quo differant, in quo conveniant.

Pater quidem causa caret, estque ingenuus: nec enim ab ullo, ne a seipso quidem essentiam habet, Filius autem a Patre genitus est. Sanctus denique Spiritus et ipse quidem ex Patre, at non generationis, sed processionis modo. Et simul atque Filii ex Patre generatio fuit, fuit et Spiritus sancti processio. Quo autem modo et generatio et processio differant, nemo novit. Itaque hypostasas solis hypostaticis proprietatibus differunt, sive non generatione, generatione, et processione: quæ individue quoque dividuntur. Trium autem personarum uaqueque perfecta constat hypostasi. In tribus enim perfectis hypostasisibus una simplex inest essentia, quæ terminum omnem præcedit et exsuperat. Paraclitum autem se advocatum et Spiritum et Filium vocamus, ut qui universorum advocaciones et patrocinia suscipiant. Spiritum quidem certe a Patre [et Filio] procedere dicimus, ita tamen ut per Filium impertiatur.

CAP. XI.

De Verbi incarnatione.

Errore non caret, si naturam divinam incarnatam fuisse dicamus, cum Verbi hypostasis dicenda sit. Si enim carnem a natura divina assumptam fuisse dixerimus, utique una Patrem et Spiritum comprehendemus, cum una Sanctæ Trinitatis natura sit. Synalopha, seu cunctio, proprie confusio est, ἕνωσις autem seu conjunctio, cum quid citra mixturem alii cuiquam applicatur, ut oleum aquæ. Divinitatis naturam humanitatis naturæ conjunctam fuisse non dicimus, imo potius verbi hypostasin incarnatam fuisse.

CAP. XII.

De essentia [natura, hypostasi, et persona].

Essentia proprie dicitur id quod est, nec alio eget, ut subsistat, multis autem modis accipitur, ut essentia Dei, essentia angeli, essentia hominis, itemque omnia ab iis diversa essentiali nomine designantur. Item, essentia est, quod per se suaque vi subsistat, nec ab alio essentialiam habet, neque alio quoquam extraneo indiget, ut sit. Si quidem colori albo et nigro et id genus cæteris essentiali nomen haudquaquam tribuimus, quia per se subsistere non possint absque corpore illorum capace.

Natura vero est eorum quæ sunt motus et quietis principium, in quibus primum inest per se, non per accidens. Verbi gratia naturam vocamus quietem et motum quæ essentiali ratione terræ insunt, nec id ullius causæ beneficii ad germen et fetum rebus naturalibus suggerenda. Deductum porro φύσις seu naturæ nomen est, παρὰ τὸ πεφυκέναι τούτῳ ὑπάρχειν, hoc est ab eo quod sit. Itaque οὐσίας καὶ φύσις hoc est essentiæ et naturæ nominum eadem significatio est, quorum illud παρὰ τὸ εἶναι esse, hoc vero παρὰ τὸ πεφυκέναι hoc est natura ita comparatum esse, deditur. Hypostasis autem res est subsistens et essentialis, in qua quidem accidentium conservatio, tanquam uno in subjecto reapse actuque subsistit. Πρόσωπον vero, seu persona, id est, quod propriis actionibus et proprietatibus certam et definitam eorum quæ secum ejusdem sunt essentiæ evidentiam exhibet.

CAP. XIII-XIV.

Ecclesiastica naturæ definitio. Quid Severianos in errorem propulerit.

Natura item ex sententia Ecclesiæ, vera rei subsistentia est. Ut autem Aristoteles et cæteri Græci auctores sunt, multis modis natura definitur; quibus quidem definitionibus dum accuratius inhærent Severiani in errorem prolapsi sunt. Siquidem natura, ut B. Apostolo placet, omne, id est, quod re vera est. Apertius deinceps id explicabimus. Naturam vocat Ecclesia eorum quæ sunt veritatem, seu id quod eis inest, φύσις autem dicta est, διὰ τὸ πεφυκέναι καὶ εἶναι, quod ita comparata est, ut sit quemadmodum οὐσία ἢ οὐσα, essentiæ quæ est, in veritate cognoscitur. Natura essentiæ, id, genus, et μορφή seu forma, pro una eademque re in ecclesiasticis dogmatis capiuntur: quemadmodum panis et buccella. Quocirca ἔμφυτον ἐνοσίσιον, sive id quod insitum est, et id quod inest idem significant. Quatuor autem modis natura dicitur, ut jam monui, his nimirum essentiæ, naturæ, genus et forma.

CAP. XV.

Hypostasis, persona et character in Deo quid. Hypostaticæ proprietates.

Hypostasis quoque insuper, ex ecclesiastica et apostolica traditione, πρόσωπον est seu persona, sive character, quemadmodum Paulus Filium splendorem gloriæ Patris, item et hypostaseos ejus characterem seu figuram vocat, hoc est personam ejusdem essentiæ cum characterem et hypostasi Patris. Personas autem et characteres in Deo incorporea ipsa dicimus, et ea quæ circumscribi exprimi non possunt. Persona vero seu hypostasis, et sanctorum Patrum sententia, proprium est præter commune: communitas enim est, uniuscujusque rei natura: propriæ vero, hypostases ipsæ sunt Verbi gratia natura sive essentiæ est, una deitas, hypostases, vero tres, Pater Filius, et Spiritus sanctus: tres personæ, seu characteres, una

A autem essentiæ est genus. Si ergo dicas: Divinitas nostrum omnium custos est, totam Trinitatem sanctam significasti: si vero dicas: Vobiscum Filius Dei, ex tribus hypostasibus unam totamque divinitatem pronuntiasti. Hæc præterea de iisdem audito. Divinitas, ecce communitatem, et absolutam perfectionem essentiæ. Paternitas, ecce personam seu hypostasim unam. Filialitas, ecce aliam hypostasin. Spiritus sanctus, ecce aliam. Cæterum tres hypostaticæ proprietates sunt in divinitate: ingenitum Patris, genitum Filii, processio Spiritus sancti. Nec enim genitus est Pater, nec procedens Filius, nec genitus Spiritus sanctus.

CAP. XVI.

Synopsis, seu compendium, de modo ἀντιδόσεως, seu mutux naturarum retributionis [de quo apertius et planius infra].

Divinitatem quidem et humanitatem cum dicimus, totam divinitatis naturam, et totam humanitatis naturam indicamus; cum vero Deum et hominem dicimus; non prorsus naturarum totalitates demonstramus, sed aliquando et personas et hypostases. Cum ergo nos in Deum credere, absque adjuncto dicimus, totam divinitatem significamus. Cum vero Deum hominem factum esse dicimus, jam non divinitatem denotamus, sed solum Filii nomen exprimimus. Adhæc, siquidem his verbis utar: Deus propter hominem incarnatus est, totam humanitatem designo: si vero his: Quidam homo: illum solum indico. Itaque in Domino nostro Jesu Christo duas quidem naturas, divinitatem, inquam, et humanitatem, at unam hypostasin ex utraque compositam confitemur. Et cum ipsius quidem naturas consideramus, divinitatem et humanitatem dicimus: cum vero hypostasim illam, quæ duabus ex naturis conjuncta est, nunc quidem Christum, et hominem nominamus, nunc vero Deum solum, et hominem solum. Nec cum Deum solum dicimus, ipsum ab homine separamus: nec cum hominem solum nominamus, ipsum a Deo sejungimus. Itidem cum divinitatem dicimus, una cum ea humanitatis proprietates non comprehendimus: e converso cum humanitatem enuntiamus, in ea divinitatis proprietates non intelligimus: nec enim impatibilem et increatam humanitatem dicimus: at in una hypostasi non ita dicere solemus, sed audacter et solum Deum, et solum hominem, atque Christum, qui utrumque comprehendit, confitemur: eundemque Deum patibilem dicimus, humanitatis ratione, et purum qui fuit ante sæcula, ratione divinitatis. Atque hic ἀντιδόσεως seu mutux naturarum retributionis, modus est, qua fit, ut utraque natura, quæ propria sibi sunt retribuatur, ratione hypostaseos ejusdem, et mutux illarum affinitatis. Constatendum porro est, Verbi naturam incarnatam, sive carni conjunctam fuisse, non quia natura in carne passa sit. Quod enim Deus homo, versaque vice homo Deus fuerit, id vero illud ipsum est, quod confitemur: quod autem

divinitas homo facta sit, vel incarnata, vel humanitatem induta, nullo, usquam modo audivimus.

CAP. XVII.

Item, de natura et hypostasi. [Variis exemplis non tantum ab intellectualibus, rationalibus, et animalibus, sed etiam ab inanibus immobilibus, et insensibilibus, ostendit Christi carnem non personam, sed essentiam esse. Hypostaseos, enhypostati, etc. Definitiones et exempla.]

Natura dicitur ipsa angelitas, hypostases autem singularum angelicarum personarum proprietates, Gabriel, Michael. Item, natura una et communis est humanitas, hypostasis vero Petrus et Paulus et cæteræ personæ, et characteres. Natura itaque domina est, et causa, et genitrix hypostaseon, quæ in ea in-unt, atque idcirco hypostases dicuntur, quia naturæ tanquam fonti subjiciuntur. Si ergo dicas: Bona natura est angelus, totam eorum essentiam significas. Si vero dicas: Magnus est Gabriel, unam ex omnibus hypostasin denotas. Si vero, humanitas, ecce totam essentiam. Conon autem et Simon hypostases sunt. Rursum si dicas, volucris naturam esse levem, ecce universam essentiam indicas, si vero columba, vel turtur, vel luscinia sit, ecce hæc sunt hypostases. Nec tantum in ratione intellectu anima que præditis eadem hæc regula locum habet, sed in omni quoque natura animæ motus et sensus experte. Verbi gratia, si dicamus: Fecit Deus lumen, universam stellarum essentiam significamus: si vero solare jubar dicamus, ipsummet solem innuimus: quemadmodum et lunare, et astrorum. Idem quoque de ventis, et de ignis essentia dicere possumus, secantur enim in essentia, sive in aquilonem, in austrum, in lychnos et lampadas. Itaque sanctam Christi carnem hypostasin seu personam non dicimus, sed essentiam, ut totam naturam nostram ab illo assumptam et servatam fuisse significemus. Si enim ipsam hypostasin dixerimus, unum aliquem hominem dicere deprehendemur, quod nimirum Christus assumpserit et servaverit. Cæterum ne hypostasis quidem dici potest, quatenus caro a divino Verbo separari nequit: hypostasis enim persona separata dicitur. Quo sit, ut enhypostaton ipsam, id est, per se suaque vi subsistentem, non autem hypostasin dicamus. Ἐνυπόστατον enim τὸ ὑπάρχον dicitur, sive id, quod subsistit: quemadmodum contra ἀνυπόστατον id quod subsistentia sive essentia caret, ut insomnium et essentia et subsistentia caret: quippe quod a sola phantasia dependeat. Ἀνυπόστατον et ἀνυπάρχον, et ἀνούσιον id ipsum est, quod verbum quidem sæpe profertur, nulla tamen in essentia vel hypostasi dignoscitur, ut mors, infernus. Ἐνούσιον contra dicimus vel id ipsum quod est, vel proprietatem, quæ in essentia innotescit, ut ingentium in Deo Patre, genitum in Filio, processio in Spiritu sancto, ut supra dictum est.

CAP. XVIII.

De habitu.

Habitus est universa naturæ facultas ad qualitatem relata, qua quidem facultate ipsam a cæteris discernit et segregat, quemadmodum beatus Dionysius ait his verbis: Corruptio enim seu interitus naturæ, infirmitas est et defectus naturalium habituum, actionum et facultatum.

CAP. XIX.

De voluntate. Quid sit voluntas, de quonam, et quot modis dicatur.

Voluntas quidem est essentiæ intellectualis et rationalis desiderium ad rem concupitam. Constat enim quidquid intelligentia præditum est idem quoque velle posse. Θέλσις enim seu volitio est quasi quidam fons et vita, quæ omni rationali naturæ essentialiter inest. Dicitur autem θέλιμα seu voluntas, κατὰ τὸ θέειν λίαν ἅμα τῇ φύσει πρὸς αὐτὴν λόγον, hoc est quia naturæ admodum concurrat, et in ipsa tandem desinat. Cæterum triplex consideratur voluntas, divina, angelica, et animalis. Siquidem tres hæc naturæ et solæ voluntate præditæ sunt. Triplicem item divina quoque in Scriptura voluntatem dictam deprehendimus, divinam, naturalem seu mediam, et carnalem tertiam, qua quidem diabolica significatur. Naturalis autem voluntas a Deo creata hominis est, nimirum cupidæ partis animæ motus intelligentia constans, qui hominem natura ad rem concupitam impellit. Divina vero voluntas apud homines est, cum in-natus intellectualis appetitus ad ea, quæ naturæ conveniunt; ab aliis quæ naturæ repugnant prope-rat. Carnalis denique pathica, seu perturbationibus succumbens animæ prævaricatio est ab eo quod naturæ convenit, ad id quod naturæ repugnat.

Voluntas essentialis ea est, quæ communiter in natura consimili modo videtur, quali essentialiter Domini caro prædita erat cum mori nollet, ut sancti Patres dicunt. Si talis voluntas in Patre et Spiritu sancto inveniatur, una prorsus carnis et divinitatis volitio fuerit. Naturalis voluntas hominis, ut sancti Basilius et Cyrillus auctores sunt, est ipse vitæ amor. Omni enim homini vita et lucis fruitio chara est, ecce hæc est communis voluntas. Gnomicæ porro, seu scientes voluntates in nostra natura multæ sunt, alius enim homo privatim secum agere vult, alius adificare, alius arare, alius navigare, et cæteri consimiliter multis gnomicis voluntatibus seu spontanis, una autem naturali, hoc est vivendi cupiditate, præditi sumus. Nec vero frustra est, quod homini chara vita est, imo natura unum illud significans, quod ab initio habebat (nata enim est ad immortalitatem), ipsum diligit, et amat. Divina voluntas, mandata Dei sunt. Naturalis voluntas naturæ ratione prædita nihil aliud est, quam divinæ legis exsecutio. Voluntas carnalis nihil aliud, quam divinæ legis contemptus.

CAP. XX.

Quid proprietas, de quonam dicatur, et quot modis:
[*Quid hypostasis; quid accidens.*]

Ἰδιώμα, seu proprietas dicitur, κατὰ τὸ ἴδια εἶναι ἕκαστῃ ἰδίᾳ φύσει, ἀμιγῆς τῶν λοιπῶν οὐσιῶν ὑπαρχόν, hoc est quia privatim propriæ naturæ ita insit, ut cum cæteris essentiis misceri non possit. (Proprietates enim a naturis et hypostasibus separari non possunt) sive proprietas id proprie est, quod aliqua in natura privatim cognoscitur, in alia vero non invenitur: ut verbi gratia, in natura divina id quod ante sæcula, increatum, et incircumscribibile est, quæ quidem alii cuicumque essentiæ non insunt, ne ipsi quidem sanctissimo Christi corpori, nec enim ante sæcula est, neque increatum, neque incircumscribibile. Angelicæ naturæ proprietas essentia est impassibilis, quæ sibi a laudibus Deo canendis silentium imperare non potest. Impassibile porro in iis id dixi, quod immortale est. Proprium hominis id proprie est, quod ex mortali et immortalis natura constat, nec in alia ulla essentia cognoscitur, Naturales proprietates eæ sunt, quas jam dixi: sunt vero et hypostaticæ, ut albedo, similitas, longitudo, decurtatio, viriditas, truculentia, et cætera id genus, quæ omnibus in hominibus haud simili modo reperiuntur, nec enim omnes sunt similes: non omnes sunt iruculenti, non omnes flavi. Unde fit etiam, ut hypostasim nonnulli privatam et peculiarem characteristicarum seu figuratarum proprietatum, quas prædixi, concursum definiant. Naturales autem proprietates ex æquo in omni genere consimiliter inveniuntur, ut omnes homines mortales, consimili modo mortis obnoxii, rationis, respirationis, somni et ambulationis participes sunt, omnes latis unguibus præditi, omnes denique agriculturæ, artibusve cæteris dediti sunt.

CAP. XXI.

Quid sit accidens.

Accidens dicitur, id quod adest vel abest, ut infantia et adest et abest perfectionis ratione. Consimili modo sanitas quoque mutatur et morbus, et calor, et siccitas, atque ut uno verbo absolvam quidquid commutari potest, id accidentis nominine significatur.

CAP. XXII.

De energia, seu actione.

Energia itaque, seu actio, ut sanctus Gregorius Nyssenus inquit, naturalis est singularum essentialium facultas et motus, cujus unum id expers est, quod in rerum natura non est. Quod enim essentialis alicujus particeps est, omnino actionis etiam illam designantis particeps erit. Vera siquidem ratione instruimur, essentialium fines in veris earum actionibus consistere, intelligentiam autem eorum quæ intellectu prædita sunt actionem esse, ut sensum eorum quæ sensibilis, mo-

At tum eorum quæ mobilia, volatum eorum quæ volatilia, natationem eorum qua natatilia, reptationem eorum quæ reptilia, illuminationem eorum quæ illuminari possunt, calorem eorum quæ calida, fluxum eorum quæ fluxa, contemplationem eorum, quæ contemplationi patent, generationem eorum quæ generationi obnoxia sunt, esse dicimus, atque, ut in universum dicam, nullius non naturæ significatio et determinatio a naturali ejus actione constituitur, qua sublata, prorsus ipsa quoque natura deperditur et interit. Sublato calore, ignis exstinguitur, sublato intellectu, eæ quoque partes animæ tolluntur, quæ intellectu et ratione præditæ sunt, motu item animalis sublato, deperditur animal. Eaque de causa duas in Christo voluntates et actiones dicimus, ne inanimatum corpus, animamque rationis expertem in ipso confiteamur. Animati enim corpori actio deambulatione et operatione: rationalis autem animæ actio cogitatione ipsa definitur, qua volumus, ratiocinamur, et consultamus.

Nec in animatis et mobilibus tantum, sed in iis etiam, quæ anima motuque carent, naturales actiones deprehendi possunt, ut in scammonia patet, et cæteris expurgantibus pharmacis, quæ quædam evacuandi facultatem habent: item argentum vivum lethali actione præditum: et cicuta consimiliter, qua nullum ad mortem inferendam præsentius venenum est.

Nulla vero non admiratione dignum est, quod diversæ quædam naturæ plerumque naturalibus actionibus privatæ, alias actiones pariunt, ut lapis ardens actione frigida privatur, calx enim viva factam corporum adustivam sibi comparat, quem admodum cedrus quoque ardens actione quidem naturali et vegetativa, et germinativa privatur, actionem vero seu facultatem sanativam, et vermicibus exitialem emittit quæ cedrea dicitur.

CAP. XXIII.

Conjunctio quid est, quonam de re, quotque modis dicatur.

Conjunctio nihil aliud est, quam familiaris distantium rerum concursus. A Græcis autem dicitur, διὰ τὸ εἶς: ἐν ὧσαι, τοῦτέστι συνωτῆσαι τὰ πράγματα, hoc est quia in unum res cogat et compellat. Cæterum conjunctio quintuplex est, confusiva, ut vini et aquæ: divisiva, ut hominis ad hominem: habitualis, ut aurum. Christi autem conjunctio super has omnes hypostatica seu personalis dicitur.

Hypostatica porro conjunctio concursus ille duarum naturarum fuit, qui per se suaque vel in Dei Genetricis utero fuit.

Neque enim corpus ante Dei verbum substulit, neque anima, sed simul atque facta est caro, Deus quoque Verbum, atque animata caro rationisque particeps. In ipso enim subsistit, ut mihi quidem videtur, quem admodum nostra quoque conceptio.

CAP. XXVIII.

B. Dionysii Areopagitæ: De divina incarnatione ex cap. 1 De divinis nominibus (28).

1 Thearchia illa, seu summa divinitas, humanum genus singulari quodam amore prosequitur: puta quæ ea omnino, quibus obnoxii sumus, in hypostaseon suarum una subierit, humanam vilitatem seu abjectionem ad seipsam revocans et asciscens, ex qua ineffabili ratione qui simplex est Jesus compositus est, et qui æternus est, temporis extensionem acievit: nostræ denique naturæ finibus is contentus est, qui superessentiali ratione omnem universæ naturæ ordinem excedit: una cum immutabili minimeque confusa proprietatum suarum conservatione.

2. Eiusdem (29), ex epistola ad Caium Therapeuten (30): Qui fieri potest, inquit ille, ut Jesus, qui rebus omnibus antecellit, cum rebus universis essentialiter constituatur? nec enim quatenus hominum auctor est, homo dicitur, sed quatenus tota ipsa essentia vere homo est. At nos Jesum haud humano more definimus. Nec enim Deus tantum est, sed etiam vere homo est, qui singulari quodam amore genus humanum prosequitur: et qui, cum homines antecelleret, hominibus adæquatus est, ex hominum essentia substantiam sibi comparans, qui supra omnem essentiam constitutus erat. Nec minus tamen superessentialitate quam plenissimus est, qui nunquam superessentialis esse desiit: cujus nimirum abundantia factum est, ut cum in hominis essentiam vere transiisset, superessentiali ratione hominis essentiam assumpsit, atque adeo supra hominem ea successerunt, quæ sunt hominis. Testis est Virgo supernaturali ratione concipiens, atque aqua immobilis materialium terrenorumque pedum pondus sustinens, nec illorum gravitati succumbens, sed supernaturali facultate ita constituta, ut neutram in partem difflueret. Quid porro opus est, ut ea quis percurrat? multa illa, inquam, et quam plurima quibus qui divina contemplari novit, supra mentis captum etiam iis, quæ de humanitate Jesu affirmantur, excellentissimæ negationis vim inesse cognoscet. Nam, ut rem in pauca contrahamus, ne homo quidem erat, non quod homo non esset, sed quod ex hominibus, supra quam homines soleant, atque supra hominem vere natus homo sit: tum præterea neque divina divine, neque humana humane operatus: sed incarnato Deo novam quamdam theandricam, hoc est Dei et hominis, actionem nobis exhibuerit.

3. Eiusdem, ex theologicis elementissanti Hierothei: Quia vero præ suo erga genus humanum amere ad nostram usque naturam venit, certe essentiam quoque nostram vere subit, summusque adeo Deus homo et factus et dictus est. Nobis autem

(28) *Patrologiæ* tom. III, col. 647.

(29) *Ibid.* col. 1071.

(30) Non medicum, ut Zinus, sed monachum. Sic

A sit propitius is, quem eorum nomine celebramus, quæ neque ratio nostro coneequi, neque oratio exprimere queat, quamvis in his quoque superessentialis existat, non solum quia citra mutationem et confusionem naturæ nostræ particeps, nihil passus est ab ineffabili conjunctione, quod exuberanti plenitudini suæ repugnaret, sed quia etiam (quod quidem nova omnia novitate sua inaudite superat) in iis quæ nobis naturalia sunt superiorem naturam, et in iis quæ nobis essentialia sunt, essentia majorem se præstitit: denique omnia quæ nobis insunt, quadam ratione modoque nobis inusitato possedit.

CAP. XXIX.

Magni Gregorii, ex oratione in diem natalem Domini (31).

1. Posteaquam vero diaboli invidia, et fraudulenta illius vi, quam mulier, ut et imbecillior perpessa est, et ad persuadendum aptior obrusit viro (o infirmitatem meam, mea enim est primi parentis infirmitas) mandati, quod acceperat ipse oblitus est, et amore pomi superatus simul et a ligno vitæ, et a paradiso, et a Deo, tanquam exsul extrahitur, et pelliceis induitur vestimentis, crassiore nimirum carne, quæ mortem subiret, et spiritui repugnaret. Ac primum quidem agnoscit turpitudinem suam, atque ideo se Dei conspectum fugiens abscondit. Hic tamen lucratur mortem, per quam peccatum abscinditur, ne miseria sit immortalis, et cum supplicio beneficium conjunctum cernatur. Hac enim ratione Deus, ut mihi quidem persuadeo, punit. Cæterum cum variis occasionibus, atque temporibus humanum genus multorum peccatorum, quæ illa malitiæ radix protulerat, multis modis, nempe oratione, lege, prophetiis, beneficiis, minis, plagis, eluvionibus, incendiis, bellis, victoriis, cladibus, prodigiis ex cælo, ex aere, ex terra, ex mari, insperatis hominum, civitatum, gentium eversionibus (quibus rationibus nihil aliud agebatur, nisi ut malitia everteretur,) frustra prius esset admonitum et reprehensum, et majoribus peccatis, ut mutuis homicidiis, adulteriis, perjuriis, insanis hominum amoribus, et (quod omnium malorum gravissimum erat) simulacrorum cultu, quo homines neglecto Procreatore, ad res procreatas colendas et adorandas se converterebant, obstringeretur: gravioraque jam ejusmodi morti remedia medicamentaque requirerent, majora, gravioraque sunt adhibita. Ipsum enim Dei Verbum, quod est ante sæcula, quod comprehendere non potest, quod corpus non habet (et quæ sequuntur) ipsa Dei imago incommutabilis, Patris definitio et ratio, imaginem quam homini impresserat ipse suscipit et propter carnem, carnem gerit, et animo ratione prædito pro salute animi commiscetur, ut simili similem purget, in omnibus enim monachi primitivæ Ecclesiæ dicebantur: ex Philone, Justino, Euseb. 40, etc.

(31) Videt tom. XXXVI, col. 323.

opera similia iis quæ scripta sunt, quibus tanquam A notis, natura divina declaratur, locuples nobis divinitatis ejus testimonium afferunt. Dei namque esse cognoscimus, hominibus vitam tribuere. Dei, ea quæ sunt providentia tueri, ac conservare. Dei, cibum et potum iis quæ in carne vitam degunt, elargiri. Dei, de pauperibus et indigentibus bene mereri. Dei, naturam quæ infirmitate sua de recta via deflexerat, reducere ad sanitatem, et in pristinum statum revocare; Dei, cunctis æque rebus procreatis imperare, terræ, mari, aeri, et iis quæ supra aerem sita sunt. Dei, perpetuam in omnia potestatem habere, imprimisque esse morte et corruptione superiorem. Horum si quid in historia, qua vita ipsius describitur, desideratur, illi qui a religione sunt alieni, merito mysterium nostrum repudiarent. Sin omnia quibus Deus cognoscitur, B in ea conspiciuntur, quid prohibet quominus fidem religionemque suscipias? At enim, inquires, nasci et obire propria sunt hujusce carnis. Concedo: verum ea quæ ortum ejus præcesserunt, quæque mortem sunt subsecuta, communem naturæ nostræ conditionem superant: nam si utrumque terminum humanæ vitæ consideres, videbis unde incipiamus et quo deducamur. A corruptione enim principium ducimus, et in corruptionem desinimus: ejus autem nec ortum nec mortem excepit corruptio. Hoc tibi admirandum videtur et incredibile? Gaudio. Quæ enim supra quam credi possunt, admirabilia putas, ea supra naturam esse confiteris. Quapropter hoc tibi divinitatis ejus certissimum sit argumentum, quod quæ de illo prædicantur, non sequuntur omnino ordinem naturalem: etenim si ea quæ de Christo memoriæ prodita sunt, naturæ terminis omnia continerentur, ubi illius esset divinitas? Cum vero multorum, quibus fidem non habes, ratio naturam superet, hæc ipsa testimonio sunt, illum quem prædicamus Deum etiam esse. Homines enim generantur ex parentum conjunctione, et post mortem ipsam corrumpuntur. Quæ si de ipso dicerentur, Deum esse non posses existinare, quem eandem quam nos, habere naturæ conditionem intelligeres. At cum illum quidem natum esse audis, sed nascendi ratione communem naturæ nostræ ordinem superasse, eundemque mortuum quidem, sed corruptionem non attigisse: consequens foret, ut si alterutrum tibi credendum non esset, hominem potius eum esse non crederes, unum ex iis qui in natura conspiciuntur, et quem non esse hominem crederes, eum necessario Deum esse arbitraberis. Qui enim eum ortum esse memoriæ tradidit, idem ex Virgine natum testatus est. Quamobrem si scriptoris verba te adducunt, ut natum credas, eadem scriptoris verba tibi illum ita natum esse persuadeant: qui enim ortum ipsius enarravit, idem eum ex Virgine adjunxit existitisse: et qui de morte mentionem fecit, resurrectionem etiam post mortem est attestatus. Quod si ex iis quæ audis, et mortuum et genitum

PATROL. GR. CXXXIX.

esse concedis, ex eisdem dabis omnino, et ortum et mortem ejus a corruptione procul abfuisse. Quæ si naturam superant, is intra naturam non continetur, qui propter hæc natura superior fuisse demonstratur.)

CAP. XXXI.

Maximi, de divina incarnatione, ex interpretatione orationis de recta confessione. [Incarnationis mysteria nullius facundia exprimi possunt, sed sola fide creduntur.]

1. Ecquis tantum excellit dicendi facultate, ut audeat, aut possit explicare, quomodo comprehensus sit Deus?

2. Quomodo caro sine semine generata sit?

3. Quomodo sine corruptione mulieris partus exstiterit?

4. Quomodo virgo nullo intercedente homine mater evaserit?

5. Quomodo mater, partu virginitatem non solvente, virgo permanserit?

6. Et (ut extremo loco quod primum est dicam) quomodo Deus factus sit homo?

7. Et (quod majus mysterium continet) quomodo per essentiam secundum personam in carne existens, per essentiam secundum personam totus semper in Patre fuerit?

8. Quomodo et totus sit natura Deus, et totus natura ita factus sit homo, ut nec divinam, nec humanam abjiceret, sed ambas sine confusione conjunctas conservaret?

C 1. Hæc fides sola comprehendit, cum eorum quæ mentem et cogitationem superant demonstratio sit, atque etiam cognitio et scientia, quæ nullis verbis demonstrari possit.

2. Ejusdem, Adamus a divino mandato recedens in causa fuit, ut hominis principium sit cum voluptate, finis cum dolore. Nam cum voluptate gignitur, cum dolore moritur. Christus autem factus obediens alium ex Spiritu ortum hominibus largitus est, cujus initium a dolore quidem excolendæ virtutis, et laboribus nascitur: finis vero voluptatem et quietem consequitur. Quamobrem et ipse cum vellet homo fieri, quamvis semine noluerit generari, mortem tamen perferre voluit, non ut voluptatis, quæ nulla fuerat, esset pœna, sed ut nos damnatos absolveret, ut morte sua mortem nostram interimeret, et conciliaret nobis immortalitatem.

3. Ejusdem. Equum fuit, ut Deus, qui natura et bonus, et sapiens, et justus, et potens est, neque uti bonus hominis a se procreati despiceret infirmitatem: et uti sapiens ejus curandæ rationem cognitam haberet: et uti justus eos qui volentes servituti sese subjecerant, nulla violentia in libertatem vindicaret: et ut potens ad hoc perficiendum vires et facultatem obtineret.

4. Dei Verbum carne semel generatum Spiritu volentibus semper generatur. Mores virtutesque quasi corpus ejus constituunt, sermones in Spiritu

39

habiti animam, mentem vero theologica contemplatio.

5. Ejusdem. Qui sine peccato factus est homo, omnino sine mutatione divinitatis hominem divinum efficiet, cumque per se tantum extollet, quantum per illum sese submisit. In sæculis enim futuris, ut ait Apostolus, patefient excellentes divitiæ bonitatis erga nos Dei.

6. Quemadmodum in lana candida, si colore purpuræ imbuatur, non duo sunt, sed unus color: sic in mente humana a Deo assumpta, divinaque reddita, non duo sunt principes Deus et mens, sed unus qui mentem divinam reddidit Deus.

CAP. XXXII.

Joannis Damasceni (35).

Angelus Domini missus ad sanctam Virginem, quæ genus ex Davidica tribu ducebat, (constat enim Dominum ex Juda ortum traxisse), qua ex tribu nullus animum ad sacerdotium appulit.

ut beatus Apostolus ait, de quo postea dicemus apertius) sic evangelizans dixit: *Ave gratia plena, Dominus tecum*. Quæ cum turbata esset hoc sermone, subiecit angelus: *Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam apud Dominum, et paries Filium, et vocabis nomen ejus Jesum. Ipse enim servabit populum suum a peccatis eorum*: unde Jesus servatorem significat. Quæ cum hæsitans respondisset: *Quomodo fiet istud, quia virum non cognosco?* adjecit angelus *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi, ideoque quod nascetur ex te Sanctum vocabitur Filius Dei*. Illa vero: *Ecce, inquit, ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum* ⁷².

Itaque ubi primum sancta consensit Virgo, Spiritus sanctus in eam descendit, prout Dominus per angelum dixerat, ut eam purgaret, vimque divinitatis et generationis Verbi capacem suggereret. Tuncque per se subsistens altissimi Dei sapientia et virtus, nimirum Dei Filius Patri consubstantialis, haud secus atque divinum semen eam obumbravit, sibi que ipsi ex castis ejus et purissimis sanguinibus carnem anima rationis et intellectus particeps animatam compegit, nostræ massæ primitia: nec id ex semine, sed divino artificio, per Spiritum sanctum: nec figura paulatim accessionibus efformata, sed uno eodemque momento perfecta ipsum Dei Verbum carnis hypostasin assumpsit. Itaque cum primum caro fuit, Dei quoque Verbi caro fuit: et cum primum animata caro, rationisque et intellectus particeps fuit, Dei quoque Verbi animata caro, rationisque et intellectus particeps fuit. Quocirca non hominem deificatum, sed Verbum incarnatum dicimus. Nam cum perfectus natura Deus esset, idem homo quoque perfectus est: neque naturam mutans, neque per

A phantasiam seu simulationem disponens, sed carnem anima rationis et intellectus particeps animatam ex sancta Virgine assumens, quæque in ipso essentiam haberet, hypostaticè conjunctus est, nulla confusione, nulla mutatione, nulla divisione facta, divinitatis suæ natura in carnis essentiam minime mutata, neque contra, carnis suæ essentia in suæ divinitatis naturam conversa: neque una eademque natura, composita ex divina sua natura, et humana quam assumpserat.

CAP. XXXIII.

Ejusdem, *De modo ἀντιδόσεως, seu mutæ proprietatum retributionis.*

Voces hæ divinitatis et humanitatis, essentiam sive naturam significant. Illæ vero, Deus et homo, modo essentiam indicant, ut cum dicimus: Deus essentia est quæ comprehendi non potest, item: Deus est unus: modo personas declarant, de quibus ita dicitur ut species de suis individuis, ut in eo Scripturæ loco: *Propterea unxit te Deus, Deus tuus* ⁷³; ecce enim hic Patrem et Filium significavit. Et cum legis in alio loco: *Homo quidam erat in regione Ausitide* ⁷⁴; Jobus enim solus indicatur. Quoniam igitur in Domino nostro Jesu Christo duas naturas agnoscimus, et unam tantum personam quæ ex utraque constat natura, proinde cum naturas contemplamur, divinitatem et humanitatem dicimus. Quando autem ex natura constantem personam, si ex utraque natura constare consideretur, eam tum Christum, tum Deum et hominem simul, tum Deum incarnatum vocamus: sin ex una, tum Deum duntaxat et Filium Dei, tum hominem solum appellamus. Et aliquando quidem ex sublimioribus rationibus, aliquando autem ex humilioribus consideratur: unus enim est, sive hoc, sive illo modo existat. Jam cum divinitatem dicimus, eam humanitatis proprietatibus non denominamus: neque enim dicimus divinitatem pati, aut creatam esse. Nec rursus de carne, aut humanitate divinitatis proprietates enuntiamus. Quandoquidem nec carnem nec humanitatem increatam appellamus. At personæ, sive ex una, sive ex utraque parte nominemus, utriusque naturæ proprietates attribuimus. Etenim Christus, quemadmodum utrumque est, sic etiam dicitur, tum Deus et homo, tum creatus et increatus, tum pati et non pati: quin etiam cum ex una tantum parte, vel Deus aut Filius Dei nominatur, conjunctæ sibi naturæ seu carnis suscipit proprietates. Idemque Deus passus, et Dominus gloriæ affixus cruci, non quatenus Deus, sed quatenus homo dicitur: vel homo, aut Filius hominis vocatur, essentiæ divinæ proprietates et dignitates admittit, vocaturque puerulus ante sæcula, et homo sine principio: non quatenus est puerulus aut homo, sed quatenus Deus existens

⁷² Luc. 1, 28 seqq. ⁷³ Psal. XLIV, 8. ⁷⁴ Job. 1, 4.

(35) Tom. XCIV, 983.

ante sæcula, in novissimis natus est sæculis. Atque hæc quidem est ratio mutæ alternæque attributionis utriusque naturæ quæ suas utraque proprietates alteri vicissim præbet, propterea quod unam et eandem personam constituunt, seque mutuo comprehendunt. Ex quo fit, ut de Christo possimus dicere: Hic Deus noster, in terra visus est, et cum hominibus versatus. Item: Hic homo nec creatus est, nec patitur, nec ullo termino circumscribitur.

CAP. XXXIV.

Ejusdem. Totam divinam naturam in una suarum personarum toti humanæ naturæ conjunctam esse, non autem partem parti: [quæ quidem oratio necessaria est etiam adversus illos, qui in sancta et ejusdem essentiæ Trinitate tres asserunt esse singulares essentias.]

Quæ commune et universum, ac veluti totum quiddam constituunt, ea de subjectis sibi partibus dicuntur. Itaque cum essentia commune et universum quiddam sit, ac totius rationem obtineat persona autem pars, (pars, inquam, non quod naturæ partem habeat, partem non habeat, sed numero pars, ut individuum; numero enim, non natura differunt personæ) essentia dicitur de persona. Quoniam in unaquaque ejusdem speciei personarum est essentia perfecta.

Quamobrem personæ essentia non differunt inter se, sed accidentibus. Accidentia voco characteres ac notas illas proprias, quæ personam, non autem essentiam designant. Sic enim personam definiunt, ut sit essentia cum accidentibus conjuncta. Quare persona habet id, quod est commune cum propria nota copulatum. Essentia vero non per se subsistit, sed in personis consideratur. Itaque cum una patitur personarum, omnis essentia, per quam est persona, in una suarum personarum dicitur passa. Nec tamen sequitur necessario, ut omnes ejusdem speciei personæ simul cum illa quæ passa est, ipsæ quoque passæ dicantur. Sic ergo confitemur totam divinitatis naturam in singulis personis suis esse perfectam, totam in Patre, totam in Filio, totam in Spiritu sancto. Quocirca et perfectus Deus est Pater, et perfectus Deus est Filius, et perfectus Deus est Spiritus sanctus. Si item in humanitate assumpta ab uno sanctæ Trinitatis Deo Verbo totam et perfectam divinitatis naturam, in una suarum personarum toti humanæ naturæ, non autem partem parti fuisse conjunctam dicimus. Nam ut beatus inquit Apostolus, *in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter*⁷⁴, id est, *in carne ejus*. Et Pauli discipulus in rebus divinis explicandis excellentissimus Dionysius: *Se totam, inquit, in una suarum personarum communicavit. Nec tamen cogemur dicere omnes, seu tres sanctæ divinitatis personas*

omnibus humanitatis personis secundum personas esse conjunctas. Nulla enim alia, nisi approbationis et voluntatis ratione Pater et Spiritus sanctus, assumptæ a Deo Verbo humanitati communicarunt. Totam vero divinitatis essentiam toti humanæ naturæ conjunctam asserimus. Quia nihil eorum, quæ naturæ nostræ Deus Verbum inseruit, cum initio nos procrearet, dimisit, sed omnia suscepit, nempe corpus, animam mente rationeque præditam, et eorum proprietates (animal enim quod harum aliqua parte caret, non est homo). Totum enim totus assumpsit, et totus toti conjunctus est, ut toti salutem largiretur. Quod enim non esset assumptum, foret incurabile. Conjunctum igitur est carni Verbum Dei, et Deus per mentem inter Dei puritatem et carnis crassitudinem intercedentem. Nam animæ quidem carnisque princeps est mens, utpote purissima ipsius animæ pars, Deus autem ipsius mentis, quæ cum cedit præstantiori, principatum ostendit suum. Sic autem cum præstantiori jungitur, atque illi obsequitur, ut faciat quemcumque voluntas divina præscribit. Mens est divinitatis sibi per personam conjunctæ locus, quemadmodum et caro, non autem simul inhabitat, ut opinionis errore decipiuntur hæretici, qui: Quomodo, inquit, quod unum tantum modium capit, duos modos continebit (36)? Errant imperiti, quia ratione corporea dijudicant ea, quæ a materia sunt remotissima. Quomodo enim Christus dicitur perfectus Deus, et ejusdem cum Patre et nobiscum essentiæ, si partem divinæ naturæ cum parte naturæ humanæ in seipso conjungat? Porro dicimus naturam nostram a mortuis surrexisse, et in cælum ascendisse, et sedisse ad dextram Patris, non quod omnes omnium hominum personæ surrexerint, et ad dextram Patris consederint, sed quo omnis natura nostra hæc in Christi persona sit consecuta: *Nos, inquit beatus Apostolus, consurgere et considerare fecit in Christo*⁷⁵. Præterea dicimus conjunctionem hanc ex communibus essentiis confectam. Nam omnis essentia, ut commune atque universum quiddam, omnes sibi subjectas personas complectitur. Nec licet naturam sive essentiam ullam singularem privatamque reperire; sic enim esset necessarium, personas ipsas essentiæ et ejusdem esse et diversæ, et sanctam Trinitatem ejusdem esse, diversæque essentiæ, quantum pertinet ad divinitatem. Eadem igitur natura singulis personis consideratur. Et quando dicimus, Verbi naturam carnem assumpsisse divinitatem, ex beatorum Athanasii Cyrillique sententia, carni esse conjunctam affirmamus. Quamobrem non possumus dicere, Verbi naturam esse passam, neque enim divinitas in ipso passa est. Dicentes autem naturam humanam fuisse passam in Christo, non omnes hominum personas signifi-

⁷⁴ Col. II, 9. ⁷⁵ Col. III 1.

(37) Hoc Philonius dicebat, ut Scutariotes hic adnotat.

camus, sed in natura humana Christum esse passum confitemur. Quare cum Verbi naturam dicimus, ipsum Verbum indicamus. Verbum autem et essentiæ communitatem obtinet, et personæ proprietatem.

CAP. XXXV.

Ejusdem. De una Dei Verbi composita persona. Cap. 7.

Eumdem igitur etiam post humanam carnem assumptam unum Filium Dei et Filium hominis, unum Christum, unum Dominum, unigenitum Filium, et Verbum Dei Jesum Dominum nostrum confitemur. Duos ipsius ortus venerantes, unum quidem ex Patre ante sæcula, omni causa et ratione tum temporis tum naturæ superiorem: alterum autem novissimis temporibus propter nos, et ex nobis, et supra nos: propter nos, quia propter salutem nostram: ex nobis, quia ex muliere natus est homo legitimo partus tempore: supra nos, quia sine semine ex Spiritu sancto, et sancta Virgine, supra pariendi legem. Nec Deum solum ipsum prædicamus a nostra sejunctum humanitate, nec solum hominem remotum a divinitate, nec alium atque alium, sed unum et eumdem, simul Deum atque hominem: Deum perfectum, et perfectum nomen, totum Deum et totum hominem, eumdem totum Deum etiam cum carne sua et totum hominem etiam cum summa divinate: ut dicentes perfectum Deum et perfectum hominem, absolutam et nulla re deficientem naturarum plenitudinem ostendamus, dicentes autem totum Deum et totum hominem, unicam et singularem personam declaremus. Unam item Dei Verbi naturam carnem assumpsisse confitemur, id est, carnis essentiam, ut beatus Cyrillus intelligit. Carnem igitur Verbum assumpsit, nec tamen a natura sua recessit materiæ experte, et cum totam carnem assumpsit, totum tamen nullo termino circumscibitur. Corpore minuitur, atque contrahitur, at divinitate non circumscibitur, cum ejus caro super divinitate, quæ circumscribi non potest, non extendatur. Totus ergo perfectus est Deus, non totum autem Deus, neque enim solum Deus, sed etiam homo. Et totus perfectus, non autem totum homo, neque enim solum homo, sed etiam Deus, ut totum quidem naturam constituat, totus autem personam, itemque naturæ sit aliud, alius autem personæ. In omnibus erat, et super omnia, etiam in utero divinæ Genitricis: in hoc tamen ea potissimum actione, qua carnem induebat.

Illud sciendum est, quamvis dicamus Domini naturas inter se mutuo commeare, id tamen a natura divina proficisci. Ipsa enim, ut vult, per omnia commeat, transit, ac penetrat, per ipsam vero nihil. Atque ipsa quidem dignitates suas carni sic elargitur, ut nihil patiat, et carnis affectionum expers maneat. Nam si nobis sol actiones impertit suas, et a nostris nihil accipit,

A quanto magis id solis auctor et Dominus ipse præstabit?

CAP. XXXVI.

Ejusdem. De natura in specie et individuo considerata, necnon de conjunctionis et incarnationis differentia.

Natura vel cogitatione sola nuda consideratur, per se enim non subsistit: vel communiter in omnibus ejusdem speciei personis, eas ipsa conjungens. Et dicitur in specie aut communiter considerata natura eadem, quæ assumptis accidentibus in una persona. Et dicitur in individuo considerata persona eadem esse, quæ in specie consideratur. Deus igitur Verbum carnem assumens, neque nuda et sola cogitatione comprehensa naturam accepit (neque enim id esset carnem assumere, sed decipere, et carnis assumptionem contingere) neque naturam illam, quæ in specie consideratur: deque enim personas omnes accepit, sed naturam in individuo, quæ eadem est cum illa, quæ est in specie (primitias enim accepit nostræ massæ) non per se subsistentem, et quæ prius individuum, ut sic ab ipso assumeretur, sed quæ in sua ipsius existeret persona. Nam ipsa Dei Verbi hypostasis, sive persona, carnis hypostasis sive persona existit. Atque ita Verbum caro factum est, sine incitatione tamen, et caro Verbum, sine commutatione. Et Deus homo, et homo Deus, ob hanc personalem conjunctionem. Quapropter idem est dicere, naturam Verbi, et naturam in individuo. Neque enim id individuum, seu personam proprie et singulariter declarat, neque personarum communitatem, sed communem naturam, quæ in una personarum consideratur et expenditur. Aliud igitur est conjunctio, aliud carnis assumptio. Conjunctio enim solam indicat copulationem, cum quo autem fiat ipsa copulatio non declarat; ad carnis, seu (quod idem est) humanitatis assumptio cum carne, sive cum homine conjunctionem demonstrat, quemadmodum et ignitio (ut ita dicam) ferri cum igne conjunctionem ostendit.

CAP. XXXVII.

Ejusdem. De naturalibus, et nulli crimini obnoxii affectionibus. Verbum, dempto peccato, totum hominem, et cuncta quæ sunt hominis, assumpsit.

Ahæc confitemur, eum omnes naturales et culpa carentes affectiones hominis suscepisse. Totum enim hominem, et quæ sunt hominis assumpsit omnia præter peccatum. Hoc enim neque naturale est, neque a nobis insitum a Creatore, sed diaboli satu in libero nostro proposito nobis volentibus, non autem invitis coaluit, et propagatum est, dominioque positum. At naturales et vitio culpaque vacantes affectiones sunt illæ, quæ in potestate nostra non sunt, quæ nimirum ex admissi peccati damnatione, et noxa in vitam humanam irruerunt: ut fames, sitis, lassitudo, dolor, lacrymæ, interitus, mortis deprecatio, timor.

angor, ex quo sudores, sanguinis guttæ, angelorum propter naturæ imbecillitatem subsidium, et consolatio. Hæc et alia id genus, quæ omnibus ineunt hominibus naturaliter, omnia suscepit, ut omnia prorsus sancta redderet.

Naturales autem omnes affectiones et ex natura, et supra naturam erant in Christo. Ex natura enim in eo movebantur, cum permittebat carni, ut quæ propria illius sunt, pateretur, atque sentiret. Supra naturam vero, quoniam naturales in Domino motus et affectiones ejus voluntati non imperabant: nihil enim in eo coactum, invitum, et necessarium consideratur, sed omnia voluntaria; volens enim esurit, volens sitivit, volens timuit, volens mortuus est.

CAP. XXXVIII.

Item alia de divina incarnatione. Aliorum Patrum demonstrationes syllogisticæ, ex communibus notionibus.

1. Si ignis in suo loco manens cum ferro conjungitur, multo magis ille qui est omnipotens, immobilis manens assumptæ carni conjunctus est, ut qui totus erat in Patre, totus in illa esset assumptione. Quæ quidem ratio si naturæ vim superat, nil mirum est, quando Filius, et Verbum ipsa est natura præstantius.

2. Si mens animæ corpus incolenti conjuncta quolibet progreditur, ipsam animam non derelinquens, et impenetrabilis (ut ita dicam) per omnia comeat, et penetrat, supervacaneum est dubitare, quomodo Filius et Deus nec Patrem relinqueus, nec cælum deferens in terram descenderit, et cum nequæat comprehendere, sit ab anima et corpore comprehensus. Nam si res procreata hanc obtinet potestatem, qualis erit Procreator ipse, admirabilis hujus, quæ verbis explicari non potest, elargitor?

3. Totum Verbum, qui Deus est, carnem assumpsit, et totum nequit comprehendere. Quamobrem et totum erat in sinu Dei et Patris, et totum simul in utero divinæ Matris, illic ut nullo termino comprehensum, hic autem, ut indutum humana carne.

4. Jam ante mundi constitutionem, ut Deus humanam carnem assumeret, præfinitum erit. Numquam autem ante sanctissimam Mariam, divinæ carnis assumptione dignum repertum est domicilium. Ubi autem repertum est, humanam carnem assumpsit Deus. Qui ideo in desponsa Virgine concipi voluit, ut et matrimonium, cujus initium sponsati sunt, commendaret et ei virginitatem anteponeret.

5. Humanitas, quæ per conjunctionem in una eademque persona assumpta est, ex ipsa conjunctione et communionem effecta divina est, statimque ab humanæ naturæ terminis non recedens, excellentes et magnificas divinitatis dotes accepit, ut et vitam

⁷⁶ Joan. 1, 5.

A tribueret, et esset omnipotens, et omnia cerneret. Dicitur autem serva et ignara, et aliis ejusmodi nominibus appellatur, si quis (ut inquit Gregorius Theologus) sola nuda cogitatione separet id, quod videtur, ab eo quod intelligitur. In hac autem Christus obnoxius fuit naturalibus et culpa vacantibus affectionibus ut nec a propria natura discederet, et se vere carnem humanam assumpsisse confirmaret, et doloribus suis nostros curaret et naturalibus affectionibus, eas quæ sunt præter naturam aboleret; et denique ut eas vincens ipse tanquam homo nobis simili natura secum conjunctis et cognatis victoriam ipsam largiretur. Peccatum enim non est affectio naturalis, et quæcunque ad peccatum pertinent.

B 6. Virginis ferrum ignitum et illustre reddens frigiditatis et nigredinis ejus particeps ipse non efficitur, ita divinitas virtutem suam humanitati communicans ejus non accipit imbecillitatem.

7. Puritas quidem cum sordibus nostris versatur, sed ipsæ tamen sordes puritatem non inficiunt; *Lux enim, inquit, in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehendunt*⁷⁶. Nam cum tenebræ præsentia radiorum expellantur, sol tamen a tenebris non obscuratur.

8. Unum dicitur in iis quidem, quæ sunt ejusdem essentiae, cum eadem est natura, et diversæ personæ. Ex quo illud: *Et tria unum sunt*. In iis autem quæ diversæ sunt essentiae, unum dicitur, cum eadem persona est, et diversæ naturæ, ex quo illud. Et utrumque unum. Unum autem non natura, sed conjunctione duarum naturarum in una persona.

9. Idem dicitur vel essentia seu (quod idem est) natura, ut Petrus et Paulus idem natura sunt, vel genere, ut bos et equus idem sunt genere: vel specie, ut Titus et Timotheus idem sunt specie. nam sub homine sunt ambo; vel numero, ut quod multa habet nomina, gladius enim, ensis, mucro, idem numero, his enim unum subjicitur: vel analogia, seu convenientia, aut proportionem. Quod enim est oculus in corpore, idem est mens in animo; vel persona ut in Christo, ejus enim diversæ naturæ persona idem sunt, sive unum.

10. Conjunctio est mutuum rerum diversarum concursus, fit autem variis modis, vel mixture. ut in iis, quæ liquida sunt, quale est vinum et aqua, vel acervo, ut in iis quæ sunt arida, ut triticum et hordeum; vel imbibitione ut in humido et sicco, qualis est terra et aqua; vel remissione, ut in diversis farinis: vel confusione, ut in iis quæ liquefiunt, qualia sunt aurum, et argentum, et cera, et pix; vel congruentia, ut in lapidibus; vel appositione, ut in tabulis; vel conjunctione, ut in lampade, quæ ex igne proficiscitur, et rursus conjungitur; vel essentia, ut in individuis, quales sunt Petrus et Paulus, aut aliqui vel equi vel boves,

ctius et humiliter, quam pro hominum consuetudine A fuit, quod ejus species in cruce turpis apparuit, et cum ignominia, et deficiens, inquit Isaias, supra filios hominum, quosque prius quam latrones, qui simul in crucem acti erant præ clavorum dolore mortuus est. Adde et illud, si placet, quod humili forma hortulani se post resurrectionem conspicendum præbuit, et apostolis cicatrices, et loca vulnerum ostendit, quodque cibum cepit. Nam reliqui homines postea quam fuerint in vitam revocati, fulgebunt ut sol⁷⁷, nec ullus eorum ejusmodi cicatrices in corpore, aut vulnerum loca retinebit, nec comedet.

15. Filius Dei, atque idem Deus, et conceptus et natus esse dicitur, et docuisse, et res admirandas fecisse, et (ut paucis omnia complectar) tum eguisse B tum passus esse, et mortuus, et surrexisse. Quoniam assumptæ carnis ipse fuit persona, quæ quidem caro sine semine genita nullam aliam propriam personam habuit. Quocirca cum assumptis et assumptæ humanæ naturæ una siteademque persona, ipse dicitur et agere et pati ex ejus, quod assumpsit, natura. Et quæ illius propria sunt, sibi asciscit ut propria, quippe qui sit ejus hypostasis, etque persona, ut demonstravimus.

CAP. XXXIX.

Item, De Filii Dei incarnatione. [Tredicim hæresibus rejectis, Ecclesie veram de Christi nominibus et incarnatione opinionem solam amplectendam esse docet.]

Operæ pretium vero mihi facturum videor, si jam C profitear, quid de divina humanæ carnis assumptione sentiam. Hac enim ratione ipsa Dei, qui corpus hoc universitatis moderatur, providentia clarius innotescet.

1. Valentinus itaque in fabulosis illis nugamentis suis alium Unigenitum, aliud Verbum confingebat: atque etiam alium Christum, qui intra pleroma, seu plenitudinem, comprehenderetur; alium item Jesum; alium denique Christum, qui extra pleroma consisteret. Jesum porro hominem factum exteriore illo Christo indutum, corpore ex animæ essentia sibi assumpto, solumque transitum per Virginem habuisse, nec humana ex natura quidquam assumpsisse fabulabatur.

2. Basilides eodem modo, alium quoque Christum, aliud Verbum, aliam denique Sapientiam dicebat. D

3. Cerdo, Marcio, et Manes Christum quidem homini similem apparuisse, humani tamen nihil habuisse dicebant.

4. Gerinthus Jesum ex Josepho et Maria secundum communem hominum legem natus esse, Christum autem cœlitus in Jesum descendisse.

5. Ebionæi autem, Theodotiani, Artemoniani, et Photiniani, Christum nudum et simplicem hominem ex sancta Virgine natum dicebant.

⁷⁷ Matth. XIII, 43. ⁷⁸ Matth. I, 21. ⁷⁹ Psal. XLIV, 8. ⁸⁰ Psal. LXI, 1. ⁸¹ Luc. IV, 21. ⁸² Act. III, 7.

6. Arius et Eunomius ab illo solum corpus assumptum fuisse, divinitatem vero animæ partes supplevisse.

7. Apollinarius denique animatam quidem esse Servatoris corpus aiebat, at non anima rationis particeps: superflua enim fuisset mens, inquit illa, Verbo præsentē.

CAP. XL.

Confutatio præcedentium hæreseon.

Cæterum hæc multarum hæreseon dogmata visum est ascribere, ut Ecclesie veritatem hoc pacta patefacere. Eundem, qui Unigenitus, et Deus Verbum, et Servator, et Dominus Jesus est, Ecclesia Filium nominat: ita tamen ut Filius Unigenitus, et Deus Verbum, et Dominus, etiam ante carnem assumptam dictus sit, atque etiamnum carne assumpta iisdem nominibus dicatur. Jesus autem Christus tantum post carnem assumptam dici cœperit, hujusmodi nomina rebus ab ipsis adeptus. Jesus enim tanquam Servator nominatur, et exponitur: cujus interpretationis Gabriel ipse testis est, cum Virginem his verbis alloquitur: *Vocabis nomen ejus Jesum, quoniam ipse servabit populum suum a peccatis eorum*⁷⁸. Christi autem cognomen accepit, ab unctione Spiritus: hymnificus enim Davides ait: *Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis*⁷⁹. Ipse quoque Dominus per Prophetam inquit: *Spiritus Domini super me, quapropter unxit me*⁸⁰. Ita autem de prophetia illa sentiendum esse Dominus ipse nos docuit. Ingressus enim synagogam, libro quo prophetiæ continebantur præ manibus sumpto, prædictum quidem locum legit: at præsentibus: *Hodie, inquit, impleta est scriptura hæc in oculis vestris*⁸¹. Prophetis ea quoque consentanea fuerunt, quæ magnus ille Petrus prædicavit. Cum enim iis qui apud Cornelium congregati erant mysterium aperuisset, ita subjunxit: *Vas scilicet verbum quod factum est per universum Judæam, incipiens a Galilæa post baptismum, quem prædicavit Joannes, Jesum Nazarenum, quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto et virtute*⁸². Ex iis quæ supra dicta sunt perspicuum est Christum id nominis idcirco sortitum, quia unctus a Spiritu fuerat. Unctus autem est, non ut Deus, sed ut homo. Quamvis autem ratione carnis assumptæ unctus, et post assumptam carnem Christus nominatus sit, alius tamen non fuit Deus Verbum, aliusque Christus: Deus enim Verbum assumpta carne nomen Jesu Christi adeptus est.

Carnem porro assumpsit ut naturam peccato corruptam restitueret. Propterea universam eam, quæ peccaverat, assumpsit. ut universam sanaret. Nec enim ut divinitatem oblegeret, naturam corpoream assumpsit, ut Arius et Eunomius insani deliramentis suis asseruerunt. Facile namque vel sine corpore, videndum se præbere poterat, quem-

admodum olim Abrahamo, Jacobo, aliisque sanctis apparuit: sed voluit, ut ipsa quæ jam olim succubuerat, natura hostem debellaret, ejusque victrix evaderet. Idcirco etiam corpus et animam rationis participem assumpsit. Nec enim triplicem hominem divina Scriptura facit, sed illum ex corpore et anima constare testatur. Cum enim Deus corpus e limo finxisset, animam ei insufflavit, duasque naturas, non tres, exhibuit. Quin ipse quoque Dominus in Evangeliiis ait: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere* ⁸³: multa item id genus alia in divina Scriptura invenire est.

Quod autem perfectam hominis naturam assumpserit, non ut divinitatis suæ pallium obduceret, ut hæretici fabulantur, sed ut his primitiis omnino humano generi victoriam compararet, testis verus et diligens doctor est beatus Apostolus. Nam in Epistola ad Romanos dispensationis revelans mysterium sic ait: *Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt* ⁸⁴. Quibus verbis demonstrata peccati origine, fructuque qui inde suppululavit, nec non eo, qui ab initio illi obnoxius factus est, ejusdem quoque finera demonstrat. Usque ad legem enim peccatum erat in mundo: *Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen: etiam in eos, qui non peccaverunt, in similitudinem prævaricationis Adæ, qui est forma futuri* ⁸⁵. Moysis autem nemine legem intelligit: cujus politia, seu reipublicæ administratio, usque ad Servatoris adventum invaluit. Cum autem peccassent et ii, qui ex legis illius præscripto vivebant, et ii, qui naturæ legem sequebantur, merito imperium mors in illos exercuit, ejus potentiam confirmante peccato. *Stipendia enim peccati, mors* ⁸⁶ erat. Itaque postea quam docuit undenam peccatum cøperit, et quousque mors regnaverit, docet etiam quonam modo ejus imperium dissolutum fuerit: atque immensam Dei humanitatem laudat his verbis, *Sed non sicut delictum, ita et donum. Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei et donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit* ⁸⁷.

Ambitio humanitatis, inquit, jus et æquum transgreditur. Juris enim præscripto, propter unius delictum, universa ejus prosapia morti addicebatur. Divina vero misericordia, cum omnes homines sub exsecratione essent, et peccati cassibus implicarentur, propter unius justitiam, cunctis salutem elargita est. Hominem autem Servatorem appellavit, non ut ejus divinitatem inflicetur, (ipsum enim Deum esse novit, ejusdem cum Deo genitore honoris:) sed ut simile a simili sanatum fuisse, ab ipsisque primitiis sanctificationem toti accessisse

A doceat. Cum enim humanitatis ratione legi obnoxius esset, legem adimplevit, legisque transgressores ab exsecratione liberavit. Tum deinde eandem orationem aliis verbis iterat: *Et non sicut per unum peccatum, ita et donum. Nam judicium ex uno, in condemnationem: gratia autem ex multis delictis, in justificationem* ⁸⁸.

Quo tempore, inquit, unus peccavit, universi condemnati sunt: nunc autem cum peccaverint omnes, universis, dummodo velint, salus per fidem proposita est. Quibus verbis posteaquam ostendit unius justitiam communis peccati amuletum fuisse, subjicit per eundem mortis quoque mansionem intercidiisse, finemque suum accepisse. *Si enim unius delicto mors regnavit per unum, multo magis abundantiam gratiæ, et donationis, et justitiæ, accipientes, in vita regnabunt per unum Jesum Christum* ⁸⁹. Peccatum, inquit, mortem conciliat, in vitam vero regni cum unius justitia servamur: non lege, sed misericordia divinam salutem consequentes. Juris enim lex omnes supplicio reos addixerat: omnes enim peccati operarii eramus. Nam si ob unius peccatum prosapia condemnata est, æquius utique prorsus erat, ut qui peccato serviebant, supplicio addicerentur. Sed divina misericordia juris fines transgressa est, atque humanitas æqualitatem superavit: ita ut lege ab uno completa omnes in eum credentes salute fruerebantur. Quibus verbis posteaquam immensam humanitatem ostendit, denuo ad verbi divini explicationem transit. *Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem: sic et per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ* ⁹⁰. Hinc a rebus ad personas transiens, *Sicut enim, inquit, per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obedientiam, justii constituentur multi* ⁹¹. Per necessarium porro erat, ut in utroque dictione *Multi* uteretur. Cum enim peccasset Adamus, quamplurimique leges divinas transgressi essent, nonnulli intra naturæ fines perseverarunt: et studiosi virtutis fuerunt, ut Abelus, Enochus, Noëus, patriarchæ, prophetæ, cæterique permulti, non tantum apud Judæos, sed etiam apud alias gentes: de quibus ita beatus Apostolus ait: *Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex* ⁹². Ab adventu autem Servatoris non omnes salutem consequuntur, sed ii qui credunt, et ex divinarum ejus legum præscripto vitam suam instituunt. Qua etiam de causa in imagine et in archetypo dictione *Multi* usus est.

CAP. XLI.

Cur Christus homo factus. Resurrectio. Judicium Varii beatorum et damnatorum ordinis.

Sed videamus, cujusnam rei ergo Unigenitus Dei Filius carnem assumpserit: humanaque naturæ

⁸³ Matth. x, 28. ⁸⁴ Rom. v, 12. ⁸⁵ Rom. xiii, 14. ⁸⁶ Rom. vi, 23. ⁸⁷ Rom. v, 15. ⁸⁸ Ibid. 16. ⁸⁹ Ibid. 17. ⁹⁰ Ibid. 18. ⁹¹ Ibid. 19. ⁹² Rom. ii, 14.

mel assumpta, homo fuerit, et audiverit. Eamdem nobis Apostolus doctrinam in ea quoque proposuit Epistola, quam ad Corinthios scripsit, ubi sic ait : *Nunc autem Christus resurrexit a mortuis, primitiæ dormientium : quoniam quidem per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum.* Tum deinde a natura ad personas transit, his verbis : *Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes*

⁹³ I Cor. xv, 20 seqq.

vivificabuntur ; communis enim resurrectio est : post resurrectionem autem, iudicium erit, quod quidem significavit iis quæ subjunxit : *Unusquisque autem in suo ordine* ⁹⁴. Multi sunt enim, et eorum qui puniuntur et eorum qui servantur, ordines ; siquidem pro iustitiæ qualitate et quantitate, donorum retributiones fiunt, eodemque modo, pro peccatorum differentia, pænæ quoque et supplicia irrogabuntur.

NICETÆ CHONIATÆ THESAURI ORTHODOXÆ FIDEI LIBER QUARTUS.

ADVERSUS ANTEARIANAS HÆRESES QUADRAGINTA QUATUOR.

Unicuique capiti seu hæresi sua annexa est confutatio.

PRÆFATIO.

De Christi et Satanæ ministris.

Cum sapientissimus universorum Deus humanam propter nos massam subiisset, ita demum, quem admodum iam diximus, Trinitatis lumen, primo quidem paucorum piscatorum, deinde vero doctorum pietatis opera et ministerio, per universum terrarum orbem propagavit, et erroris illius, qui deorum examen myrmeciamque invexerat, sentes radicatus extirpavit.

Quod cum ille communis hominum adversarius æquo animo ferre non posset, ut qui sibi subditos a se abduci cerneret, hominum sua ipsius nequitia dignorum ministerio, fidei orthodoxæ insidiatus esset, nihil prius ant antiquius habens, quam ut homines in exitium pertraheret. Ex quo evenit, ut cum vix adhuc apostolorum confirmata prædicatio esset, verum primorum etiamnaum fundamentorum firmitatem experiretur, ille confestim semina impietatis ei permiscere, eaque superseminare cœperit.

CAP. I.

Prima hæresis, Simonis Magi et Basilidis.

Hujus adeo vafamenti Simon primus administer fuisse fertur, qui Gitthis ortus (is Samariæ vicus est) cum præstigias omne genus ad unguem teneret, multos miraculorum editione suam in sententiam pelliciebat. Atque si quando cum Judæis versaretur, se Dei Filium : si cum Samaritanis, Deum Patrem ; si cum reliquis nationibus, Spiritum sanctum esse profitebatur. Ut generaliori verbo com-

(39) *Irenæus omnium, ut ἄλον pro ἄλλων legas.*

B munique doctrina concludam, se ipsum infinitam Dei potentiam nominabat. Principatum et potestatum nomina, cælosque confingebat ; et unicuique cælo potestates aliquot barbaris nominibus dictas ascribebat. Insuper meretrici cuidam Tyriæ genere, Helenæque nomine, quam secum circumductabat, primæ notionis appellationem indiderat, et quemadmodum se Deum Patrem, ita et illam aliorum (⁹) esse matrem : per eamque se angelos et archangelos fecisse, imo ipsum ab angelis mundum conditum fuisse assererat. His addebat, quemadmodum Helenæ invidentes angeli, eam penes se detinuerant, ut qui ejus opera seu creaturæ dici nollent. Unde factum esset, ut eam in plurimarum feminarum corpora detrusissent, novissimeque adeo in Helenam Tyndari, quæ Trojano bello causam dedisset. In hujus Helenæ gratiam cælo se descendisse subjungebat, ut eam a vinculis, quibus detinebatur, adsereret : hominibusque in se ipsum credentibus salutis auctor esset. Idem mysteria quoque fœditate omne genus refertissima, quæque idcirco lingua humanis exprimi nequeant, in ipsum credentibus, viri quidem per genitatis seminis defluvium, feminis autem per menstruos defluxus suggerebat, atque hujusmodi *μυσταγωγία*, seu initiationem, impurissimam, *γνώσεως*, hoc est scientiæ cognitionis nomine homo impurissimus insigniebat. Unde Gnosticorum etiam hæreticorum hæresis suppullulavit. Insuper actionem quoque quamlibet, vel fœdissimam, citra ullum discrimen obeundam esse docebat. Hujus hæresibus Menander Samaritanus imbutus, nec

eorum quidquam, quæ didicerat, immutans, Simone etiam ipso majorem se profitebatur.

In hujus autem errores Basilides et Saturninus juraverant, quibus etiam Simonis decreta summopere placebant. Cæterum Basilides quasdam etiam appendices magistri sui fabulamentis interserens ingenitum esse dicebat, eo nomine solum Patrem omnium intelligens: ex eo intellectum, ex intellectu sermonem, ex sermone prudentiam, ex prudentia virtutem et sapientiam, ex sapientia et virtute principatus, potestates, et angelos, ex angelis denique intellectum primum et summum processisse fabulatur: a quibus angeli facti secundum cælum construxissent, et alios insuper angelos, qui alios itidem angelos, aliudque cælum fabricassent, eoque rem deduxissent, ut trecenti sexaginta quinque cæli pro dierum anni numero reperirentur. His addebat, mundum ab iis angelis constructum esse, qui cælum infimum, quod aspectabile nobis est, incolerent, terræque adeo principatum inter se divisissent: eum denique angelum, cui sortito provincia Judæorum obtigisset, angelorum principem fuisse, cui quidem cæteras nationes Judæis subjicere volenti, angeli restitissent. Quibus perspectis Ingenitus Intellectum primogenitum suum amisisset, Christumque nominasset, et credentes omnes salvos faceret. Porro Christum passum non esse, sed Simonem Cyrenensem. Christum enim eminens extraque teli jactum, stetisse, atque Judæorum dementiam irrisisse, tandemque velut postliminio ad Ingenitum rellisse a quo missus fuerat. Credendum porro dicebat, non in crucifixum, sed in eum qui crucifixus videbatur. Basilides insuper, ut Simon, et quoque ejusdem deliramenta verborumque portenta tuebantur, carnis resurrectionem negabat, ab eoque angelo, qui Judæis præesset, mundum factum fuisse dicebat. Quemlibet etiam hortabatur, ut pro libidine idolothytis, hoc est, iis quæ idolis essent immolata vesceretur, illicitisque adeo actionibus citra delectum vacabat. Idem præterea incantationum, præstigiærumque inventor fuisse perhibetur: quas dementibus postea, et vesanis, quasi per manus tradiderit.

HÆRESEOS PRÆCEDENTIS CONFUTATIO PER EUMDEM NICETAM CHONIATAM.

Qui ab hac hæresi se ad Ecclesiam catholicam recipiunt, baptizantur.

Ex Simonis traditionibus nulla est, quæ confutatore indigeat. Omnes enim sese satis superque subvertunt, in quibus nulla sit omnino consequentia, nihilque adeo, quod sanis auribus arrideat.

Siquidem ille, dum sibi alias Patris, alias Spiritus sancti, alias denique Potentiæ divinæ nomen imponit, eo ipso satis ea nihil prorsus esse coarguit, quæ sibi tantopere dissentanea vindicabat. Imo vero, dum cælorum quoque multitudinem introducit de quibus Græcorum philosophi nihil

A omnino tractassent, qui tamen intactum nihil reliquerunt, neque vetus illa, et ab ipso Deo data Scriptura, mentionem ullam fecisset, illa insuper, quæ sunt in rerum natura, ab angelis creata nugabatur, (qui tamen nihil aliud sunt, quam virtutes ministerio deputatæ, quas Deus produxit, et quæ ad ejus ministerium semper apparatus sunt) interim Dei Patris universorum, sanctique Spiritus, necnon immensæ Dei Potentiæ sibi nomen affigens. Quodque nulla non blasphemia, nulla non impietate scatet, ab Helena quoque nescio qua meretrice Tyria, cujus illegitimo contubernio utebatur, angelos creatos esse affirmabat.

B Pluribus itaque verbis, ad hujusmodi nugamenta Simonis explananda, quid opus? quæ quam vana sint, et absurda, ejusmodique adeo, ut vel suo se gladio jugulent, satis superque Simon ipse ex iis confirmavit, quæ ab apostolis et audivit, et passus est. Cum enim Philippus in Samariam se contulisset, ille quidem ex septem diaconis unus, etisque adeo qui ibidem in nomine Domini nostri Jesu Christi baptizati fuerant. Simon et ipse lustrales ad aquas accessit, cœpitque familiariter cum Philippo versari, magna, ut præ se ferebat, animi constantia cum illo perseverans. Qui cum mira illa, quæ a Philippo fiebant, coram cerneret, admiratione rapiebatur. Cum vero tandem in Samariam, promulgata jam Philippi prædicatione, Petrus et Joannes apostoli venissent, et credentibus in Christum sancti Spiritus communicationem aperecati fuissent, illumque adeo per manuum impositionem recepissent. Hæc ipsa coram Simon intuitus, pecunias apostolis obtulit dicens: *Date et mihi hanc potestatem, ut quicumque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Non est tibi pars, neque sors in sermone hoc. Cor enim tuum non est rectum coram Deo. [Roga ergo Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.] In felle enim amaritudinis, et obligatione iniquitatis, vidimus te esse* ^{93.94.}

D Proinde hujusmodi repulsam miserrimus ille passus, et ad proprium vomitum reversus, Samaria excessit, et ad ea se oppida civitatesque contulit, quibus nondum Evangelii lumen illuxerat, jam tumque adversus Verbi divini præcones imprimis autem Petrum, crucem se Satanamque præstare cœpit. Siquidem cum nihil prius antiquius haberet quam ut Petro per omnia refragaretur, ad eum, cum pietatem in confertissima populi concione doceret, canem misit, qui hæc humanis verbis proloqueretur: *Finem tujs, Petre, quibus populum circumvenis, imposturis imponito. Mox vicissim canis idem ad Simonem a Petro relegatus, eadem illi renuntiavit. Tandem cum multo ex illis, quos Petrus concionibus suis instruxerat, ad privatum dogma suum*

^{93.94.} Act. viii, 49 seqq.

Simon pellexisset, jam de fidei suæ traditione et expositione cogitabat. At ne sic quidem Petrus animum despondit: imo vero in Simonis ipsius caput fraudulentæ artes omnes reciderunt.

Tandem vero, cum Romam, omnium civitatum decus, appulissent, ibi controversis dogmatibus concertarunt. Jam autem apud Romanos Simon tantam nominis celebritatem consecutus erat, ut ærea statua donatus esset a Claudio Cæsare. Cujus ea fuisse fertur inscriptio: Simoni Deo sancto. Cum itaque Simon Petro refragaretur, atque partim Spiritus sancti verbis, partim miraculis, præstigiae illius et imposturæ patuissent, ille gravi se affici ratus ignominia, in cælos ad proprium Patrem ascensurum se, pœnasque de incredulis inde repetiturum, comminatus est. Et cum dicto a dæmonibus in cælos ferebatur, cum Petrus orando Deo intentus, spiritibus, a quibus ille rapiebatur, increpatis, effecit ut in caput ex alto Magus corruerit, pedibusque in aera protensis, miseram animam exhalans, effuso viam cerebro disperserit.

*Menandri, Saturnini, et Basilidis hæreseon
confutatio.*

Jam si primus absurdorum auctor hunc vitæ finem sortitus est, haud dubie Menander, Saturninus, et Basilides, ejusdem exitii cohæredes aliquando, et consortes erunt, qui non modo dogmatum Simonis sectatores exstiterunt, verum illis absurdiora quoque multo attaxerunt, qualia sunt ea, quibus varios angelorum ortus commenti, eo cælos numero corrotundarunt, ut totidem esse confinxerint, quot in anni curriculo dies deprehenduntur. Quod si Cyrenensis ille Simon, ut illi volunt, passus est, quis alter ille, quæso, fuit qui surrexit a mortuis, vulnera, quæ in cruce acceperat, ostendit apostolis, denique cum corpore in cælos ascendit? Porro in Deum ipsum manifeste refractarius est, cum Mosaicam legem ab angelis datam esse asserit. Nec enim angeli dederunt, sed is demum qui Mosi locutus est, et seipsum, Eum qui est, nominavit. Illi enim ex nihilo producti sunt, ut ad Dei obsequium parati spiritus semper essent, prout vel ipse Moses his verbis attestatur.

Constituti sunt termini gentium, secundum numerum angelorum ejus ⁹⁵; et Davides: *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos, ignem urentem* ⁹⁶. At vero, quonam, quæso, pacto sibi temperassent, ne linguam flagitiis hujuscemodi constuprarent, qui portentosas omnegenas, impudicasque libidines, citra delectum, nullaque honesti ratione habita, actionibus suis et mysteriis expresserunt.

CAP. II.

Secunda hæresis Nicolaitarum est qui et baptizantur, et Gnosticorum.

Nicolaus quidam Antiochiæ ad Daphnen ortus

⁹⁵ Deut. xxxii, 8. ⁹⁶ Psal. ciii, 4.

advena inter apostolos versabatur, sub quibus cum christianam fidem imbibisset, viduarum curam demandatam cum sex aliis suscepit, quos inter Philippus et Stephanus primas facile tenebant, quorum ille Samaritam ad fidem adduxit, et Candacem baptizavit, hic primus omnium pro Christi nomine martyrium passus est.

Nicolaus ergo, cum formosam uxoreculam duxisset, primum quidem ab illa se continebat, deinde rursus congregiebantur. Cæterum hic neminem ad vitam æternam perventurum esse dicebat, qui se quotidie vitis omnegenus non immergeret. Hinc ergo Gnostici, a Simone sati, incrementi susceperunt, quorum quidem alii alia fabulabantur, alii vero feminam quamdam, nomine Prunicum, colebant, eique vim illam adscribere non verebantur, quæ genitali semini insita est: alii denique Caulacam venerabantur. Sunt autem omnia hæc effeminatam mollitiem significantia nomina ab illis excogitata, qui spurcitiæ quamlibet laudi et honori ducebant. Quandoquidem *προβνιχος* coitum significat. Græci enim, si de virginum defloratoribus loquantur, his verbis uti solent, *ἐπροβνιχσεν τῆνδε*, hoc est, istam vitiauit. Ad Caulacam quod attinet, honesto id quidem sensu ab Hebræis effertur, a Gnosticis vero ad turpitudinem detortum est. Siquidem in duodecima Danielis visione ita scribitur, *Saulasan, Saulasan, Caulacan, Caulacan*, hoc est, afflictio post afflictionem, spes post spem. Hi porro Gnostici multis designantur nominibus: alii enim Borboriani, *διὰ τὸν βορβορον*, hoc est, a luto, denominati sunt; alii Codiani, *κοδο* enim Syris escarium vas dicitur, eo quod una cibum cum illis sumere, propter insignem illorum spurcitiem, nemo non detrectaret. Alii etiam Borbolitæ, Secundiani, Socratitæ, et Racchæi nominantur. Sunt autem uxores illis communes, quodque nullam non in illis spurcitiem et impuritatem arguit in ipso coitu cavent, ne semen in mulieris vulvam ejaculentur, aut in terram defluat, sed manibus exceptum alias deglutiunt, alias eo servato, sanguinique muliebrium menstruorum permisto, pro mysteriis utuntur. Quod si per illorum imprudentiam in vulvum deciderit, mulierque prægnans ex eo facta fuerit, fœtum, simul ac editus est, arreptum in mortario contendunt, illique mel, piper et unguenta nescio quæ immiscent, tum cuncti ex eo gustantes digito: Gratias, aiunt, agimus, o Deus, quod a principe concupiscentiæ delusi minime fuerimus, sed lapsum fratris collegerimus. Atque hoc perfectum esse Pascha putant.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Quemadmodum inter duodecim apostolos proditor Judas inventus est, ita et in septem diaconorum numero Nicolaus Antiochenus illi se haud abeilem præbuit, usque adeo rerum omnium nulla est, quam sinceram, et a malo prorsus immunem

dicere queas : sed inter spinas etiam rosa nascitur, et una cum frumento lolium emergit. Cæterum miser ille, impositæ mentis cum primum a septenario diaconorum numero digressus, virgineum quoque cælum corrupisset, eo quod adulteræ scelestæque mulieri scæ uxori addixerat, jam neque septem collegis quidquam impertiebatur, neque viduarum curam amplius gerere volebat, imo vero sæculum quoque illud octavum quod nobis aliquando successurum est, aspernabatur.

Eorum porro, qui Gnostici dicti sunt, actiones et præstigie tanta spurcitiarum omnegenus illuvie infames evaserant, ut præ illis ipse turpitudinum magister diabolus honestus videri possit. Proinde ab huiusmodi Camarina movenda supersedens, iisque adeo describendis, quæ modis omnibus detestanda juxta, Deoque ingratiissima, designarunt, hæreseos Gnosticæ lectoribus auctor fuerim, ut Ithacum heroa imitati aures suas cera obstruant, non eo quidem, quo Syrenæos modulos prætervehantur, sed ne cum auribus et lingua ipsam quoque γῶσιν, hoc est, rationem et intelligentiam conspurcent, dum faciles aures iis legendis præbent, quæ sua impietate quamlibet impietatem multis parasangis exsuperant.

CAP. III.

Tertia hæresis, Carpocratenorum : hi baptizantur.

Carpocrates quidam (40), cum ageret in Asia, spurcitas omnegenus ibi docuit, nullumque scelus prætermisit, cujus non certa præcepta traderet, hoc addito, fieri non posse, ut quisquam hinc ad supremum cælum transcendat, nisi se prius peccatis omnibus immerserit, dæmonumque voluntati obsecutus fuerit. Nuptias porro abrogat, nec mortuorum resurrectionem admittit. Excogitarunt etiam Carpocrateni præstigiaturas et incantationes, quæ dæmoniæ artibus omnibus exsequendis sufficerent. Insuper et sigillum cauterio, vel novacula vel subula cartilagini auris eorum imprimebant, quos deceperant, ut hoc incidio esset, suam ab illis hæresin comprobari. Unde et Marcellina quædam ab illis seducta Romæ sub Aniceto episcopo Romano, matronarum plerasque eandem in hæresin pellexit. Statuas etiam Christo et Paulo, imo etiam Pythagoræ, cæterisque philosophis erigunt, quas in occultis locis adorant. Insuper Græcorum quoque mysteriis utuntur.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Hic Carpocrates hæreseos asperitate, quæ varias in opiniones dissecta, sincero pietatis dogmati adversabatur, effecit ut ἀχάρπῃ illi, hoc est sterili et infructuosæ ficui, foliisque tantum luxuriant, atque etiam, ut ita dicam, fonti linum eiectioni, simillimus evaserit.

Qui turpitudinis omnimodæ auctor et magister,

(40) Iren. lib. 1, cap. 24.

diabolis etiam virtutem quamdam ascribit, quæ animarum ad cælos ascensui adversetur, earum imprimis, quæ fœdas in actiones se minime proolverint. Qui tamen tantum abest, ut quod maxime cupiunt, ad optatum finem perducant, ut etiam ingressum in porcos sibi liberum dari a Deo et hominē Christo petierint, nec iidem in bubilia, et ovilia Jobi, nec in ipsum denique rabiem suam exercere alia lege permisum est, quam quia ita divinæ decretum providentiæ ferebat. Quinam vero alii ex alto cadere tanquam fulgur, a Christo visi sunt, quam reprobi spiritus, eorum princeps Satanæ, tanquam exterior ignis, pervigil vermis, gehennaque nunquam desinens? Proinde novi nihil in eo designant, quod nuptias improbent, in libidinem interim diffluentes, nihilque non fœditatis aut agentes, aut patientes.

Quod autem Carpocratis sectatores hæreseos, sigilla quædam, annulosve imæ auricularum prominentiæ insigunt, in eo conveniunt, prorsusque se consentaneos protestantur, serpentis ejus argutiis et imposturis, qui in Evæ aurem insurravit.

Hinc enim perspicuum omnino fit, quam sint divinis præceptis obstreperi et inobedientes, quamque alienam ab Ecclesiæ, tanquam Paradisi alterius, septis insistant viam, quam quidem in fraudem nostri generis auctores, dicto serpentis audientes, incurrerunt.

CAP. IV.

Quarta hæresis Valentini est. Ab hac autem resipiscentes baptizantur.

Ægyptius natione Valentinus (41), Antonino primo imperante, cum Græcarum disciplinarum orbem, quem ἐγκυκλοπαιδείαν dicunt, absolvisset, triginta deos, totidemque sæcula et cælos introduxit, quindecim nimirum masculos, et quindecim feminas, quorum masculi ex adverso feminarum starent. Eorum nomina ille percenset, tametsi a me prætermittuntur. Hunc porro tricenarium deorum numerum spirituale pleroma, hoc est plenitudinem, vocat Bythum vero (quem triginta horum sæculorum propatorem seu avum dicit) sæculis omnibus invisibilem et incomprehensibilem asserit. Sophiam autem, seu sapientiam (quam sæculis accenset) ex amore, quo Bythum propatorem prosequatur, concepisse subjunxit, atque informem substantiam peperisse, quam Hylen, seu materiam, nominat : cujusmodi partu cum indolesceret, ad propatrem se contulisse, et quid passa esset, coram renuntiassæ addit : eique supplices Æonas quoque reliquos, seu sæcula presto adfuisse commemorat : cui cum pepercisset Bythus, terminum mox cum Philia, seu amicitia, conjuge constituit, quem quidem terminum cru-

(42) Iren. lib. 1, cap. 1.

cem nominat, aliaque fabulosa nomina confingit. Hinc subjicit, quemadmodum Unigenitus, nimirum Christus, et Spiritus sanctus, consilio Patris ad sæculorum securitatem propositus fuerit. Ait enim a Christo sæcula didicisse, quod Pater incomprehensibilis esset; Spiritum autem sanctum æqualitatem sæculis esse largitum. Cum autem quilibet in medium quæcumque pulcherrima habebat contulisset, propositum idcirco Jesum fuisse, quem Deum quoque Servatorem, Christum, et Verbum nominant, cum quo angeli, tanquam satellites hastati venerint. Qui Valentini hæresin sectantur, mortuorum resurrectionem, et Vetus Testamentum improbant, et quamvis Prophetas legant, ea tamen duntaxat admittunt, quæ possunt absolute ad suam ipsorum hæresin detorqueri.

Aiunt denique Christum a seipso corpus assumpsisse, et per beatam Virginem, non secus atque per canalem, transivisse.

Hæreseos præcedentis consutatio.

Posteaquam a Patre mendacii doctore fabulosas nugæ Valentinus didicisset, sua solius auctoritate principia constituit, deos et sæcula confluxit delirantibusque hominibus tradidit. Nam cum Græci multorum, Hebræi vero unius dominatum probent, et venerentur, nosque adeo ipsi Patrem, Filium, et Spiritum sanctum colamus: hic tricenos deos, tricenos cœlos, tricena sæcula tradit, ipsis certe Græcis in superflua deorum multitudine excogitanda multo ambitiosior. Imprimis autem incomprehensibilem quemdam et invisibilem Bythum sæculorum creatorem commentus, cum nonnullis aliis, quæ tantum abest, ut dignosci queant, cum digna sint, quæ in obli-vionis βυθόν, seu profunditatem, demergantur sic tandem in Christi mentionem obiter incidit, eaque de illo narrat, quæ ab orthodoxis improbantur, et eo demum prolabitur, ut resurrectionem neget, nec id sane immerito. Ei enim, qui veritatis adversariis dogmata se propositurum profitebatur, fides alia lege non erat habenda, quam si resurrectionem antiquaret, et ex consequentia iudicium quoque rejiceret. Hinc adeo mendacium ille suum ita præstruxit, ut extra omnem reprehensionis aliam positum videretur: nec advertit, (quia nimirum lymphata mente ferebatur,) quod D sæculum nulla substantia sit, quæ per se subsistere queat, sed intervallum quoddam temporis index, alias quidem immensi, cum de Deo scilicet enuntiatur: alias contra, quod cum mundi fabrica: alias denique, quod cum humana vita commensurabile sit. De iis enim divinus ille Davidides ita loquitur: *Sæculum nostrum in illuminatione vultus tui* 97. De mundi porro fabrica sic Dominus inquit: *Ecce ego vobiscum sum usque ad*

consummationem sæculi 98. De universatis item Deo hæc alio in loco beatus idem Davidides: *A sæculo et usque in sæculum tu es* 99, pro eo quod est: Principio et fine carens. Proinde, quia sæculum intervallum quoddam significat, ne quis stulte arbitretur Deum universi ante sæcula non fuisse, alio in Psalmo idem ille Propheta sic ait: *Exaudite Deus, et humiliabit illos, qui est ante sæcula* 1. Quocirca qui universi, idem sæculorum quoque conditor est, non illorum quidem turpium et copulatim confictorum, sed eorum, quibus intervallum quodlibet significatur. Qua quidem ratione beatus ille Paulus adducitur, ut Patrem et Filium sæculorum creatorem esse dicat: *Locutus est nobis, inquit, in Filio quem constituit hæredem universorum, per quem fecit et sæcula* 2. Verbum porro, *fecit*, sæculorum substantiam non indicat; sed universitatis Deo antiquiorem prorsus esse neminem. Alio item in loco sic habet: *Regi sæculorum immortalis, invisibili, soli Deo, honor et gloria, in sæcula sæculorum. Amen* 3. Non ut sæcula quæpiam ostendat, quæ per se subsistant, suisve nitentur viribus, sed perenne Dei regnum prædicet. Idem Apostolus alibi sic ait: *Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiam vero non sæculi hujus, neque principum sæculi hujus qui deseruntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula* 4.

Jam vero, si carnis assumptæ mysterium sæculis, ut divina testantur oracula, antiquius est, extremam id impietatem arguit, si quis universi Deum sæculis juniorem dicat. Isaias quoque propheta sic exclamat: *Deus sempiternus Dominus, qui creavit terminos terræ* 5. Item: *A sæculo non audivimus, nec oculi nostri viderunt Deum, præter te* 6. Deus igitur universæ naturæ conditor est ante sæcula, imo extremis etiam temporibus nostræ salutis. Ergo una ex Trinitatis personis, unigenitus nimirum Patris Sermo, cum ex virginis sanguinibus sibi templum exædificasset, duplicem naturam, non autem hypostasim, habere visus est. Carneque indutus ex semper virginis utero Mariæ procescit: non autem per illam, tanquam per canalem transivit, ut impuro huic Valentino visum est, cœleste secum corpus deferens, sed nuda cum deitate illam subiens, prout Paulus ipse quoque docet apertius: *Qui sanctificat, et qui sanctificantur, ex uno omnes: quoniam non erubescit fratres eos appellere* 7: quandoquidem in cœlo nihil est humanæ conditionis, nec in vita illa, quæ supra mundanæ hanc sublunaremque degitur, ubi vitii morbo locus est. Ubi ergo mali nihil est, nullaque vitæ humanæ conditio visitur, qui fieri, quæso, potuisse credibile est, ut inde sibi corpus humanum Deus asciverit? quænam etiam naturæ nostræ emen-

97 Psal. LXXXIX, 8. 98 Matth. XXVIII, 20. 99 Psal. LXXXIX, 9. 1 Psal. LIV, 20. 2 Hebr. I, 2. 3 I Tim. I, 17. 4 I Cor. II, 7, 8. 5 Isa. XL, 28. 6 Isa. XLV, 21. 7 Hebr. II, 11.

datio expectanda fuisset, si cum terrestre animal gravi morbo laboraret, aliud a cœlestibus diversumque divinam illam commistionem recepisset? Nam quis ægrotum sanare queat, nisi membro male affecto peraccommoda medela applicetur? Jam si ægrotum in terris agentem virtus divina pertingere non potuisset, homini certe nihil profuisset circa ea occupari, quæ ne tantillum quidem divinæ virtutis impertitura erant. Certerum ii qui naturam nostram conviciorum plaustris, et velut e proscenio, lacerant, nativitatique rationem calumniantur, hoc Deo indecorum fuisse rati, ut eodem modo quo solemus ipse quoque nasceretur, et in terris versaretur, sciant apud Deum turpe nihil haberi: vitio duntaxat excepto, et si quid ad vitium proxime accedit. Naturæ porro nostræ series ad divini nutus arbitrium legemque temperatam longe aliena a calumnia illa, cui vitium obnoxium esse solet. Atioqui si quid in humanæ naturæ fabrica deprehenderetur, quod præ turpitudine et indecentia satis tutum a calumniæ moribus non esset, in creatorem certe culpa redundaret.

Proinde cum in nativitate Christi cætera mira fuerint, eaque adeo, quæ Deum haudquaquam dedecere, (ut carnis absque semine generatio, processus absque corruptione: ut eadem virgo, quæ mater: quod eadem mater, quæ virgo, citra ullam virginitatis in partu jacturam, fuerit: ut Deus carnem humanam in essentia personali, non in persona essentiali assumpserit: ut totus semper in Patre manens, totusque natura Deus existens, homo quoque natura totus exstiterit: ut neque divinam, neque humanam detraxerit naturam, sed eas confuse commistimque conjunctas servaverit), tum vero vel maxime eodem prorsus modo, quo nasci solemus, ille quoque natus est ex Virgine, nec inde quidquam contraxit, quod Dei generationi aut indecorum aut dissidentaneum esset. Nam si rubo, sterili plantæ sese applicuit, ejusque adminiculo cum Mose colloctus est, nihil certe Deo indignum fecit, si summa sua bonitate manum suarum signum inhabitans, hocce pacto non gentem unam, eamque modicam, ab Ægyptiorum manu liberavit, sed mundum universum ad creatorem Deum converterit, et a dæmonum dominio asseruerit.

Jam divina incarnatione hoc modo demonstrata, age, divinorum oraculorum testimoniis freti, ab incarnato Dei Verbo corpus humanum assumptum fuisse demonstremus. Ac primum quidem corporis incunabula ad divinitatem maxime pertinebant. Deinde butyrum et mel, quod Propheta longe ante prædicit, necnon maternum lac, et quævis alia cibi potusque species, vas, quo exciperentur, in illo fuisse satis arguunt.

Quod si fatuus quis cibum illum objiciat, qui

⁸ Hebr. ii, 14. ⁹ Gen. xlix, 11. ¹⁰ Heb. x, 19 seqq. ¹¹ Matth. xx, 18. ¹² Matth. viii, 20. ¹³ Joan. v, 20. ¹⁴ I Tim. ii, 5. ¹⁵ I Cor. xv, 21.

A in Abrahæ tabernaculo sumptus est, is vero sciat se a recta ratione longe aberrare. Hujusmodi enim cibaria videbantur alio quodam modo absumi, qui ei, a quo absumpta sunt, incognitus non est. Quod si quis stulte incorpoream naturam hisce usam inferat, illic certe neque famem neque sitim inveniat, hic vero necessitate affectiones et appetitus hujuscemodi concitabantur, non quod divinitas conjuncta corpus tali ab egestate asserere non posset (qui enim paulo post corporibus immortalitatem largitus est, suum ipsius corpus multo facilius ab omni egestate vindicasset), sed hoc illi concessit, ut propriam naturam perspicuam faceret. Proinde quotquot hæreses hoc ab illo assumptum negarunt, manifesti mendacii convinctur. Quemadmodum enim ille, tametsi corpus a morte immune reddere poterat (nam tertio id a morte die præstitit) passioni tamen et morti objectit, ut incarnationis mysterium adimpleret: ita etiam fami idem, siti labori et somno exposuit, ne ulla mendacii constabiliendi ansa iis superasset, qui id duntaxat approbant, quod sibi videtur. Quare fames et sitis, insuper et labor et somnus Domini corpus humanum esse corpus arguunt: quod quidem confirmaturus beatus ille Paulus ita exclamat: *Quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem: ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium et liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti*⁸. Quibus certe verbis naturam ab illo assumptam fuisse aperte ostendit, quæ nostræ persimilis esset. Quod si quis hujuscemodi vestimentum non probet, Jacobum patriarcham ita vaticinaclem audiat: *Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uxæ pallium suum*⁹. Audiat vero beatissimum quoque Paulum exclamantem: *Habentes itaque, fratres, fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Jesu, quam inivit nobis viam novam et viventem per velamen, id est, per carnem suam, et sacerdotem magnum super domum Dei, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei*¹⁰. Velaminis enim nomine, quemadmodum stolæ et pallii, patriarcha carnem ipsius appellavit. Sed superfluum videtur si pluribus hoc verbis explicem.

Nam vel ipse Christus seipsum hominis Filium vocat. Apostolis enim sæpius hoc inculcat. Futurum est, ut *Filius hominis tradatur in manus hominum, et interficiant eum et tertia die resurget*¹¹. Ei autem qui sequi volebat: *Vulpes, inquit, foveas habent, et volucres cæli nidos, Filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet*¹². Et hoc Judæis in os objecti: *Quid me queritis interficere, hominem qui veritatem locutus sum vobis, quam audivi a Deo*¹³? Beatus Apostolus autem ita clamat: *Unus Deus et mediator Dei et hominum*¹⁴. Item: *Quia per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum*¹⁵, pro-

pterea etiam semen Abraham universorum Deus, in A semine ejus omnes se gentes benedicturum et Isacco et Jacobo promisit: ut merito beatus idem Apostolus ad Galatas scribens dixerit: *Abraham autem dictæ sunt promissiones, et semini ejus*¹⁶: tum docens quemnam seminis appellatione intelligat, ita subjicit: *Non dicit seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno, et semini tuo, qui est Christus*¹⁷. Idem ad Hebræos scribens, sic ait: *Nusquam enim angelos apprehendit: unde debuit per omnia [atribus] similari, ut misericors fieret, et fidelis pontifex apud Deum*¹⁸. Qua etiam de causa cum Jacobus Judæ benedictionem illam impertiret, quam ab universorum Deo acceperat, ita dixit: *Non auferetur sceptrum de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat, qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium*¹⁹. Michæas quoque propheta vaticinium hoc hisce verbis renovat: *Et tu, Bethleem, terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda*²⁰. *Ex te enim mihi adveniet dux, et egressus ejus ab initio, a diebus æternitatis*²¹. Beatus item Apostolus prædictionum finem ostensurus, ita exclamat: *Manifestum est enim quod ex Juda ortus sit Dominus noster*²².

Has ipsas promissiones Davides quoque rex et propheta ab universorum Deo accepit. Ait enim ad ipsum: *Usque in æternum præparabo semen tuum, et ædificabo in generationem et generationem sedem tuam*²³. Item alia loco: *Et ponam in sæculum sæculi semen ejus: et thronum ejus sicut dies cæli*²⁴. Et paulo post: *Semel juravi in sancto meo, si Davidi mentiar, semen ejus in sæculum manet. Et thronus ejus sicut sol coram me, et sicut luna perfecta, et testis in cælo fidelis*²⁵. Has ipsas item promissiones per Isaiam prophetam denuo verax ille Dominus renovavit: *Egredietur enim, inquit, virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ et intellectus, Spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiæ et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini*²⁶, et cætera, quæ in eundem sensum consequuntur. Item: *Erit radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur: et erit sepulcrum ejus gloriosum*²⁷. Item alio loco: *Et feriam, inquit, vobiscum pactum sempiternum, misericordias Davidis fideles*²⁸. Quæ enim illi promisi, complebo; et per illius semen servabo orbem terrarum; fidelis enim et verax est mea promissio.

Harum promissionum veritatem evangelista quoque Matthæus indicans, in ipso statim historiæ suæ præmio orbi terrarum annuntiat, gentium expectationem floruisse. Ait enim: *Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham*²⁹. Utrique enim semini promissiones factæ sunt.

¹⁶ Gal. III, 16. ¹⁷ Ibid. ¹⁸ Hebr. II, 16. ¹⁹ Gen. XLIX, 10. ²⁰ Mich. V, 2. ²¹ Matth. II, 6. ²² Hebr. VII, 14. ²³ Psal. LXXXVIII, 5. ²⁴ Ibid. 30. ²⁵ Ibid. 35, 36. ²⁶ Isa. XI, 1 seqq. ²⁷ Ibid. 11. ²⁸ Isa. LV, 3. ²⁹ Matth. I, 1. ³⁰ Rom. I, 1 seqq. ³¹ Rom. IX, 5. ³² II Tim. II, 8.

Quin et beatus Apostolus scribens ad Romanos, in ipso Epistolæ principio fidem promissionis ejus indicavit, quæ Davidi facta est. Ait enim: *Paulus, servus Jesu Christi, vocatus apostolus, segregatus in Evangelium Dei, quod promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis, de Filio suo, qui natus est ex semine Davidis, secundum carnem*³⁰. Porro eo quod *secundum carnem* addidit, perspicue indicat Dominum nostrum Jesum Christum Deum fuisse ante sæcula. Filium autem Davidis humanæ naturæ ratione pronuntiavit. Quod ut apertius doceret, subjunxit: *Qui declaratus est Filius Dei cum potentia, per Spiritum sanctificationis, ex eo quod resurrexit a mortuis Jesus Christus Dominus noster*. Postquam enim resurrexit a mortuis, inquit, et Spiritus gratia replevit apostolos, per miracula ab illis facta, Deus innuit: siquidem in ejus nomine maxima peregerunt miracula. Cæterum in Epistolæ medio, honorum, quibus olim Judæos impertivit, mentione facta, subjunxit: *Quorum sunt patres, et ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus*³¹, atque una in persona duarum naturarum differentiam ostendit, cum ex Judæis secundum carnem processisse, et super omnia Deum esse dicit, tanquam Deum et in sæcula benedictum. Beatum porro Timotheum his verbis exhortatur: *Memor esto Jesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine David, secundum Evangelium meum, in quo labore usque ad vincula, quasi male operans*³².

Alioqui permulta in utroque Testamento testimonia inveniri possunt, quibus Servatoris nostri cognatio carnalis confirmetur. Sed hæc meo iudicio sufficiunt, quod humanam naturam perfectam et absolutam ab illo assumptam fuisse doceant. Qua etiam de causa Filius Davidis, Filius Abraham, Filius hominis, Homo, Adamus, Jacobus et Israel dictus est. Quemadmodum enim perfectus Deus, ita homo quoque perfectus erat, perfectam hominibus salutem conferens.

CAP. V.

Quinta hæresis, Ptolemæi: ab hac qui ad orthodoxos conjugunt, baptizantur. [Ptolemæi et Heracleonæ meminit Irenæus lib. I et IX. Ptolemæum Valentinum vocat Athan. lib. III contra Arianos, cap. 5.]

D Gnosticos hic impuros sequitur. De æonibus, seu sæculis, idem cum Valentino sentit. Addit insuper Deo, quem ille Bythum vocat, duas esse conjuges. Ennæam seu cogitationem, et Thelema, seu voluntatem: primum enim, inquit ille, cogitavit, deinde voluit. Idem etiam ad matronam quamdam, nomine Floram scribens, in legem illam blasphemus invehitur, quam per Moysem dedit Deus; solumque Decalogum a Deo datum: cæterorum au-

tem scriptorum alia Moysei ipsius, alia seniorum populi propria esse contendit.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Quia Gnostici omnimoda honesti ignorantia laborabant, idcirco malos etiam dæmones suis in Traditionibus et actionibus invocabant. Itaque Ptolemæus hic profanis illorum dogmatis subscribens, impurus quidem fuit, quia cæcos duces secutus, impurior vero, quia sensu perverso Ennæam et Thelema, seu cogitationem et voluntatem, necnon Deum quoque Bythum commentus : nonnullaque adeo fabulamenta, digna quæ in profundam βυθου infernalis voraginem demergantur, quorum quidem narratio sanis auribus tædium afferre solet.

Idem atra bile haud dubie percitus, et impos animi, linguaque procaci et effræni, Mosaicam legem vellicans, ex ejus constitutionibus alias Dei, alias Moseos, alias denique seniorum plebis voces esse asserit. Nescio unde ad hæc deblatteranda adductus, præsertim tot annorum millibus a Mose nato, legeque ab eodem lata exactis (utinam natus nunquam fuisset !) nisi forte nugæ hujusmodi ab Ennæa illa et Thelesi, quas deo suo Bytho nupsisse fingit, didicisse videtur, prorsus oblitus ea ipsa Deum Mosis ore locutum esse, quæcunque a Mose tradita, librisque exarata sunt. Quemadmodum ex illa exsecratione facile colligas, quæ contemptorum legis cervicibus imminet. Ait enim : *Maledictus, qui non permanet in sermonibus legis hujus* ³³ : quibus verbis omnem legem intelligit.

Universam porro legem divinitus datam esse, cum ex aliis non paucis Scripturæ sacræ locis, tum ex hisce verbis videre est, quæ Davidi divinitus dicta sunt : *Si custodierint filii tui testamentum meum, et testimonia mea hæc quæ docebo illos : Et filii eorum usque in sæculum sedebunt super sedem tuam* ³⁴. Item : *Si dereliquerint filii ejus legem meam, et in judiciis meis non ambulaverint ; si justificationes meas profanaverint, et mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum. et in verberibus injustitias eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab illis, neque injure agam in veritate mea; neque profanabo testamentum meum, et quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita* ³⁵. Nam per Testamentum, justificationes et testimonia, universam legem intelligit, quam quidem sibi Deus, ut propriam traditionem vindicat.

Appendix Theodori Sculariotæ.

Melius fuerat his niti rationibus : *Si Mosen et prophetas non audiunt, neque si quis a mortuis resurrexit, credent* ³⁶. Item : *Habent Mosem et pro-*

³³ Deut. xxvii, 29. ³⁴ Psal. cxxxii, 12. ³⁵ Psal. lxxxviii, 31 seqq. ³⁶ Luc. xvi, 31. ³⁷ Ibid 29 Matth. v, 18.

(43) Iren. lib. iii, c. 18 ; Euseb. iv, cap. 10.

phetas ³⁷, etc. Item : *Si quis solverit unum de mandatis* ³⁸, etc. Item in lege : *Maledictus, qui non permanet in sermonibus legis hujus, nec eos opere perficit*, cætera his consimilia.

Ea autem quæ Davidi dicta sunt, ad Novum Testamentum referri possunt : *Docebo enim*, inquit Davides, alter a Mose, et post Davidem evangelica legislatio.

CAP. VI.

Sexta hæresis, Marci, a cujus hæresi resipiscentes, baptizantur.

Magicis hic artibus instructus, præstigiisque suis mirifica nescio quæ faciens, multos ex simplicioribus circumvenit (43), imprimis vero matronarum illarum, quæ multitiis et purpuris stolis ornatae incederent, animas et corpora corripit. Ille enim, ut Irenæus auctor est, vifrea quædam albi coloris pocula præparabat ; deinde carmine nescio quo usus, confestim eorum aliud in purpureum, aliud denique in cæruleum convertebat. Idem cum Valentino multa sæcula confingebat quæ quidem quatuor et viginti Græcorum litteris similia dicebat. Aliaque muta, alia semivocalia, alia denique vocalia nuncupabat. Quin et prolixam quamdam tabulam instituens, eam, ut idem Irenæus ait, Sigen seu Silentium vocabat, nomine sane quod fabulæ atque ejus argumento neutiquam conveniret ; insuper et alia, quæ superfluum scribere duxi. Addebat a tetrade seu quaternione, sæcula processisse. In quaternione porro Hominem, Ecclesiam, Verbum, et Vitæ contineri. Virtutes præterea, quæ ab iis emanaverant, ab eo Jesu generatas esse, qui visus esset in terra. Et Verbi quidem vices angelum Gabrielem : Vitæ, Spiritum sanctum : Hominis, virtutem Filii : Ecclesiæ denique Virginem adimplese. Atque ita per Mariam genitum esse eum, qui divina dispositione homo factus est. Quoties autem eos baptizant, quos circumvenerunt, his uti verbis solent : In nomine ignoti Patris omnium, et Veritatis Matris omnium, et ejus qui descendit Jesu, ad conjunctionem, et redemptionem, et communicationem virtutum. Quoque majorem ei qui baptizatur stuporem injiciant, hæc Hebraica nomina superaddunt (44) : Chamosi bæannora : mystadia, rhuda, custaba : phogor : calathi. Quorum interpretatio hæc est : O qui es super omnem virtutem Patris, te invocamus, qui Lumen, et Spiritus bonus, et Vita nominaris : quoniam in corpore regnasti.

Qui autem sacratu hunc in modum ad ista respondet : Confirmatus sum, redemptus sum, in nomine Iao, qui animam meam ab hoc sæculo liberavit. Deinde ipsum opobalsamo inungunt, et perfectum evasisse pronuntiant.

(44) Hinc Irenæi locum restituerunt.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Mirificus Marcus prestigiis et incantationibus præsentium vel perspicaces oculos fascinabat, efficiebatque ut ea quæ conspicerentur, contra se habere viderentur, quam eorum natura ferret. Nec enim pellucida vasorum vitreorum corpora in varios mutare colores potuisset: ut quæ adeuntibus alba protenderet, eadem mox in purpurea, vel cærulea mutaret, hocque pacto simpliciorum plerisque circumveniret: in primis autem mulierculas, quæ circa colum occupatæ fabulis et nugamentis gaudent. Nec minus in eo nugatur, quod sæcula tradit esse, quæ numero litteris quatuor et viginti respondeant. Quamvis enim sæcula sæculorum audiamus, vera tamen opinio, quæ res divinas immobiles esse docet, unicum illis sæculum attribuit.

Iis autem rebus, quæ motui et corruptioni sunt obnoxia, tempus assignat, quod transitorio solis et lunæ cursu semper motum, mensuram, et fluxum recipiat. Quarum enim rerum natura perpetua non est, eæ temporis vicissitudinibus consistunt. Quarum autem essentia immobilis est, et statu numeris omnibus absoluto prædita, iis accommodum sæculum citra dimensionem procedit, neque ullis noctium et dierum intervallis, neque veris, æstatis, autumnis, et hiemis vicissitudinibus instar temporis ita discernitur, ut anni partibus ordine productis curriculum solstitio absolvat, denuoque incipiat, sed semper Ens, essentiaque præteriti et futuri experte præditum. Nam temporis pars una præterit, alia futura est, præsens alia dicitur. Sæculum autem, ipsum partitione caret, nulloque tempore ac loco circumscribitur, sempiternitateque adeo cum iis, quæ sempiterna sunt, gaudet. Vesanæ porro mentis figmentum, Marcique de sæculis commentum semivocale, vocale, et mutum est. Nam quatuor et viginti litteris alias vocales appellat grammaticus, cujusmodi sunt α, ε, η, ι, ο, υ, et ω: quia nimirum per se ipsas, vique sua vocem perficiunt, etiamsi aliis non jungantur litteris: alias semivocales: alias item mutuas vocat, ut β, γ, δ, et quæ consequuntur, ut quæ nihil eorum expriment, quæ ad colloquium faciunt, absque aliorum elementorum conjunctione, nimirum α, ε, et cæterorum hujusmodi. At sæculorum (sit tamen a quoquam sæcula plura admittantur) qua, quæso, ratione, quaque naturali differentia vocem aliis, aliis semivocem, merum denique vocis defectum aliis Marcus tribuit? Absurda prorsus hæc est distinctio, ut et illa quaternitas, quæ sæcula peperit, absurdior, cui quidem hominis, Ecclesiæ, Verbi, et Vitæ nomen imponere Marcus assolet. Quemadmodum meræ quoque nugæ sunt Potestates illæ, quas idem Jesu, qui visus est in terra, generandi auctores tradit, quæ nimirum a quaternitate, non secus atque a cratere quodam, profluant. Si-

A quidem quaternitatem Pythagoreum dogma fuisse scimus. Potestates vero, si angelicas concedamus, a Jesu productas, at non generationis ejus causas existisse dicemus. Hoc porro illæ quoque comper tum habentes vociferabantur: *Quid nobis et tibi, Jesu Fili Dei? venisti huc ante tempus torquere nos*³⁹. Illæ enim, dum superbæ peccato efferuntur, ad id quod deterius est sese converterunt, pristinæque illa dignitate exidentes, supplicio mancipatæ subjectæ sunt, quod βίβρανον hoc est tormentum, appellatur. Nam quæ fuit ejus, quæso, superbia, qui inter illas primatum habet? *Super astra Dei exaltabo sedem meam, et ero similis Altissimo, et comprehendam orbem terræ quasi nidum, et tanquam ova derelicta tollam*⁴⁰. Hæc quidem ille, B Christus autem quid? *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, et scorpiões et super omnem virtutem inimici*⁴¹. Contra porro Christianæ doctrinæ sunt, proptereaque cum aliis Marci dogmatis rejicienda, quæcunque etiam sacerdotes ejus incantantes iis insusurrant, quos baptismatis lavacro proluunt. Christus enim in nomine Patris, et Filii et Spiritus sancti, baptismum conferendum esse apostolos docuit: hi autem patris ignotii nomen invocant. Certe quis ille sit nescio, ut tamen ex sequentibus ariolari datur, is est a nobis qui Christi nomen profiteremur, alienus.

CAP. VII.

Septima hæresis, Ascodrugarum, vel Ascodrugarum.

C Hi neque divina mysteria, sive sacramenta, quæ sunt eorum quæ non videntur symbola, rebus sub aspectum cadentibus: neque incorporea sensibilibus et corporeis referenda aut commemoranda esse contendebant. Perfectam autem redemptionem in eo consistere dicebant, si quis veram ejus quod est notitiam habeat. Nam quæ videntur universa, ignorationi et passioni obnoxia, per generationem dissolvuntur. Igitur expiatio spiritualis esse debet. Proinde neque baptizant ad se accedentes, neque ullus omnino apud illos baptismatis mysterio locus est. Redemptionem enim eorum quæ sunt cognitionem vocant.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Ascodrugi quoque vana et falsa locuti, misericordiæ illius, quæ hominum assidua comes est, mœnibus sese prorsus excluderunt. Rerum enim divinarum et quæ sub aspectum non cadunt pleræque Dei jussu, corporeum et oculis omnium expositum statum sortitæ sunt. Ille enim, Vide, ad, ut facias omnia secundum formam tibi præmonstratam in monte. Ubi de tabernaculo verba facit, et cæteris, quæ in eo a Beselele disposita sunt.

Continebat autem tabernaculum septa decem, quorum unumquodque in longitudinem ad viginti octo cubitos, in latitudinem vero ad quatuor pro-

³⁹ Matth. viii, 29. ⁴⁰ Isa. xiv, 13. ⁴¹ Luc. x, 19.

asperisionum illarum vice divinum baptismum sufficit, quod non solum vetera peccata gratis remittit, sed etiam promissorum honorum spem proponit: nos Dominicæ mortis et resurrectionis consortes efficit, donorum sancti Spiritus participes facit: filios Dei nos esse demonstrat, nec solum filios, sed etiam hæredes Dei, et cohæredes Christi. Est enim futurorum honorum arrhabo, futuræque resurrectionis typus et figura, communicatio Dominicarum passionum, participatio resurrectionis Christi, vestimentum salutis, tunica lætitiæ, et stola splendida, imo splendor ipse.

Quotquot enim in Christum baptizati sumus, in mortem ejus baptizati sumus, ut quemadmodum Christus per gloriam Patris excitatus est a mortuis, ita et nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim insiti sumus in similitudinem motus ejus, certe et in resurrectionis erimus ⁴².

Hæc sunt quæ nos Apostolus de divino baptismo sentire voluit, hæretici autem, tum Ascodrupitæ hi, de quibus agimus, tum quicumque illorum vestigia secuti divinum baptismum detrectant, abeant in malam rem, quia potissimum quæ sub aspectu cadunt omnia, ignorantia et affectibus obnoxia esse dicunt. Nam quis ignorantia affectibusque locus apud Deum, qui nihil aliud est, quam natura simplex, nullisque affectibus obnoxia, et quæ scientiam homini patefacit?

CAP. VIII.

Octava hæresis Colobarsis

Ogdoadæ quædam, seu octonarium numerum Colobarsus hic fabulabatur: eamque Propatore, Ennæa, seu Cogitatione, Patre, Veritate, Homine, Ecclesia, Verbo et vita, constare dicebat.

Quod igitur a Propatore ante omnia, tanquam conducibile factu, excogitatum fuerat, id Patrem vocari Colobarsus assererat. Aliud porro Veritatis, aliud Hominis appellatione designabat. Alios cum in medium proponeret, Ecclesiam esse præcogitabat, atque ex Ecclesia Verbum processisse, qui quidem est Filius Dei primogenitus, quem pone Vita sequeretur. Atque hoc modo suam complebat Ogdoada. Cæterum Colobarsis auditores et discipuli, hominis quoque nomen Universorum Propatori et Proanænnoeto, hoc est ei, qui ante omnia mente concipiendus est, attribuere ausi sunt. Qua de causa Filium hominis seipsum in Evangeliiis Christum dixisse contendebant.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Colobarsus quasdam Ptolemæi, Marci, et Valentini sententias impurissimas resingens, atque illorum Tetrada seu Quaternitatem ad Ogdoada seu octonarium numerum producens, perditionis scalas sibiiosi suæque factionis hominibus compegit, cum ea quæ effutivit nullo prorsus ordine stent, imo sibi inter se repugnent: ut ii deprehendere pos-

⁴² Rom. vi, 3 seqq.

A sunt, qui in traditionum ejus lectione versantur. Ubi enim paulum progressus est, Filium hominis vocat Universorum Propatorem, quem nemo cogitatione percipere queat, eaque de causa Christum seipsum hominis Filium in Evangeliiis vocare asserit, nec interim conjectare potest, Deum Verbum Creatorem hominum, at non hominem fuisse, qui tandem humanitate divinitati commista, unus idemque Filius Altissimi, et Filius hominis dicitur, unius hypostaseos ratione, quæ duobus ex naturis ita perfecta est, ut composita sit, quoniam post conjunctionem una in hypostasi composita, uno inquam, Christo, naturæ salvæ supersunt, nihilo secius atque naturales earumdem proprietates, ita ut qui Christum enuntiat, duarum naturarum conjunctionem perspicue significet. Atque Deum carne passum, et carnem Verbi propria in natura passam, denique Dominum gloriæ crucifixum esse propter summam naturarum conjunctionem dicimus. Et hæc illa est Theandrica energia, hoc est, Dei et hominis operatio. Posteaquam enim Deus homo factus est, et humana ejus operatio divina erat, seu deificata, nec divinæ operationis ejus expertus: atque divina vicissim operatio ab humana operatione non abhorrens, sed utraque cum altera citra confusionem elucescebat.

CAP. IX.

Nona hæresis, Ophitarum. Hi baptizantur.

Ophitæ vocantur a serpente, quem colunt. Aiunt autem ab Æone, seu sæculo superiore, alia sæcula processisse, quorum infirmum sit Jaldabaoth, ex superiore matre Pronice. Hunc porro ad infima loca descendisse, ibique septem filios genuisse, qui septem sibi celos construxerint. Jaldabaoth deinde, quem Hebræorum quoque Deum dicunt, seipsum supra conclusisse, ne septem filii ea cognoscerent, quæ supra se sunt. Qui mox hominem ad patris Jaldabaoth idem confinxerunt, erat autem homo reptile quemadmodum vermis. Cæterum cum Pronice mater Jaldabaoth filium odio prosequeretur, quod præ fastu seipsum superius conclusisset, hominem scintilla divinæ virtutis, hoc est anima, donavit. Erectus itaque in pedes homo cogitatione celos penetravit, laudibusque cælestem Jaldabaothi patrem celebrare cœpit. Quia quidem re Jaldabaoth offensus, infra despexit ad materiæ sedimentum, filiumque serpentina Idea genuit, a quo decepta Eva est. Proinde serpentem Deum esse, hominibusque ipsis scientiæ principium fuisse docent, cujus rei gratia prudentissimus omnium serpens dictus sit, propter multiplices illas volubilesque intestinorum nostrorum spiras, quibus corpora nostra confarcinata sunt. Insuper et serpentem nutriunt, et mysteriorum suorum tempore, panibus mensæ appositis, cistaque aperta, illum ad pastum invitant. Ille circum

Ut autem Vetus Testamentum cum Novo con- sentire, et eadem cum illo effari, atque adeo utriusque rivulos ex eodem fonte scaturire perspicuum stat, audiamus Joannem tonitrus filium, qui omnia Verbo facta, nec eorum quæ sub sensum cadunt, et quæ intellectu percipiuntur, quidquam sine eo productum asserit. Nam, *Sine ipso*, inquit, *factum est nihil quod factum est* ⁵².

Audiamus et Paulum exclamantem: *In eo facta esse omnia, seu visibilia sint. seu invisibilia* ⁵³. Idem alibi. *Per eum Pater fecit sæcula*. Idem cum in Areopago concionem haberet, hunc in modum locutus est: *Deus, qui fecit mundum, et omnia quæ in eo sunt, ipse dedit omnibus vitam et inspirationem, et omnia: fecitque ex uno sanguine genus omne hominum inhabitare super universam faciem terræ* ⁵⁴. Item, *Fide intelligimus aptata esse sæcula Verbo Dei* ⁵⁵.

Atque hæc quidem de cælis et sæculis. Quod si quis tertium Pauli cælum in medium afferat, is vero sciat unicum proprie a sacra Scriptura cælum agnoscere, reliquos autem duos improprie cæli nomine designari. Unum quidem quod secundo die factum, proprie firmamentum dictum est: abusive autem cælum: *Vocavit enim*, inquit *firmamentum cælum* ⁵⁶. Siquidem hoc diversum est ab eo, quod primo die creatum est, idque nominis sortitum, sive quia est aquis compactum, et idcirco firmamentum dictum, sive ad corporum distinctionem, quæ superius et inferius contigua sunt, quæ quidem cum tenuia et pellucida sint, hoc quia crassum est corporeum, στερέωμα seu firmamentum dictum est: στερεόν enim a geometris corpus dici solet, quoniam tres in partes diducitur, nec tactui cedit, aut obsequitur. Quemadmodum autem firmamentum hoc quod primi cæli vicem adimplet, cæli nomen adeptum est, ita etiam proximum illi elementum, aer, quia contiguus nobis est, eumque primo suspicientes intuemur, majore cum abusu cælum dicitur. *Erit enim*, inquit Scriptura, *cælum quod supra vos est, aereum* ⁵⁷. Et David, *Volucres cæli* ⁵⁸. Maximus igitur Paulus aerem et firmamentum prætervectus in ipso primo et tertio cælo, ratione ordinis interiorum ad superiora, requievit.

Eo item, quod homini a serpente cognitionem datam esse dicunt, extremam impietatem redolent. Mosaica enim historia Adamum animantibus nomina imponentem, hocque modo de Eva disserentem introducit: *Hoc igitur os ex ossibus meis, et caro ex carne mea* ⁵⁹. Qui cum Domini præceptum nihili fecisset, quo cavebatur ut arbores omnes, quibus Edem immensum luxuriabat, contractaret, indeque victum sibi pararet, ab unica vero scientiæ arbore abstinere, causamque adeo hujus rei compertam habuisset, imo præsens a præsentem Domino auribus excepisset, non injuria Dei jussu exsulavit, et deliciarum horto exturbatus

A est: prudentiorque post consilium, ut ita dicam, evasit. Atque reipsa didicit, obsequium rebellionis quid præstat. Quare serpens scientiæ dator non erat, sed arbor scientiæ boni et mali nuncupabatur. Si quid autem contrariorum cognitione præditum sit, non statim dignum est, quod contrariis accenseatur. Eadem enim ratione legem contemnendam judicabimus, quæ contraria discernat, et alternis utraque expendat. Imo vero Adamum oportuit observato præcepto ad Deum quibusdam quasi gradibus ascendere, et veluti quadam e specula arboris scientiæ vim contemplari, tumque demum ejus perceptione se efferre, cum per Deum licuisset, perceptioque ipsa damno caruisset, nec ad deteriore partem inclinasset. Contra autem, cum præcepta in omnium oculis transgressus esset, nec auspiciato fructum arboris scientiæ boni et mali gustasset, totus ad contraria proclivis se convertit: nec solum a vitæ arbore exclusus est, sed jure etiam a conversatione illa et statu excidit, quibus antea dignus habitus fuerat. Dicit vero etiam quispiam Adamum sese speculationibus altioribus quam par esset, addixisse, quæque ingenii sui capacitatem excederent: quia nimirum boni malique scientia præditæ essent. Quod in causa fuerit, ut a Deo ejiceretur. Ejusmodi enim eorum qui sunt contemplationes multis præcipitiis scatent, multosque a vera de Deo sententia quasi obtorto collo, transversos agunt, quemadmodum, verbi gratia, Ophitas, de quibus nunc agimus philosophorumque veterum plurimos. Democritus enim aquam Deum esse dixit. Anaximenes aerem principium primum et summum esse asseruit. Anaxagoras idearum particularium æqualitibus attribuit, quas ὁμοιομερείας Græci vocant. Alius cælo universitatis hujus administrationem ascripsit. Alii denique cum alio modo ad variam rerum quas Deus creavit cognitionem, tanquam ad arboris scientiæ boni et mali, animum appellerent, exitiali se morti manciparunt, tantum abfuit, ut arboris vitæ participes essent. Porro Deum Adamus absque intermedio non videt, aut stantem coram obtuetur, sed solum in paradiso prodeambulantem audit, ut his quoque verba faciamus, quamvis ab instituto argumento aliena sint. Quoniam stat quidem Deus iis qui stant, caventque ne ab honesti actione decidant. Ab inconstantibus autem, et obliquam ab iis quæ meliora sunt viam sectantibus, dimovetur quoque Deus, et alio se confert, eaque de causa Deus vespere, ut arbitrator, non autem mane, ut prius, Adamo videndum se præbet quia nimirum capax amplius non erat, cui splendoris divini Oriens illucesceret, quippe cui post transgressionem oblusa sensuum organa hebescerent. Antea enim non ex intervallo cum Deo colloquebatur, neque ita, ut nunc quidem adesset, nunc vero abesset: imo mane et meridia, hoc est,

⁵² Joan. 1, 3. ⁵³ Coloss. 1, 16. ⁵⁴ Act. xvii, 24. seqq. ⁵⁵ Hebr. xi, 3. ⁵⁶ Gen. 1, 8. ⁵⁷ Deut. xxviii, 28. ⁵⁸ Psal. viii, 6. ⁵⁹ Gen. ii, 23.

repoposcerunt, qui aliena cupidas manus injicere audent, ut ex Ixione confloio, quamvis ille Junonis loco nebulam amplexatus esset: et ex Marte, quam Vulcanus iis vinculis constrinxerat, quæ neque frangi, neque solvi possent: atque communi multorum ludibrio elevatum exposuerat, quamvis vel jugerum magnitudine superaret.

Sed quia beneficium tempus civitatem ipsam, quamvis bene muratam deseruit, hujusmodique leges solis mandari litteris permisit, nos quoque finem dicendi faciemus, ne forte iis vires restituamus, et secundæ quodam modo vitæ auctores simus, quæ tempus irrita et emortua esse voluit.

CAP. XI.

Undecima hæresis Cainorum.

Caini ad inculpatam fidem nostram accedentes baptizantur, impie vero universitatem hanc a duabus potestatibus contineri dicunt: quarum altera infirmior, altera potentior existat. Et ex iis Adamum Evamque prognatos. Cæterum potestates eandem postea Evæ adhæsisse. Atque Cainum quidem, Esauum, et Coritas ex potentioris potestatis semine, Abelem autem ex debilioris processisse. Magnifice quoque se efferunt, quod a proavis Caino, Sodomitis, Esau, imo vero etiam a proditore Juda descenderint. Proinde opusculum quoddam proferunt, quod auctori Judæ ascribunt. Angelorum porro et potestatum nominibus confictis, ephoros eos, hoc est præsidēs seu præfectos appetitionum rationis expertium esse dicunt. Ex quo fit, ut cum in execranda et infanda peccata impingant, ad eorum quodlibet exclament, O tu, angele, abutor opere tuo, munere tuo defungor. Quin et ex Pauli apostoli nomine opusculum aliud nulla non obscœnitate scatens configentes, Ἀναβάτικόν, hoc est, De ascensione Pauli vocant. Hinc arrepta occasione, quod Apostolum ad tertium usque cælum ascendisse dicant, atque ibi verba non referenda audivisse, quæ non fas est homini loqui: quibus non referendis verbis impia illa sua flagitia intelligunt.

Hæreseos præcedentis consutatio.

Dicat vero quispiam adversus hanc hæresim contendens: Inaudita audivi, eaque adeo percurrere mihi contigit, quæ oblivione profecto, tenebrisque digna sunt. Cum enim Caiani duo principia prædicant, quibus rerum universitas constet: quorum alterum debilius, alterum fortius sit, ex duabus illis potestatibus primos parentes processisse aiunt. Deinde vero ambo Evæ adhæsisse, atque ex debiliore potestate Abelem prognatum, cæterosque omnes, qui illum secuti cultum Dei amplexati sunt: ex altera vero, quæ potentior ab illis dicitur, Cainum, Coræum, et Abironem processisse, atque adeo Sodomitas: et quicumque illos secuti, luxuque diffuentes, molliter et delicate

A vixerunt. Hæc et hujusmodi professi, quæ pudorem hominibus facile incutiant, sibi tamen in eis placent, animumque ad omne genus flagitii appellunt. Revera illorum gloria in illorum dedecore consistit: qui non solum corporeos concubitus ordinibus materia carentibus attribuunt, atque duo principia inter se contraria tradunt, quæ quidem se mutuo prorsus interimunt, ut quæ se mutuo pati nequeant, sibi que ex diametro repugnent: sed etiam nequioribus hominibus addicti, ne futura quidem illis supplicia miseri secum quoquomodo reputant, vel tantillum quidem subverentur. Si quidem Cainus meritas cædis fraternæ pœnas luit, dum gemit et trepidat, atque per totum miseræ vitæ curriculum comitali morbo laborat. Coræus vero et Abiron terræ abcessu, atque ad inferos cum universa familia descensu, condemnati sunt.

B Porro Sodomitæ igne cœlitus in Pentapolin demisso perierunt, quod quidem ii qui mascula libidine pruriunt, etiamnum fructuum cinereorum perceptione, terræque siccitate, et inhabitabili sole erudiuntur.

Judas denique ultro seipsum, nulla prorsus percepta mercede strangulans, vitam laqueo abruptit. Quam vero apposite dæmonas quoque suæ ipsorum libidinis et intemperantiæ præfectos confingunt? At vero *quæ societas luci ad tenebras* ⁶³? quid Judæ et Paulo commune? ut illius quidem Evangelium proferatur, qui ne auribus quidem Dominum a mortuis surrexisse, gentesque fidem Christianam edoctas esse percepit, qui seipsum eodem tempore suspenderit, quo Dominum prodidit: ita ut perire, quam sceleris pœnitere maluerit: hujus vero libellus commentitius omni obscœnitatis specie refertus configatur, cum tamen dicat: *Sequitur sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum* ⁶³. Item, *Castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar* ⁶⁴. Item in Epistola ad Corinthios, de eo qui cum noverca se polluerat, hunc in modum scribit: *Ego quidem absens corpore, jam præsens autem spiritu judicavi, ut præsens eum, qui sic operatus est in nomine Domini nostri Jesu Christi, tradere hujusmodi Satanæ, in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini Jesu* ⁶⁵. Et paulo post: *Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? sed vos injuriam facitis et fraudatis, et hoc fratribus. An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neneque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt* ⁶⁶.

Verba autem illa non referenda, quæ Paulus auribus hausit, quæ nefas est nomini loqui, vel quæ ad fidem non ædificant, propter ipsorum novitatem, et naturæ humanæ infirmitatem, qua fit,

⁶³ II Cor. vi, 14. ⁶⁴ Hebr. xii, 14. ⁶⁵ I Cor. ix, 27. ⁶⁶ I Cor. v, 3 seqq. ⁶⁷ I Cor. vi, 7 seqq.

cum intellectu et cogitatione, denique spiritualiter A cum Creatore suo conversabatur et colloquebatur. Postea vero quam a seipso divini jubar luminis exclusit, tunc audivit, ut Scriptura refert, vocem Domini prodeambulantis in paradiso sub vesperam, et occuluit se, quia nudus erat. Præter eo quæ jam dicta sunt, Ophitæ hoc quoque contra receptam piorum sententiam astruunt: quod scilicet Dominus Jesus formam serpentis induerit, atque ita Virginis uterum subierit, quod in causa fuit, ut Apostolus exclamarit: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, sed exinanivit semetipsum formam servi accipiens* ⁶⁰. Quæ enim Deo cum animantium omnium maxime detestando serpente, qui Adamum circumvenerat, communicatio est? Sed Dei Verbum, cum in forma, seu substantia Dei esset, nec ejus essentia per rapinam, sed naturam potius, eamque adeo ejusmodi, quæ amitti nullo modo possit, æqualis Deo esset; seipsum exinanivit, formam servi, hoc est humanam naturam accipiens, quemadmodum et in sequentibus ostendit, cum ait, *Ad similitudinem hominum factus* ⁶¹. Quare cum Paulum Ophitæ in medium afferant, ut Dominum forma serpentis assumpta Virginem subisse confirmet, a Paulo ipso ventriloqui perspicue coarguuntur, imo illis os tanquam vaniloquis obstruitur. Cæterum qui fieri potest, ut formam serpentis Dominus acceperit, quem de medio sublaturus venerat, tanquam dæmonis emissarium, qui Adamum, hoc est manuum suarum opus, circumvenerat? Quod enim quis expetendum judicat, id magna quoque diligentia prosequitur, quod vero nocuum, tanquam sibi contrarium, afferre novit id aversatur, nec ulla prorsus affinitate sibi conjungit.

CAP. X.

Decima hæresis, Prodicæ et Adamitarum.

Platonicam Prodicæ disciplinam cum percurrisset, eorum qui Adamitæ dicuntur hæreseos auctor fuit, publicamque libidinosæ prariginis licentiam Carpocratæis dogmatibus addidit. Mulieres enim communes esse sancivit, cujus rei gratia non tantum publicis in conviviis, lucernis confestim extinctis, in quacumque quavis incidisset, eam comprimebat, sed hujusmodi quoque D turpitudinem mystici sacrificii loco habebat. Atque hujus rei testem Clementem, qui Stromata conscripsit (4.), auctorem citabo, sacrum virum, qui que rerum multarum peritæ cæteros omnes exsuperet, cujus in Stromaton tertio hæc leguntur: Sunt porro qui publicam, et omnibus expositam Venerem mysticæ communionis nomine dignentur, rei sacræ vel nomine solo haud dubie injuriæ. Deinde contra subidam illam, porcinamve spurci-

⁶⁰ Philip. II, 6. ⁶¹ Ibid. 7.

(45) Clemens in Stromatis lib. III.

tiem nonnulla præfatus, hæc subiicit: Miserrimi enim carnalem et venereum concubitum rebus sacris accensent, et ab eo sibi in Dei regiam aditum patefactum iri putant. Certe ad ganea consecranda fenestram aperit hujusmodi communio, eorumque societatis albo suos et hirci libenter ascribantur. Sit vero hisdem præcipua et maxima spes in iis meretricibus reposita, quæ in fornice prostant, et citra delectum quosvis accedere volentes impudenter admittunt. Aliis porro in eandem sententiam additis, infert: Hæc et hujusmodi sunt Pronicensium dogmata, qui se Gnosticos falso nomine dixerunt.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Si Plato Platónico more locutus est, nec præ- B tento legumlationis cortice, philosophicum sensum occuluit, haud dubie Plato indigna se tum molitus est, cum nuptias communes esse suis sancivit legibus. Nam Prodicum sino, et qui Platonia auditores dissentaneis sibi quæ dissimilibus magistri sui opinionibus, tanquam muscæ ulceribus, inflati sunt. Qui enim communitatis mulierum auctor est, is nihil aliud, quam nationum omnium, totiusque generis humani confusionem introducit. Qui enim fieri potest, ut ex hujusmodi complexibus pater ullus cognoscatur, et cæteri consanguinei demonstrantur? At certe Deus nihil confuse creavit, sed ubi primum materiam quatuor in elementa digessisset, ex illis hunc quem videmus, mundum fabricavit. Hic vero dum communem nobis Venerem lege permittit, nec cum delectu mulieri ad- C hendendum tradit, et patres nobis nostros invidet, et genus ambiguum promiscuumque statuit: ita ut vix cuiquam innotescere queat, an hic parte Græco natus fuerit, an vero ille ex barbaris Amaxobiis et Hippomulgis ortum habuerit. Per te vero mihi, quæso, patris nomine frui liceat, quemadmodum tu in hodiernum usque diem filius Aristonis diceris, nec ab re denominaris. Nec ea certe animantia, quibus insita ratio est, quibusvis mulieribus semen committere solent, sed his quoque vis quædam inest, qua amorem respuant et devitent. Non ita Draco, non ita Solon cives sui suas sanciverunt leges, sed lectos distinxerunt, pœnas raptoribus virginum irrogarunt, supplicio illos extremo multarunt, quicumque vim thalamis inferrent alienis, omnia denique bene et recte disposuerunt. Tu autem, qui vere sapientissimus, et ubique celeberrimus habitus es, quid tibi, quæso, voluisti cum talia promulgare ausus es? aut unde, ex quove tripode, ex quorum denique philosophorum, ut ita dicam, corollariis aut syllogisticis rationibus ad hæc tabulis inscribenda adductus es, quæ nedum quidem tui probaverunt? Qui metatores sibi ipsi præfecerunt nobilesque adeo pœnas ab iis

repoposcerunt, qui aliena cupidas manus injicere audent, ut ex Ixione conjitolo, quamvis ille Junonis loco nebulam amplexatus esset: et ex Marte, quam Vulcanus iis vinculis constrinxerat, quæ neque frangi, neque solvi possent: atque communi multorum ludibrio elevatum exposuerat, quamvis vel jugerum magnitudine superaret.

Sed quia beneficium tempus civitatem ipsam, quamvis bene muratam deseruit, hujusmodique leges solis mandari litteris permisit, nos quoque finem dicendi faciemus, ne forte iis vires restituamus, et secundæ quodam modo vitæ auctores simus, quæ tempus irrita et emortua esse voluit.

CAP. XI.

Undecima hæresis Cainorum.

Caini ad inculpatam fidem nostram accedentes baptizantur, impie vero universitatem hanc a duabus potestatibus contineri dicunt: quarum altera infirmior, altera potentior existat. Et ex iis Adamum Evamque prognatos. Cæterum potestates eandem postea Evæ adhæsisse. Atque Cainum quidem, Esauum, et Coritas ex potentioris potestatis semine, Abelem autem ex debilioris processisse. Magnifico quoque se efferunt, quod a proavis Caino, Sodomitis, Esau, imo vero etiam a proditore Juda descenderint. Proinde opusculum quoddam proferunt, quod auctori Judæ ascribunt. Angelorum porro et potestatum nominibus confictis, ephoros eos, hoc est præsidēs seu præfectos appellationum rationis expertium esse dicunt. Ex quo fit, ut cum in execranda et infanda peccata impingant, ad eorum quodlibet exclament, O tu, angele, abutor opere tuo, munere tuo defungor. Quin et ex Pauli apostoli nomine opusculum aliud nulla non obscœnitate scatens configentes, Ἀναβατικόν, hoc est, De ascensione Pauli vocant. Hinc arrepta occasione, quod Apostolum ad tertium usque cælum ascendisse dicant, atque ibi verba non referenda audivisse, quæ non fas est homini loqui: quibus non referendis verbis impia illa sua flagitia intelligunt.

Hæreseos præcedentis consutatio.

Dicat vero quispiam adversus hanc hæresim contendens: Inaudita audivi, eaque adeo percurrere mihi contigit, quæ oblivione profecto, tenebrisque digna sunt. Cum enim Caini duo principia prædicant, quibus rerum universitas constet: quorum alterum debilius, alterum fortius sit, ex duabus illis potestatibus primos parentes processisse aiunt. Deinde vero ambo Evæ adhæsisse, atque ex debiliore potestate Abelem prognatum, cæterosque omnes, qui illum secuti cultum Dei amplexati sunt: ex altera vero, quæ potentior ab illis dicitur, Cainum, Coræum, et Abironem processisse, atque adeo Sodomitas: et quicumque illos secuti, luxuque diffuentes, molliter et delicate

A vixerunt. Hæc et hujusmodi professi, quæ pudorem hominibus facile incutiant, sibi tamen in eis placent, animumque ad omne genus flagitii appellunt. Revera illorum gloria in illorum dedecore consistit: qui non solum corporeos concubitus ordinibus materia carentibus attribuunt, atque duo principia inter se contraria tradunt, quæ quidem se mutuo prorsus interimunt, ut quæ se mutuo pati nequeant, sibi que ex diametro repugnent: sed etiam nequioribus hominibus addicti, ne futura quidem illis supplicia miseri secum quoquomodo reputant, vel tantillum quidem subverentur. Si quidem Cainus meritas cædis fraternæ pœnas luit, dum gemit et trepidat, atque per totum miseræ vitæ curriculum comitali morbo laborat. Coræus vero et Abiron terræ abcessu, atque ad inferos cum universa familia descensu, condemnati sunt.

Porro Sodomitis igne cœlitus in Pentapoli demisso perierunt, quod quidem ii qui mascula libidine pruriunt, etiamnum fructuum cinereorum perceptione, terræque siccitate, et inhabitabili sole erudiuntur.

Judas denique ultro seipsum, nulla prorsus percepta mercede strangulans, vitam laqueo abruptit. Quam vero apposite dæmonas quoque suæ ipsorum libidinis et intemperantiæ præfectos confingunt? At vero quæ societas luci ad tenebras⁶²? quid Judæ et Paulo commune? ut illius quidem Evangelium proferatur, qui ne auribus quidem Dominum a mortuis surrexisse, gentesque fidem Christianam edoctas esse percepit, qui seipsum eodem tempore suspenderit, quo Dominum prodidit: ita ut perire, quam sceleris pœnitere maluerit: hujus vero libellus commentitius omni obscœnitatis specie refertus configatur, cum tamen dicat: *Sequitur sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum*⁶³. Item, *Castigo corpus meum, et in servitute redigo, ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar*⁶⁴. Item in Epistola ad Corinthios, de eo qui cum noverca se polluerat, hunc in modum scribit: *Ego quidem absens corpore, jam præsens autem spiritu judicavi, ut præsens eum, qui sic operatus est in nomine Domini nostri Jesu Christi, tradere hujusmodi Satanæ, in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini Jesu*⁶⁵. Et paulo post: *Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? sed vos injuriam facitis et fraudatis, et hoc fratribus. An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque male dicit, neque rapaces, regnum Dei possidebunt*⁶⁶.

Verba autem illa non referenda, quæ Paulus auribus hausit, quæ nefas est nomini loqui, vel quæ ad fidem non ædificant, propter ipsorum novitatem, et naturæ humanæ infirmitatem, qua fit,

⁶² II Cor. vi, 14. ⁶³ Hebr. xii, 14. ⁶⁴ I Cor. ix, 27. ⁶⁵ I Cor. v, 3 seqq. ⁶⁶ I Cor. vi, 7 seqq.

tioribus, aqua, inquam, et igne, prædixit : atque adeo columnis duabus inscripsit, quæcunque in cœli tabulis antea legerat. Columnarum altera ex latere coctili præparata, altera lapide exsculpta erat, ut si quando igne absumerentur homines, lateritia inconsumpta superesset, si vero aqua perituri essent, lapidea conservaretur. Cæterum filia hominum illæ sunt, quæ a Caini genere provenerunt. Hæc enim vox, homo, sine adjuncto proferatur, nec synædochice subauditur, malam in partem, ut plurimum sacris in Scripturis, et intelligit accipi solet : quo in significato etiam apud Davidem dicitur : *Filii hominum, usquequo gravi corde* ⁷⁴? Item : *Filii hominum, dentes eorum arma et sagittæ* ⁷⁵. Item : *Non timebo quid faciat mihi homo* ⁷⁶.

Filii autem Dei, qui a Setho pio viro genus ducebant apud tempestatis illius homines oblectabantur, quemadmodum Moses his verbis obscure subindicavit : *Et viderunt filii dei filias hominum, quod pulchræ essent, et acceperunt eas in conjuges* ⁷⁷. Davides autem apertius id prolatavit, dum chorditoni psalterii chordis personans hunc in modum psalleret : *Ego dixi, Dii estis, et filii Altissimi omnes. Vos autem ut homines moriemini, et ut ἀρχόντων seu principatum uuus cadetis* ⁷⁸.

CAP. XIII.

Tertia decima hæresis, Archonticorum seu Principatumum. Hi baptizantur.

Nomen his a dogmatibus impositum est. Cum enim cœlorum hebdomadem atque ogdoadem, hoc est septenarium et octonarium numerum esse dicant, horum unicuique proprium ἀρχοντα seu principem præstiluunt. In octavo autem matrem φωτεινῶν, hoc est lucidam, esse aiunt. Atque diabolum septimæ potestatis filium affirmant, nimirum Sabaoth ; qui sit Hebræorum Deus, cum Evaque congressus fuerit, ut maritus cum uxore solet, atque eo ex congressu Cainum et Abelem suscepit. Qui cum germanam sororem ambo rivales deperirent, invidia crepans Cainus Abelem interfecerit. Improbant vero mortuorum quoque resurrectionem, atque solam animam resurgere, ac in cibum principatibus et potentiis cedere contendunt lidem baptismum execrantur, divinorumque mysteriorum perceptionem explodunt, quippe quæ in Sabaothi nomine celebretur. Ab Adamo præterea cognita tandem Eva Sethum processisse nugantur, quem superna potestate ex continenti correptum apud se enutriverit, post multaque temporum intervalla in terram detulerit, ut principatum et potentiarum mysteria diceret. His porro sunt pseudopropheta quidam Marsiades et Marsianus, quorum posteriorem in cœlum quoque abreptum fuisse, et per tres indidam dies descendisse aiunt. Postremo resurrectionem mortuorum continua filiorum ex patribus generatione jam fieri dicunt.

⁷⁴ Psal. iv. 3. ⁷⁵ Psal. lvi. 5. ⁷⁶ Psal. cxvii. 18. ⁸⁰ Matth. v. 36.

Hæreseos præcedentis consulatio.

Tenebrarum principis revera discipuli sunt archontici seu principatumum fictores, vel principales. Vanis enim rerum vocabulis in animum inductis suum, hebdomados et ogdoadas, seu septenarios et octonarios numeros cœlorum confixerunt. iisque principes præfecerunt, non quale Moses ait *Constitui terminos populorum, juxta numerum angelopum ejus* ⁷⁹, sed unicuique cœli subpræfecturam non secus adjudicarent, atque si nulli principatui subditus esset. Hoc vero quid aliud, quæso, est quam multiplicis dominationis introductio, Dei que contemptus, qui hanc rerum universitatem protulit? Quod etiam propemodum profitentur, dum φωτεινῶν seu lucidam quamdam introducunt, diabolumque septimæ potestatis, filium esse autumant, atque eum esse Sabaoth Deum Hebræorum impudenter proloquuntur, ut qui Deo contrarii sint. Quæque supradictis magis impia et ridicula dicas, Evæ cum dæmone concubitus, et ex eorum congressu Cainum et Abelem conceptos esse confingunt. O qualia malignus ille mendacique ab initio pater effinxit? quæ nimirum spurcitiæ suæ capacia sint, quales linguas illis intra dentium septa conclusit, usque adeo mendacis omne genus exercitas, ut vel ipsum verbis tanquam jaculis impetant, dum eum qui materiæ natura expertus est cum corporibus humanis congressum esse tradunt. Hi certe animum non secus atque dæmonem, ut par est, materia constare rati, ea illum de causa cibi loco apponi suis quales sint, principatibus, et potentiis dementissimi omnium pronuntiant.

Neque vero novi quidquam est, quod divinum lavacrum improbant, Sethumque raptum esse nugantur, atque adeo mortuorum resurrectionem filiorum procreatione fieri censent, in omnibus a Veteri Novoque Testamento dissentientes, imo ipsi Deo obstreperi, necnon sors portioque mali dæmonis omnium gratissima.

CAP. XIV.

Quarta decima hæresis, Cerdonis et Marcionis. Hi ad fidem orthodoxum accedentes baptizantur.

Blasphemiam Simonis his quoque inilium dederunt. Fuit autem Cerdo antiquior, qui duos etiam deos esse asserebat, unum qui in lege et prophetis locutus esset, quem etiam impurus hic et scelestas homo creatorem malem notumque vocabat, alterum vero deum bonum et ignotum omnibus affirmabat : quem Christi quoque patrem dicebat, qui venisse quidem ex Maria existimaretur, ad ea antiquanda, a mundi opifice deo, malo inquam, illo et noto, sancita essent, re autem vera non venisset. Propterea etiam veterem a Christo legem in Evangeliiis antiquari, qui dicat *Dentem pro dente, et oculum pro oculo* ⁸⁰, tanquam dei mali institutionem.

⁷⁷ Gen. vi. 2. ⁷⁸ Psal. lxxxi. 6, 7. ⁷⁹ Deut. xxxi. 8.

*sensus fuerit fratri temere, reus erit iudicio*⁸⁹. Item : *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mactatus est cum illa in corde suo*⁹⁰.

Jam vero in hujusmodi exhortationibus constitutio legis haudquaquam consistit, sed honesti custodia et conservatio perfectior. Vetus enim lex scelerum sine aversatur, eosque punit, a quibus illa commissa fuerint, quæ minus honesta sunt : Christus vero vel prima germina radicibus extirpat eorumque nomine pœnas exposcit. Mulierem enim ad concupiscendum vidisse, aut iracunda comminatione contumeliosiusque in fratrem insurrexisse (quot ne fiat, summa cura cavendum esse Christus admonet), haudquaquam actionum finis et consummatio est, quam Mosaica lex aversatur, sed appetitus quidam et motus, quia ea parturiat, quæ minime conveniunt, atque ad finem etiam deducant.

In utroque igitur hi Cerdonis et Marcionis asectæ ex diametro ab orthodoxa fide dissentiunt : et quia legem Mosaicam malam esse pronuntiant, et quia Christum ideo venisse contendunt, ut illam solveret.

Quod vero phantasia, seu simulatione, non autem revera Christum in terris apparuisse dicunt, nec pure naturam humanam assumpsisse, dignos ultro sese produnt, qui in Chaos et Erebum pœnas daturi protrudantur. Qui enim fieri potest, ut phantasia dicatur, quod ex virgine natus sit, quod sapientia, ætate, et gratia profecerit, quod crucifixo latus lancea perfossum fuerit, quod statim a resurrectione cicatrices clavorum, laterisque diductionem ostenderit, quod discipulus de iis ipsis curiosius addubitans ea procul dubio sic se habere deprehenderit ? Quæ quidem omnia divinæ dispensationis præscripto ideo conservata sunt, ut eum ipsum esse crederemus, qui apparuerat, qui tertio ante die passus erat in carne, non autem spectrum spiritumve, qui oculis cerni posset.

Quod autem Deus unus est Pater, unusque Dominus Servator noster Christus : quod denique Verbum caro factum sit, id filius ille tonitrus his verbis attestatur : *Et Verbum caro factum est*⁹¹. At testatur et gentium doctor Paulus, qui plerisque divinarum Epistolarum in locis ea latius explicat quæ de Christo scripta sunt. Inquit enim, *Gratias agimus Patri qui nos idoneos reddidit in partem hæreditatis sanctorum in lumine, qui liberavit nos a potestate tenebrarum, et transtulit in potestatem Filii dilectionis suæ, qui est imago Dei invisibilis primogenitus omnium creaturæ*⁹². Et postea : *Quia in ipso complacuit omnem inhabitare plenitudinem, et per ipsum reconciliare omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quæ in terris sunt, sive quæ in cælis sunt*⁹³. Item : *Nunc autem reconciliati sumus Deo, per mortem Filii ejus*⁹⁴. Item alibi : *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, se esse æqualem Deo : sed se ipsum*

*exinanivit, formam servi accipiens*⁹⁵. Proinde, venit, ut genus humanum servaret, cujus formam assumpserat, atque adeo subdolas dæmonis artes irritas faceret, quem profani homines Deum vocant, quamvis angelica claritudine una cum rebellionis agmine deciderit, tenebrasque cum gloria illa commutaverit, qua totus luce lucebat matutina : cuique pauca quædam, nec magni momenti, posse datum est, in sui ludibrium potius, justorumque certamen et exercitium, quam ad virium demonstrationem. Nec enim alia lege coronatur athleta, victoriæque præconiis effertur, quam si pugno adversarium percusserit, aut ejus viscera catapulta transverberarit : aut in guttur acinacem distinxerit, atque ita virium suarum dexteritatisque specimen coram agonotheta, seu certaminis præfecto, ediderit. Quomodo, quæso, nobis pietas, aut martyrum pro Christi nomine constantia, optimumque cæterorum sanctorum propositum innotuisset, nisi dæmon Jobum petivisset, et obtinuisset, nisi præterea tyrannos adversus martyras subornasset ?

Cæterum Hylen, seu materiam, neque sine principio esse, neque principio cum Deo carere dicimus, neque etiam imaginationem esse, quæ sit formarum receptaculum : quamvis externorum nonnullis id visum fuerit et placuerit. Nam cum Deus mundum producere in animo versaret, cogitatio illa opus et actio erat. Hylenque seu materiam forma subsequatur, et simul emergebat. Qui vero Mosem ita dicentem audiunt, *Terra autem erat inanis et vacua, et tenebræ erant super faciem abyssi*⁹⁶, atque hinc arrepta occasione divinam sempernitatem materiæ tenebrisque contra inum sed mentum tribuunt, tota errant via, tanquam exleges. Posteaquam enim paucis verbis edisserit, *In principio creavit Deus cælum et terram*⁹⁷, tum deinde quæ facta fuerint, et qua forma producta sint exposuit, et hunc in modum subjunxit, *Terra autem erat inanis et vacua, et tenebræ erant super faciem abyssi*. Cum enim cælum in orbem circumageretur, et necdum luminaria illa magna sideraque ordinem suum in firmamento sortita essent, merito tenebræ diffundebantur ; ubi primum vero lux emerit, stellæque productæ sunt, tenebræ quidem eadem opera discussæ, et ad nihilum redactæ sunt : quia nimirum per se, suæque vi subsistere non poterant, lumen autem diei ubique resplenduit : ubi verbi gratia in arborum umbris videre est. Sole enim transeunte, ipsæ quoque collectæ adductæ circumferuntur et dissiliunt. Extenso itidem tabernaculo vel papillione lumen diei quodam quasi septo disjungitur, tenebræque liberius diffunduntur, eodem everso et destructo, hæc quoque ad nihilum redactæ evanescent. Verum enimvero rerum, quas Deus creavit, nulla est, quæ ex divina ejus essentia constet, at humanum quidem corpus luto compactum est, anima vero

⁸⁹ Matth. v, 22. ⁹⁰ Ibid. 28. ⁹¹ Joan. i, 14. ⁹² Col. i, 12 seqq. ⁹³ Col. i, 19 seqq. ⁹⁴ Rom. v, 10. ⁹⁵ Philipp. ii, 6. ⁹⁶ Genes. i, 2. ⁹⁷ Genes. i, 1.

quam taurino capite effixerat ebrietas, in minuta A fragmenta confrica et potrita fuerit.

Introducitur autem principium unum innominatum, a quo Deum alium processisse subdit, qui omnia creaverit : idque non recte, sed male et prout corruptæ mentis erat lumen illud quod diei præluet, aut aerem quem spiramus haudquaquam veritus, non panis quo alimur, non aquæ qua in potu utimur, non cæterorum cujusquam, quibus homines, ut cætera spirantia perfruimur, rationem ullam habens. In quibus præsertim minus recte, nec ut creaturas decet verba de eo fecisse deprehenditur, a quo illæ in rerum naturam productæ sunt. Ut certe Christum superni ejusdemque boni Dei Filium fateatur, qui revera carnem humanam induerit, passus sit, et resurrexerit, eundem tamen B cum in cælos ascendit, carnem deposuisse, privatumque corpore ascendisse contendit. Qua in re partim Cerdoni, partim Marcioni colludit, partim cæteris hæreticis astipulatur, erroneaque et improbanda cum illis dogmata velut hæreditario jure sortitur.

Idem aliam quoque hæresim innovat, dum Christum sibi quatuor ex elementis, non autem ex Virginis sanguinibus carnem compegisse asserit : eademque denuo in illa dissolvit, ex quibus composita fuerat, quod quidem Christi gestis adversatur. Nam si carnem cœlitus attulisset, quo tempore Angelum Evangelistam in civitatem Nazaretham miserat : ad quid, quæso, opus ei fuerat, ut ad tempus in utero Virginis formaretur, ex eodemque cum crassitudine corporis exiret ? C

CAP. XVII.

Septima decima hæresis, Severianorum. Hi quoque ad baptismum admittuntur.

Principatibus hic quoque Potestatibusque illam rerum creationem quam credimus accommodat. Aitque unum esse Deum bonum in supremo cœlo et sæculo. Diabolum autem ex ejus femore processisse, qui potestatum ordini præest : quem etiam Jaldabaothum vocat. Diabolum hunc, simul atque in lucem editus est, serpentem deprehensum, et idcirco in terram dejectum. Cumque venereis stimulis pungeretur, cum terra non secus atque cum muliere rem habuisse, vitemque ejus e spermate progeneratam. Proinde a vino abstinendum esse dicebat, quod quidem nunc in furorem, nunc in irem exaceret. Feminam præterea miser ille a Satana factam, eosque qui cum femina concumberent, Satanæ opus adimplere fabulabatur. Atque ea de causa nuptias dissuadebat. Insuper eam quoque hominis partem, quæ superior esset, umbilicoque tenuis protenderetur, potestatis Christi creaturam : quæ autem consequerentur umbilicum, ea idem malæ potestatis opus esse contendebat. Vetæ denique Testamentum, una cum resurrectione mortuorum inficiabatur.

Hæreseos præcedentis consutatio.

Ex plerisque hæresiarchis ea quæ arriserunt

deliramenta Severianus expiscatus est, deinde ipse quoque aliarum auctor hæreseon, tanquam blasphemis blasphemos superare contendat, a vini usu prorsus abstinendum esse docet. Diabolumque cum terra congressum, et exinde vitem mox enatam aserere non veretur : ita ut vitem mali dæmonis malum opus assermet : ignorans omnia quæ Deus creavit esse bona, prout ejusdem divina vox attestatur. Malum quidem est ebrietas, et rerum creatarum abusus ; nam sol quoque caliginis auctor est iis, qui in ejus orbem recta oculorum aciem dirigunt : non tamen ea de causa lucidissimum hoc dici lumen aspernandum est. Aqua vitam rebus admotis largitur : eadem suffocare quoque solet. Ignis itidem calefacit atque urit. Gladius multis in rebus conducibilis est : at idem homicidia perpetrat. Sic se habent cætera quoque omnia, quibus humana vitat conetat. Quin earum etiam virtutum quæ reginæ dicuntur, usus ipse medio neitquam caret. Si quis ergo res hujusmodi ex hominum usu auferat, solo contrarietatis concursu permotus, is efficiet, ut earum rerum sine quibus vita nostra ingrata et acerba futura sit, nullæ supersint. Multis vero etiam vel mica panis mortem attulit. At fieri tamen nullo modo potest, ut pane careamus, qui tanquam res omnium solidissima, cor hominis confirmat, quemadmodum et vinum, si opportune moderateque bibatur, nec illum σωφροσύνης seu temperantiæ craterem transiliat, aut secundum saltem non excedat, ἀταρξίας, seu sufficientiæ vulgo fertur, quo quidem bona corpori valetudo accedit animique pars rationalis sarta tecta fovetur. Quodque eo majus est, se ipsum Christus viti discipulosque palmitibus comparavit : Patri denique nomen agricolæ indidit. Quin et in nocte illa, qua tradebatur, accipiens panem referendumque vino calicem, et utrumque benedicens, Novum nobis Testamentum tradidit ; panem quidem in suum corpus, vino autem in sanguinem commutato. Hisque adeo ambobus nobis conjunctus, qui ab illo sumus appellationem sortiti, dies omnes nobiscum versatur, quemadmodum etiam promisit. Atque ita nostris quidem vel in hujusmodi mysteriis arcanis vini usus utilis et salutifer deprehenditur.

Severianus autem qui vinum et nuptias execratur, indignum se prodit, et qui unquam in lucem productus sit, et qui calicem Domini sumat. Utraque enim Christus benedixit, nuptias quidem præsentia, vinum autem ex aqua novo et inaudito miraculo factum, Jam vero quid commune luci et tenebris ? Itemque Deo et dæmoni ut eum creationis compotem faciat ? Hic enim universi creator, ille vero creatura censetur, eaque adeo, quæ quia in iis quæ acceperat, minime perseverasset, imo temerariis in creatorem ausis insurrexisset, idcirco etiam ex alto præceps deturbata est, omnis denique nequitiae caput et auctorem se præstitit.

Filius ergo perditionis et malorum auctoris ille

facilis ad credendum omni verbo, ut ea sibi vera esse persuadeat, quæ a Montano decuntur? Denique cum Christus Hebræis dixerit, *Testimonium meum non est meum, sed Pater est, qui testimonium fert de me*³, ne quis omnium Montanum vera dicere autemet, qui de seipso testimonium ferat: idque ejusmodi, ut non de rebus quibusdam mediocribus narrationem instituat, sed illum Patrem omnipotentem Servatoremque pronuntiet.

Hic dubio procul interest maligno spiritu prætumidus, qui paulo post vacuus inventus est, quemadmodum etiam duæ ejusdem prophetissæ. Cum enim nullum post se prophetam venturum, sed in foribus esse consummationem prædicant, falsa et per se reprehensioni obnoxia esse, dum Montano adherent, ore proprio vaticinatas esse prodiderunt. Illæ enim jam pridem obierunt, atque inferorum tormentis expositæ sunt; mundus autem durat et etiamnum propriæ Dei, qui est super omnia, potestati subjacet.

CAP. XXI.

Vicesima prima hæresis, Quintilianorum, Priscilianorum, Pepuzitarum et Artotyitarum. Hi baptizantur.

Quintiliani hi pseudopphetissam, una cum Priscilla hæreseos suæ ducem jactant. Aiunt autem ipsarum unam in loco, qui Pepusa dicitur, dormisse, Christumque in somnis vidiisse, muliebri habitu, stola splendida indutum, una secum versatum esse, et somnum cepisse, sapientiam denique sibi inspirasse; atque revelasse quam sanctus ille locus esset. Cæterum Veteri et Novo Testamento utuntur, mortuorumque resurrectionem admittunt. Mulieres autem in episcopos et presbyteros ab illis eliguntur. Aiunt enim, in Christo Jesu nec masculinum, nec feminam esse. Artotyritæ porro vocantur, quia panem et caseum suis ipsorum sacramentis adhibent: ἄρτος enim Græcis panis est, et τυρός caseus. Fertur insuper quiddam aliud magis impium apud illos fieri. Puerum enim apprime juvenem quodam die festo per omnes corporis partes subulis pungunt, tum ejus sanguine farinam pinsunt et subigunt, tandemque oblatione inde facta communicant.

Hæreseos præcedentis consultatio.

Figulinæ ejusdem cum præcedentibus hi quoque sunt, imo vero perveræ illius satanicæque doctrinæ ac traditionis. Quia vero rerum immutatio et innovatio nunquam non hæreticis arridet, eorumque adeo, quæ deteriora sunt, copiam insolentius sibi vindicant, his quoque vestigiis inhærentes Artotyritæ feminas etiam ad episcoporum presbyterorumque cathedras evehunt, atque illis permittunt, ut quæ apud eos celebrantur mysteria, manibus attrahant. In cujus rei assertionem Pauli

³ Joan. v, 31, 32. ⁴ Gal. iii, 28 seqq. ⁵ I Cor. xiv, 35. ⁶ I Cor. xi, 13.

(46) Euseb. hist. lib. v, c. 22. Exod. xii.

A locum proferunt, ubi sic habetur: *Omnes enim filii Dei estis per fidem in Christo Jesu. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Judæus, neque Græcus: non est servus, neque liber, non est masculus, neque femina. Omnes enim vos unum estis in Christo Jesu. Si autem vos Christi, ergo semen Abraham estis, secundum promissionem hæredes*⁴. At falso Paulum citare coarguuntur, qui his verbis nequaquam mulieribus ea pertrectare permittit, quæ viris conveniunt: et ea imprimis, quæ mysteriis sciant vivamque docentis vocem requirunt: imo vero nos non amplius sub lege, tanquam pædagogo esse, sed ex fide justificari, Deique filios tam mares quam feminas esse docet atque prædicat, universumque adeo genus humanum, dummodo Christum lavacro baptismatis induerit, imprimis autem cum sic alio quodam loco exhortatur: *Mulieribus docere non permitto; sed domi viros suos interrogent, si qua res sit opus*⁵. Item, *Vos ipsi judicate. Decet mulierem non velatam orare Deum*⁶? Jam si nullo modo convenit, naturæque legibus adversatur, ut femina reteoto capite oret (vir enim si comam nutriat, ignominia est illi, mulier autem si comam nutriat, gloria est illi) quoniam coma illi velamenti loco data est, si mysteria tractet, denique ad altare Dei propius accedat, quantum scelus molitur?

Artotyritæ autem et Deum, et salutifera ejus præcepta ignorantes, Christum et Paulum calumniantur: illum quidem, quia muliebri habitu ad suarum prophetissarum unam accessisse, cum ea dormivisse, sapientiam denique et futurorum prænotionem ei instilasse dicunt. Hunc vero, qui magnus orbis præco jure censetur, quia perversi divinorum ejus dogmatum interpretes, feminis non secus atque viris sacra contrectanda permisisse mentiuntur impudenter.

Quod ad προσφοραν, hoc est mysticam sacrificii oblationem pertinet, quam illi celebrant, eam ipsam esse puto, quam vel ejus auctor, et impii sacri præsul diabolus, tanquam maxime nefariam, detestetur.

CAP. XXII.

Vicesima secunda hæresis, Tessaresdecalistarum seu Quartodecimanorum. Hi unguento inunguntur.

D Reliquis in rebus Quartodecimam prope fideles, in Paschæ festo judaizant (46). Nec enim illud die Dominico celebrant, sed quocumque decima quarta lunæ dies inciderit, hoc legis oraculo freti, Maledictus omnis, qui non faciet Pascha die decima quarta mensis, dicentesque Joannem apostolum et evangelistam auctorem fuisse, ut Pascha die lunæ decima quarta celebretur. Insuper apostolorum Actibus utuntur, qui erronei vulgo censentur. aliisque præterea libris illegitimis, quos apocryphos vulgus vocat.

Theodori Scutariotæ scholion.

Honestum quoque puto, si Quartodecimani baptizentur. Quondoquidem ne presbyterum quidem habent, qui baptismi sacramentum administret, ubi enim vel nomine solo episcopus? Quinetium illorum sacerdotes, qui generis Judaici sunt, nec sacrificium nec omnem Scripturam, nec omnia hagiographa admittunt. Joannis apostoli Evangelium et intelligentes ut omnes porro sanctorum nomine dignantur. Opera rejiciunt. Sanctorum communionem nullam noverunt. Bogomilorum improbitatem exsequuntur, et in ejusdem.) Si Tessaresdecatistæ iilem sint cum illis, qui Tetraditæ seu Quaternarii dicuntur, ut aliis placet, multa, o Niceta, te illorum hæreseos capita latent: quemadmodum ipse tum perspezi, cum in horum librorum lectionem frequens incidissem, quo tempore apud Hellespontiacam Lampsacum exsulebam, quia scilicet apostolorum Patrumque traditionibus primas deferrem, et ex illarum præscripto res ecclesiasticas componendus et restituendas esse dicerem, potius quam pro hæreticæ utazix seu confusionis libidine.*

Hæreseos præcedentis confutatio.

Mosaica quidem lege cavetur ut sub decimam quartam lunæ diem Pascha celebrent ii, qui ab Abrahamo genus ducunt. Illud autem agni occisio erat, postiumque ex ejusdem sanguine perunctio, atque azyma quæ mane cum lactucis edebantur. Et stantes quidem recti cum baculis omnes, et calceos adeo coriaceos induti, his rebus simul magna cum diligentia utebantur. Ut merito maledictus haberetur et impius; qui hanc institutionem antiquaret. Nos autem non agnum occidimus, sed in Christi commemorationem nostrique sanctificationem et purgationem, corpus et sanguinem Christi offerimus, sacrificium incruentum tractantes. Paschaque nostrum eo ipso die præparare debemus, quo Christus e subterraneis inferorum latebris tanquam sponsus de thalamo suo exsiliit: quo etiam tempore ex Ægypto revera profugimus, armatosque satellites atque infestos dæmonas capite minutos, et viribus debilitatos evanuisse vidimus. Nam si appetente vespera quintæ feriæ pridie quam Christus in ligno suspenderetur, sacramenta instituta et percepta sunt, certe προληπτικόν, seu præsumptivum, non autem πραγµατικόν, seu rei gestæ commemorativum hujusmodi sacrificium fuit. Præsumptivum quidem, mysterioque scatens, id voco, quod sub quintæ feriæ vesperam peractum est: nondum enim revera mortuus erat, resurrexeratve Christus. Pragmaticum vero seu rei ante gestæ commemorativum, quod post passionem, sepulturam et resurrectionem celebratum est. Vere enim et re ipsa tum mortuus, vere et re ipsa surrexit a mortuis Christus. Quamvis ergo utraque perceptio, nimirum proleptica, seu præsumptiva, et

* Col. ii, 9, 11, 12.

A pragmatica seu rei gestæ commemorativa, æque polleant (illic enim et hic corpus et sanguis Christi vere inest), proprie tamen Paschæ festum diei Dominicæ resurrectionis adjudicatur: eique potius, quam vesperæ quintæ feriæ nomen hujusmodi convenit, et tanquam mutuo succedit. Cæterum, ut apertius explicem, unum et eundem Christum præsumptive et commemorative mortuum esse et resurrexisse, præsumptive quidem sub quintæ feriæ vesperam, cum divina mysteria instituta sunt, commemorative autem die resurrectionis ejusdem quæ tertio post die facta est, exempli gratia in medium proferam illa, quæ in baptismatis regeneratione fiunt. Ibi enim qui redemptionis aqua lustrantur, vere sepeliuntur vereque resurgunt. Eo enim quod ter aqua lustramur, una cum Christo sepelimur, denuoque cum Christo iisdem lustrationibus resurgimus, ab illa veteri mortalitate liberati, quam ex Adami lapsu contraxeramus. Hujusmodi porro mortificatio et resurrectio haudquaquam pragmatica, sed mystica est. Pragmatica enim mortificatio tunc in nobis est, cum animæ a corpore separatio fit. Pragmatica item resurrectio tunc fiet cum tuba canens angelus mortuos e monumentis excitabit. Nihilo minus mystica illa quæ triplici lustratione fit, mortificatio, quæque illam subsequitur, resurrectio, a nobis vera existimatur, et creditur; vique prædita est, ab iis quæ oculis objiciuntur diversa, quemadmodum Paulus in Epistola ad conterraneos meos Collenses his verbis theologice philosophatur: *In quo et circumcisi estis, circumcissione non manufacta, in exspoliatione corporis carnis, in circumcissione Christi, consequuti ei in baptismo: in quo et resurrexistis per fidem operationis Dei qui suscitavit illum a mortuis*⁷.

Proinde neque festum cum Judæis celebrandum, nec ad lunam decimam quartam studiosius attendendum est, sed tum demum Pascha celebrandum est, cum Servatoris nostri dies instat.

At vero Tessaresdecatitæ, seu Quartodecimani, cæcos duces secuti, Actusque apostolicos, qui ab ipsis probantur, non injuria in perditionis barathrum ceciderunt, quippe qui tenebras cum luce, hoc est cum apostolicis dogmatis, catholicisque traditionibus atque adeo ipsius Christi præceptis, quæ terram omnem, quam lumine suo sol illustrat pervagata sunt erroneas illas traditiones commutarint, quas ipsi apoorypha vocant.

CAP. XXIII.

Vicesima tertia hæresis, Alogorum, seu Dei Verbum negantium. Hi unguuntur.

Joannis Evangelium non admittunt Alogi, imo nec Apocalypsin quidem, sed ea Cerinthi hæretici commenta esse aiunt, dubitantes et dicentes Christum in Ægyptum quidem profugisse, atque a fuga postliminio reversum Nazarethæ habitasse,

deinde baptizatum, et in solitudinem a spiritu abductum fuisse: indeque reversum prædicare cœpisse, ut ex aliorum evangelistarum scriptis constat. Hujusmodi autem nihil Joannis Evangelio contineri.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Demens revera, et expertus rationis est Alogorum, de quibus hic agitur, hæresis, nec minus vana cum ipsa dubitatione dubitationis occasio; nec enim in omnibus quatuor evangelistæ consona inter se proferunt, sed ea quidem quæ pro tempore gesta sunt quæque Christi ad nos adventui cœherent, ab omnibus citra ullum falsi vestigium conscribuntur, quod nimirum Dei Filius, ita volente qui est super omnia Patre, sanctoque Spiritu cooperante, in terram descenderit: ubi carne Virginis e sanguinibus mutuo accepta, passus in cruce, sepullusque sit, et resurrexerit, denuo denique in cœlos ascenderit.

Ad miraculorum porro explicationem quod attinet, quamvis eodem illam omnes modo non tractaverint, quod tamen ab alio prætermisum est, id litteris alius exaravit, quodque idem hic silentio suppressit, id ab eo qui subsequutus est haudquaquam omissum, sed expressum et historiæ insertum est. Quod quidem divinæ providentiæ et administrationis opus haud dubie præstantissimum est. Si enim quatuor evangelistæ in omnibus inter se consensissent, ii qui ad veritatis lumen cœcutiunt illos convenisse, communique conspiratione atque sophistico consensu ea confinxisse et conscripsisse objecissent, quæ nullo modo accidissent, nunc vere in illis concordia discors elucescit, similisque adeo est, ut ita dicam, Evangeliorum quaternio musico organo tetrachordo, quod Spiritus sanctus personat, modoque hæc salutari cantico; modo illa sono vocis ornatissimo hominibus, quotquot nondum prorsus obsurduerunt, percorrenda assumit, ita ut quoties Evangelium Joannis cœleste voco, sæpe autem facio ἀπὸ τῆς ἀρχῆς quoddam, seu extremum resultantis vocis sonitum percipio, quo Dei gloria et harmonica firmamenti vox explicatur, quæ quidem miracula illa annuntiat, quæ cum carne a verbo, et ejusdem cum illo naturæ Spiritu facta sunt: quæque paternæ manus appellatione designantur. Discipulus enim Deo charus viam tribus Evangelistis inviam et inaccessam ingressus, ea Christi miracula exposuit, quæcunque prætermitti non poterant, quin quomodo tractarentur. Miraculorum enim suorum Christus discipulos quoque participes gratis effecit, illosque adeo iis quæ fecisset ipse, majora facturos esse pollicitus est. Atque a tribus quidem evangelistis ætis superque tradita et exposita sunt illa, paucis aliquot exceptis. Cœlestem vero et propriam Christi generationem verbo ἦν erat, expressam statim ab initio tonitrus filius hic tanquam fulguris impetus, in omnes orbis fines ejaculatus est, ut cætera quoque id genus, quæ ille

PATROL. GR. CXXXIX.

sui sublimitate sermonis in medium idcirco proposuit, quia verbum illud ἦν erat, quod nullo modo recusari refutarive potest, jam hominum auribus intonuerat, et animis innotuerat. Quamvis enim vel his exacte traditis, perspicuaque theologia expositis, indocti pessimique veritatis æstimatores hæc verborum portenta: οὐκ ἦν, non erat; ἦν ὅτε οὐκ ἦν, fuit tempus, quo non erat; ὁμοιον, simile; ὁμοιούσιον, similis essentiæ; ἦτον, minus, et κτιστόν creatum, excogitarunt, et cætera alia quæ ad confutationem manifestamque auctorum suorum derisionem libris editis circumferuntur. Papæ I quam dissimilia de Christo dicerentur nisi Dominus per eum qui hæc arcana revelavit, tanquam de cœlo intonuisset, vocem suam Allissimus emisisset, dogmatum maxime divinorum fulgura multiplicasset, atque hæreticos confudisset. Sed, ut videre est, non alia de causa Evangelium Joannis ab his Alogis improbatur, quam quia Dei Verbum non admittant, nec Deum, nec apud Deum esse, nec omnia per ipsum facta esse, consiteantur, et prædicent.

CAP. XXIV.

Vicesima quarta hæresis, Adamianorum. Hi ungentur. At honestum quoque fuerit, si baptizentur.

Adamiani Adamo quodam doctore usi ecclesias suas in partibus inferioribus leves et angustas efficiebant quibus excalfaciendis ligna acondebant, januisque adstare jubebant, qui virorum feminarumque omnium, quos statim ab ingressu exui moris erat, vestimenta custodirent, atque ita precibus et Scripturarum lectioni intendebant, virginitatis studio sese insolentius efferentes. Quod si quis in flagitio deprehenderetur, eum mox foras ejectum Adamum dicitabant, qui de ligno comedisset. Ecclesiam enim suam paradisi nomine dignabantur. Iidem præterea nuptias improbant.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Nec recte, nec pie pro Adami cum Eva concubitu ab Adamianis ligni degustatio exposita est. Moses enim aliam fuisse arboris scientiæ ex serpentis suggestionem perceptionem, alium Adami Evæque concubitum testatus est. Atque illam quidem in paradiso nefarie perpetrata ait, hunc vero postea quam inde ejecti sunt, pelliceasque tunicas induerunt. Quod autem nuptias interdicit, virginitatis simulatio mæraque sine rebus verba sunt. Cum enim non sine magna turpitudinis nota, omni amictu deposito, alii aliorum mutuo fruuntur aspectu, qui fieri potest, ut apud æquos rerum æstimatores virginitatis amantes et studiosi judicentur? Cæterum quantum illi scelus nefasque committant, qui de industria volentesque nudantur, et ea detegunt, quæ occultari natura voluit, vel ipsi generis humani progenitores ostenderunt, cum sibi ficulnea folia consuerunt, eorum aspectum aversati, quæ pudore digna sunt. Absurdissimum porro et ab omni modestia prorsus alienum

41

carne passus est: ita e monumento prodiit: ita A januis clausis a discipulis visus, eorumdemque digitis contractatus est: ita in cœlos ascendit, et consessus paterni honore exceptus est: ita denique rursus venturus, et vivos cum incredulis judicaturus est. Cæterum, cum Dominus ipse dicat: *Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo: qui autem negarit me coram hominibus, negabo et ego illum coram angelis Patris mei, qui in cœlis est* ¹¹; item; *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* ¹²: qui fieri potest, ut Sampsæi peccare negentur, cum persecutionis tempore idolorum cultum permittunt? Mutuum enim cordis et linguæ consensum esse oportet, atque illud quidem interius pietatem parturire, hanc vero eandem coram iis profiteri, qui diversam a nobis fidem amplectuntur, quod autem pio viro ita faciendum sit, verba illa quæ per prophetam Deus pronuntiat attestantur. *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me* ¹³. Et Paulus, corde quidem credi, ore autem confessionem fieri auctor est.

Insuper cum Spiritum sanctum Christi fratrem nominant; haud dubie nugantur, satanicumque mendacium proferunt. Fratres enim simili prorsum modo a parentibus in rerum naturam procedunt. At in Christo et Spiritu generationem et processum a Patre didicimus et prædicamus. Atque Spiritus quidem substantia nullo modo mensurabilis est, ut quæ dimensiones omnes exsuperet, tanquam materia quædam quæ materia formaque careat. Christus autem, quia carnem assumpsit, mortalemque formam subiit, idcirco loco circumscriptus, necnon visui tactuque expositus est, ad justum denique ætatis terminum pervenit: ita tamen ut non omnibus punctis extenderetur.

Quomodo enim in cruce mortuus aut in monumento, quod sibi ipsi Josephus lapide construxerat, sepultus fuisset, si ad jugeris et stadii mensuram accrevisset, atque ad immensam fere longitudinem, et longitudinem latitudini respondentem protensus fuisset.

Quia vero ipsas quoque mulieres gentili more deorum numero adscribebant, pulveremque pedum earum et salivam tanquam salutarem expetebant, digni sunt, qui respuantur, atque hujus erroris et imposturæ nomine omnium maxime ridiculi censeantur, tanquam cerebrum in calcaneis gestantes, et circa illa occupati, quæcunque serpens ille despuitor, et qui virulenta voce Evam appetiit, tandemque condemnatus est, ut super pectus et ventrem reperet, terræque pulvere vesceretur, anti-qua hypocrisi sua inter hos quoque introduxit: quam quidem hypocrisin honore etiam dignam apud se reputant, ut quæ nulla prorsus in offensa

sit, contra certe quam Christi verba demonstrent, quibus ita exclamat: *Væ vobis, Pharisæi hypocritæ* ¹⁴: quibus verbis ingrati esse Deo hypocrisin indicat.

CAP. XXVI.

*Vicesima sexta hæresis, Theodotianorum.
Hi baptizantur.*

Byzantius quidam, nomine Theodotus, arte quidem coriarius, at Græcorum disciplinas ad unguem callens his nomen imposuit, qui cujusdam persecutionis tempore carceribus detentus Christum abnegavit. Qua de causa cum multorum conviciis et opprobriis lacesseretur, inde aufugiens Romam profectus est, ubi cum etiam innotuisset, nec minoribus opprobriis appeteretur, Christum nudum et simplicem hominem esse profiteri cœpit, utique ut excusare factum suum posset, qui hominem, non Deum, abnegasset: hacque adeo apologia utebatur. Nam vel ipse Christus dicebat, *Nunc autem me queritis interficere hominem: qui veritatem locutus sum vobis* ¹⁵. Item, *Si quis verbum contra Filium hominis dixerit, remittetur ei* ¹⁶. Insuper apostoli quoque dicebant, *Virum qui inter vos signis et prodigiis inclaruit* ¹⁷.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Si Christus homo nudus simplexque sit, adoratores hominis haud dubie sumus; quod si hominem adoremus, pejus quam antea deliramus, si saltem olim quidem præ ignorantia cultum divinum elementis exhibebamus, quæ hactenus eodem se modo habuerunt, nunc vero data opera et nobis conscii in homine, qui servare non possit, spes nostras reponimus. Atque Christianismus in posterum manifesto cunctorum ludibrio exponetur una cum narrationibus illis multis, miris; omnino divinis quæ de ipso circumferuntur.

Nec tamen interim nudus homo et simplex Christus est, sed Dei Filius, et Sermo per se subsistens, qui massam nostram assumpsit, et cum hominibus in corpore conversatus est. Cæterum Christus, qui tanquam ex duplici natura, non autem hypostasi compositus, hæc in Evangeliiis ait: *Nunc autem queritis me interficere, hominem qui veritatem locutus sum vobis* ¹⁸. Item: *Filius quidem hominis, secundum quod definitum est, vadit; verumtamen væ homini illi per quem tradetur* ¹⁹. Christus, inquam, ita in Evangeliiis dicere deprehenditur: *Pater clarifica Filium tuum, ut et Filius tuus clarificet te* ²⁰. Item: *Clarifica me claritate, quam habui prius quam mundus esset apud te* ²¹. Item: *Qui videt me, videt et Patrem.* Item: *Ego in Patre, et Pater, in me* ²². Illa ad humanitatem, hæc ad divinitatem referenda sunt quandoquidem duplex erat, ratione quoque du-

¹¹ Matth. x, 32, 33. ¹² Matth., xxiv, 13. ¹³ Isa., xxix, 13. Matth. xv, 13. ¹⁴ Matth. xxiii, 14. ¹⁵ Joan. viii, 40. ¹⁶ Luc. xii, 10. ¹⁷ Act. ii, 99. ¹⁸ Joan. viii, 40. ¹⁹ Luc. xxii, 22. ²⁰ Joan. xvii, 1. ²¹ Ibid. 5. ²² Ibid. 9, 10.

plicis naturæ homo solum dicitur, et Filius Dei; A item, Verbum Dei, et Dominus gloriæ.

Cæterum hæc verba, *Qui dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; blasphemanti autem in Spiritum sanctum non remittetur neque in hoc sæculo neque in futuro*²³, sic accipienda sunt. Pharisei et Scribæ cum stupenda Christi miracula coram intuerentur, cum illa Dei operibus accensere, in eumque credere debuissent, a quo fiebant, invidia potius moti eum in Beelzebule principe dæmoniorum malos spiritus ejicere dicebant. Ipse vero illorum dementiam his dictis parabolicis prius arguens, *Nemo potest vasa fortis ingressus in domum diripere, nisi prius fortem alliget*²⁴, quibus ne seipsum quidem dæmones increpaturum, et corporibus humanis ejecturum fuisse significat, nisi fortem prius vincisset, nimirum dæmoniorum principem Beelzebulem: in quem dæmonia ejicere a sycophantis dicebatur; postea subjungit: *Ei qui in Spiritum sanctum blasphemaverit, non remissum iri; ei vero qui in Filium blasphemaverit, remissum iri*²⁵. Nam cum esset ratione carnis assumptæ compositus, carnisque tanquam veli, ut ita dicam, intermedio nobiscum versaretur, eo fiebat ut nunc quidem lacrymaret, Lazarum a mortuis excitaturus, nunc vero super mare ambularet, mulierem profluvio sanguinis laborantem sanaret: denique vitalem arefactæ manui motum restitueret. Proinde par est, ut qui utraque cernunt, et quæ ad naturam divinam affecta erant, et quæ ab illo fiebant humanitas, nunc quidem ad ea quæ meliora sunt excitentur, Deumque rerum hujusmodi effectorem cognoscant, nunc vero hominem fuisse existiment, qui naturam factis obsignaverit. Qui ergo ad Verbum humana forma exutum accesserit, legibusque carnis acquieverit, ei blasphemia remittetur, eique parcat Dominus, quia in eo lapsus sit, quod aspectabile est, et propter carnem in ea se vitia demerserit, quibus caro obnoxia est. Si quis vero ad divina miracula, et quæ præter vulgi opinionem operatus est Dominus, clausis oculis conniveat, eaque satanicis virtutibus adscribat, ei absurdum hoc scelus non condonabitur, judicemque severum et immisericordem experietur, ipsum scilicet Spiritum, in quem præ ignavia, vel improbitate peccaverit. Loquitur autem de iis, qui blasphemare Spiritum perseveraverint, atque in hac opinionis perversitate vivis D excesserint. Quod si quis Domini cognitionem sit adeptus, eorum quæ in hoc mundo ignoravit, remissionem consequetur. Idem quoque sensus est hujus Actuum apostolicorum loci: *Virum qui inter nos signis et miraculis inclaruit*²⁶.

CAP. XXVII.

²⁷ *Vicesima septima hæresis, Noeti, et Novati. Hi unguuntur; præstiterit autem, ut Noetiani quidem baptizentur, Novatiani vero inungantur.*

Partim consentiunt hi duo inter se, partim dissen-

²³ Luc., XII, 10. ²⁴ Marc. III, 27. ²⁵ Matth. XII, 31. ²⁶ Act, II, 22. ²⁷ Exod. III, 6. ²⁸ Exod. XX, 3. Eccli. xxxvi, 5. ²⁹ Eccl. VII, 16. ³⁰ Prov. XIV, 12.

tiunt. Noetus enim patria Ephesius unum et eundem esse non sine blasphemia contendebat, qui Pater, et Filius, et Spiritus sanctus dicitur, Patremque passum asserere audebat. Cujus blasphemix ergo quoties objurgabatur, nihil se mali committere respondebat, quia unum Deum noverat, qui natus, passus, et mortuus esset. Inquit enim, dicebat ille, Deus ad Mosem: *Ego Deus primus, Ego et postea*²⁷. Item, *Non habebis deos alienos*²⁸. Proinde si Christus in mundum veniens natus est, idem prorsus est Pater, idem Filius, idem denique Deus unus, qui semper est, et nunc venit. In hæreseos autem suæ confirmationem sacris e Litteris depromptam, hæc prophetica detorquere conabatur: *Hic est Deus noster, et non æstimabitur alius, adversus eum. Hic advenit omnem viam disciplinæ, posthac in terris visus est, et cum hominibus conversatus est.* Item, *Non est Deus præter te*²⁹. Cum ergo ἀνόητος hic, hoc est mente captus, Noetus hujuscemodi dogmata disseminaret, in extremam tandem absurditatem incidit, adeo ut seipsum Mosem, fratremque suum Aaronem diceret.

Novatus autem, Ecclesiæ Romanæ presbyter, arrogantix spiritu elatus, in errorem impegit. Nec enim illos qui persecutione grassante lapsi fuerant postea pœnitentes admittebat: nihil iis salutis relictum esse dicens, qui post baptismum peccassent. Denique quamvis eum Cornelius, qui Ecclesiæ Romanæ tunc temporis præerat, sæpe cohortaretur ut conoito gradu ad Christianos Tyrannorum sævitia perculsos et labascentes se conferret, eosque tanquam sacerdos sacris concionibus confirmaret, nullo tamen modo id ut faceret, adduci potuit, sed sese subducens delitescereque conatus, tandem hac impia crudelitate laborans, ab Ecclesiæ quoque corpore secessit. Cæterum hujus hæreseos sectatores non tantum Novatiani, sed etiam Cathari, hoc est puri, nuncupantur. Idem eos quoque aversabatur, qui post baptismum ad secundas nuptias convolabant, nec illos ad communionem admittebat.

Hæreseos præcedentis consutatio.

Ætatis puerilis informatrices illæ Salomonis voces quibus ait, *Vidi justum perditum in sua justitia*³⁰; item, *Sunt viæ, quæ videntur homini rectæ, extrema tamen earum tendunt ad mortem*³¹, mirum in modum Novati sævitix et opinioni, qua veniam nullam admittit, consentaneæ sunt. Nam dum puritatis se quam par est amantiorem præstat eamque accuratius æquo sectatur, minus advertit, quantum in crudelitatis barathrum se præcipitet: exitiumque sibi ultro accersat: nec secum reputat, neminem esse, qui quod bonum est: ita sectetur, ut inde excidere nunquam possit, atque id ne simpliciter quidem angelicæ naturæ quæ Deo assistit, perpetuo datum. Ad hæc si ab eo quod bonum est

non deflexissemus, opus haudquaquam fuisse, ut Deus Verbum ad nos assumpta carne descenderet. At vero, quia vitam mutationi obnoxiam sortitus homo est, et non secus atque trutinæ lances in utrumque latus vergit et movetur, idcirco neque angelus, neque homo (cum Spiritus sint ministerio addicti), sed Dominus ipse venit, ut salvos nos faceret. Quid ergo Novatum movebat, ut eos non admitteret, qui post baptismum peccassent? aut persecutionis tempore lapsos aversaretur? Prorsus ignoro: nisi quis hujusmodi contentionem, hominis persuasionem rationis expertem dicere malit, quæque ad puritatem nullo modo quemquam deducere queat. Ex quibus enim, quæso, dictis evangelicis ore Dei prolatis, vel etiam apostolicis constitutionibus Novatus hic tantam severitatem hausit? Nonne Dominus fletum Petri, ab eo abnegatus, admisit? nonne eundem apostolorum coryphæum fratri septuagies peccata esse remittenda docuit? Nonne Paulus Corinthium illum qui novercam constupraverat venia post lacrymas dignum esse censuit? eundemque reliquo Ecclesiæ cœtui restituit?

Quanta vero socordia falsaque puritatis opinione laboret Novatus hic, vel ex eo arguitur, quod iis, qui ad secundas convolant nuptias, communicare nolit, quamvis Paulus aperte dicat: Volo etiam ut juvenes viduæ nubant! Idem quid de Noeto sentiendum est, qui injustitiam in altum locutus est, et posuit os in cœlum, cum præsertim Patrem, Filium et Spiritum, blasphemus ille unum eundemque vocet! Quamvis enim dispensationis mysterium admittat, incarnationem Dei prædicet, Evangelium evolvat, quæque in eo continentur omnia percurrat, corde tamen et labiis ea se fugere, atque in contrariam sententiam pedibus ire manifeste prodit. *Euntes enim, inquit Christus, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*³². Videns quemadmodum tres unius divinitatis hypostases explicantur? Item ex eo quod alio idem in loco ait: *Pater, clarifica Filium tuum, ut Filius etiam tuus clarificet te*³³. Item: *Nunc autem ad te venio. Item: Clarifica me claritate, quam habui priusquam mundus esset apud te*³⁴. Atque Dominus quidem ipse posteaquam assumptus est in cœlum, seditque ad dexteram Patris, aperte indicavit aliam Patris esse, aliam Filii hypostasim. Imo ipsa quoque Patris et Filii significatio personarum dualitas est, quæ schelica significatione, seu habituali et relativa effertur.

Eo præterea quod Filius de Spiritu dixit: *Petam a Patre, et alium Paraclætum mittet vobis, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit*³⁵. Item, *Ille me clarificabit*³⁶, tertiam quoque sancti Spiritus hypostasim indicat. Male igitur, nec tanquam bona mente præditus ille, qui vulgo tamen Νόητος quasi mente præditus dicitur, Patrem, Filium, et Spi-

³² Matth. xxviii, 19. ³³ Joan. xvii, 4. ³⁴ Ibid. 5. ³⁵ Joan. xv, 26. ³⁶ Joan. xvi, 14. ³⁷ Joan. i, 1. ³⁸ Ibid. 14. ³⁹ Luc. i, 35. ⁴⁰ Psal. xlv, 8. ⁴¹ Joan. xx, 17. ⁴² Ibid.

atum sanctum, naturam quidem unam, divinitatem vero tribus distinctam personis in unam personam contrahere et coarctare, proque personarum differentia substantiam usurpare deprehenditur. Iasuper eo quod carnem a Patre assumptam, quemadmodum a Filio, eaque omnia, quæ dispositionis erant, completa esse affirmat, evangelicis traditionibus perspicue repugnat. Joannes enim evangelista et theologus, *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum*³⁷, fulminanti voce exclamat. Et paulo post: *Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*³⁸. Incorporeus quoque angelus Virginem ita in civitate Nazareth allocutus est: *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque quod ex te nascetur sanctum vocabitur Filius Dei*³⁹. His Davidicum quoque vaticinium astipulatur: *Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis*⁴⁰; quemadmodum illa quoque Theanthropi seu Dei et hominis verba, *Cum ipsum bibent novum in regno Patris mei. Item: Aseendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum*⁴¹. Item: *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum*⁴². Quibus quidem omnibus pietatis alumni sic sentiendum esse discunt, ut tres personas in beata et immortalitate divinitate intelligant, quæ in Patre, et Filio, et sanctissimo Spiritu cernitur, et colitur.

CAP. XXVIII.

Vicesima octava hæresis Sabellii. Hi baptizantur, vel, ut quibusdam placet, inunguntur.

Sabellius Libyca Pentapoli oriundus unam in Patre, Filio, et Spiritu sancto personam prædicabat, eundem esse Patrem asserens, qui et Filius, et Spiritus sanctus esset: ita ut in una persona tres significationes, quemadmodum in eodem quoque homine corpus, anima, et spiritus deprehenderentur. Atque in Veteri quidem Testamento tanquam Patrem leges tulisse, in Novo tanquam Filium carnem assumpsisse, apostolis autem tanquam Spiritum supervenisse: ita ut corporis quidem Pater, ut ita dicam, animæ vero Filius, spiritus denique vicem, sanctus ille suppleret Spiritus: vel tanquam in sole, cujus una persona est, tres actiones elucescerent, nimirum illuminativa, calefactiva, ipsaque figura, qua in orbem circumducitur; atque calefactiva quidem actio Spiritus: illuminativa, Filius: totius denique personæ figura, Pater esset. Filium addebat, tanquam radium, aliquando missum esse, imo potius Patrem in specie Filii descendisse, qui ea exsecutus, quæ ad evangelicam dispensationem pertinebant: tanquam Filius rursus in cœlum receptus esset, non secus atque radium a sole missus ad ipsum denuo se recipit. Sanctum denique Spiritum in hunc mundum, tanquam energiam, seu vim effectivam Patris missum esse; ad eos et publice et privatim, qui ab illo vivificari,

foveri, et calefieri, volis ardentibus expeterent. **A** Prorsus enim conjuncta (et consequetur deinceps

Hæreseos præcedentis confutatio.

Quæ contra Noetum dicta sunt (48), cui Sabellius (ut ex hæreseos similitudine perspicuum est) suam proditurus imperitiam adhæsit, ad Sabellium quoque confutandum sufficiunt. Ad ampliorem porro Sabellianorum hæreseos confutationem hæc quoque superadjici possunt : Si unus idemque sit Pater et Filius, quænam, quæso, nominum distinctionis ratio fuerit ? Nam qui fieri potest, ut qui alium non genuit, Pater, et qui nullo prorsus modo genitus est, Filius appelletur ? Quia vero illum quidem genuisse, hunc autem genitum esse sacræ attestantur Litteræ, eo fit, ut per se subsistant, et peculiari quodam nomine Pater et Filius vocentur, quia nimirum id quod generat, aliud esse videtur, ab eo quod generatur. Quin etiam beatus quoque Paulus ad Hebræos scribens ita de Filio inquit : *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, sed seipsum exinanivit. formam servi accipiens* ⁴³.

Proinde necesse est, ut is alius fuisse dicatur, qui in forma Dei esset, alius contra, is cujus forma ea erat : nec unum quippiam idemque numero Pater et Filius, sed propria peculiarique persona præditi esse dicantur, qui inter se vicissim eadem in substantia considerandi sint.

Alio loco Filius ex substantia paternæ prodidiisse ostendens, *Ego*, inquit, *a Patre exivi* ⁴⁴. Qui ergo fieri poterit, quo minus alius sit a Patre Filius, ei personæ numerique ratio habeatur ? Nam quidquid ab aliquo processit, ab eo revera diversum est, a quo processit.

CAP. XXIX.

Vicesima nona hæresis Marcelli : hi baptizantur.

Galata Marcellus eodem modo, quo Sabellius, Trinitatem negavit : sed quamdam paternæ divinitatis ἔκτασιν, hoc est extensionem in Filium subiisse dicebat, quam Deum Verbum nominabat : quæ quidem post universæ dispensationis consummationem rejecta retractaque ad Deum denuo redisset, a quo ante extensa fuerat. Sanctissimum autem Spiritum παρέκτασιν τῆς ἐκτάσεως, hoc est extensionis extensionem, quæ apostolis obtigisset. Ut uno verbo absolvam, ille Trinitatem extendi et contrahi, pro dispensationis diversitate fabulabatur.

Hæresos præcedentis confutatio.

Dogmata hic quoque nullo modo admittenda probandave proponebat. Qui enim fieri potest, ut ὑπόστατον, hoc est per se subsistens Dei Verbum una cum assumpta carne assumptum, assidensque Deo et Patri, ἔκτασις, seu extensio paternæ divinitatis, rursumque ad Deum Patrem contrahi dicatur ?

⁴³ Philipp. II, 6, 7. ⁴⁴ Joan. XVI, 28. ⁴⁵ Psal. XVIII, 6. ⁴⁶ Matth. XXVIII, 19. ⁴⁷ Isa. XLIV, 27.

(48) S. Cyrilli in Evangelium Joannis. Euthym. tit. X.

ut Deus Pater carnem assumpsisse dicatur, propter illam divinitatis ἔκτασιν, seu extensionem, quam Marcellus introduxit, una cum concorpore Verbi Dei denuo in eandem contractione, quæ necessario consequeretur. Una enim Verbi Dei etiam post assumptam carnem persona erat) : aut absque corpore ad Deum Patrem illa divinitatis extensio, quæ in Christo erat, ad pristinam contractionem rediit : nec amplius erit Christus, sed nudus et simplex homo duntaxat, ut qui duarum naturarum præstantiorem exuerit. Patri denique Jesus quidam divinitatis exere assidebit : aut saltem implurimum pullorum instar deturbabitur, divinitate nimirum privatus, qua gravitatem sublevet : nosque adeo egregie desipiemus, quo hominem, non autem Deum incarnatum adorabimus : quod quidem cunctas hæreses impietate facile excedit. Nestorius enim, tametsi naturalem divinitatis et humanitatis conjunctionem negaret, unumque Christum duas in personas divideret, scheticam tamen, hoc est habitalem seu relativam copulam, et indivulsum Verbi et Jesu concursum fatebatur. Alii autem Davidicam vocem male intelligentes, qua inquit, *In sole posuit tabernaculum suum* ⁴⁵, carnis depositionem invexerunt, Filiumque Verbum ad Deum Patrem cum sola divinitate ascendisse docuerunt. Qui autem a Marcello stabant, in contrariam sententiam, eamque deteriore divergentes, Filii personam in Deum Patrem resolvebant. Verum enim vero cum blasphemi illi Spiritum ἐκτάσεως παρέκτασιν, hoc est extensionis productionem esse aiunt, unam in sancta Trinitate personam manifeste autumant ; hocque pacto divinis Scripturis et evangelicis dictis adversantur. Nam qui fieri possit, ut is Filius et Verbum Dei vocetur, qui nullo modo apud illos ὑπόστατος est, seu per se substitit ; vel alius Spiritus Paracletus ? Hujusmodi certe assertiones dogmatibus Christi refragantur, qui ait : *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii, et Spiritus sancti* ⁴⁶. Triplici enim nominum invocatione, et his verbis, *Alius Paracletus*, tres designantur hypostasces. Hanc porro hæresin nihil aliud quam sensus humani sensum esse, vel ex eo constat, quod hæc quoque desolata, extincta, et sub oblivionis tenebras demersa sit. Is enim qui profundum increpat, eique dicit, *Desolare* ⁴⁷ : et hanc et cæteras hæreses oblitteravit, quippe quæ plantatio essent quam Pater cælestis nullo unquam tempore plantaverit.

CAP. XXX.

Tricesima hæresis, Valentiorum.

Valens quidam Arabs natione fuisse fertur, ex quo evenit, ut ejus hæresis in Bacathis pullularet.

Sunt autem Bacatha Metrocomia, hoc est primarium oppidum, ejus Philalphæ, quæ in Arabia trans Jordanem sita est. Eadem itaque Valentii quoque de principiis et potestatibus cum Archonticis, Sethianis, et cæteris hujus farinæ sentiunt, Sunt autem omnes exsecti: præcipuam enim in eo collocant operam, ut quam plurimos eunuchos habeant. Hominem autem quemcunque suis ritibus et ceremoniis initiandum susceperint, nullis animatis vesci permittunt, quamdiu pudenda habuerit. Quibus ablatis persuaso jam vel etiam coacto discipulo, libere tum, et ex animi sententia quidquid arriserit edere permittunt: quia jam, ut ipsi aiunt, a certamine liber et expeditus est. Nec amplius eum in pathicam ibidem ciborum deliciis despumaturum suspicantur. Nec hos duntaxat his afficiunt modis, sed et si quis transeuntium ad eos divertat, illum intro revinctis a tergo manibus abripiunt, tumque vi pudendas partes exsecant.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Exsecrandis hæresibus accensenda videtur et illa, quæ Valentiorum est, quippe quæ non solum principiis et potestatibus a Deo creatis totius hujus universitatis administrationem concedat: sed divinis etiam dogmatis refragetur. Illa enim ad legitimas nuptias exhortantia sic sancit: *Crescite et multiplicamini, et replete terram* ⁴⁸.

Valentii vero modis omnibus exsecrandi pudendorum exsectionem, hoc est commune omnium exsistium, magnopere extollunt. Proinde si eorum deliramentis omnes forte fortuna subscriberent, hominibus haud dubie terra orbaretur, ferarumque duntaxat habitationi pateret. Cæterum quam exsectio illa, qua ex hominibus eunuchi fiunt, laude sit indigna, Dominus in Evangeliiis attestatus est, illam solam probans quæ propter regnum cælorum fieret: quæ quidem frenatis affectibus potius quam pudendis resecandis effici solet.

Alioqui vero cum variæ sunt affectuum species, corporeis idcirco combinationibus haudquaquam circumscribuntur (quorum invitam abstinentiam insolentius sibi vindicant Valentii), sed avaritia quoque, invidia, ambitio, luxu, et cæteris hujusmodi constant, quibus ad nequitiam fenestra panditur. Ut taceam miserorum exsectorum plerosque longa die in ganeis deprehensos, ubi mulieribus præter naturam viros se præstarent: imo vero, ut ita dicam, muliebria paterentur; aliisque tam pathice obscœnitatibus addicti essent, ut viri jam præ æmiviris nulli prope viderentur.

CAP. XXXI.

Tricesima prima hæresis, Origenis. Hi unguuntur.

Origenes, qui et Adamantius cognomento dictus est, et Commentator, ob commentariorum quos

⁴⁸ Gen. I, 22, 28. ⁴⁹ Psal. XLIX. 16.

(49) Pro quo vulgus Ambrosius habet.

A edidit multitudinem, Ægyptius genere, sanctissimique martyris Leonidæ filius fuit. Alexandria commoratus est, ubi cum et educatus et edoctus fuisset, Athenas quoque commigravit, ibique assiduam se in gymnasiis auditorem præstitit. Tandem cum Græcorum disciplinas perdidicisset, ecclesiasticis quoque dogmatis animum excoluit.

Cæterum Decianæ persecutionis tempore multa hic propter fidei confessionem passus est: cum convictis lacessitus mediam per urbem trahitur, tormentis objicitur, ludibrioque habetur. Aliquando enim, ut memoriæ proditum est, eum capite detonsum Græci in Serapæi templi vestibulo constituerunt, id muneri imponentes, ut palmarum ramulos iis porrigeret, qui Serapin adoraturi eo ascenderent: quod quidem munus sacerdotum idolorum obire solebant. Ille vero correptis ramis, elatiore voce nihil aut veritus aut addubitans vociferabatur: Venite et accipite, non idoli, sed Christi, ramum. Quibus verbis mox iniquitatis operarii commoti optionem proponunt, utrum dæmonibus sacra facere, an vero corpus Iibidina Æthiopis cinædi prostituere malit. Ille cum tam sceleratum stuprum pati non posset, miserabili querelaque voce sacrificare se malle respondit: quod cum paulo post immutata sententia facere: detrectasset, illi prioribus promissis instantes, imposito manibus ejus thure, sacris id imponi foci imperant.

Quod cum fecisset, ob omnibus Christiani dogmatis confessoribus et martyribus explosus, et Ecclesia ejectus est. Tandem cum tantum dedecus ferre non posset, Alexandria se in Palæstinam contulit, ubi rogatus ab Hierosolymitano clero, ut concionem aliquam haberet (siquidem ad presbyteratus ordinem antequam sacrificaret alleclus fuerat) surrexit, et e tricesimo nono Psalmo hunc versum recitavit: *Peccatori autem dixit Deus, Ut quid tu exponis justitias meas, et assumis testamentum meum in ore tuo* ⁴⁹? confestimque librum clausit et reddidit: atque in gemitus et lacrymas prorumpens, omnibus ei collacrymantibus, suam se in sedem recepit. Postea cum in familiaritatem venisset Ambrosii (59) cujusdam Marcionistæ, vel Sabeliani, ut quibusdam placet, illi tandem persuasit, ut, hæresi relicta, Ecclesiæ catholicæ adhæresceret. Ille porro studiosus sacrarum Litterarum lector, Origenem rogavit, ut illas interpretaretur. Hic votis illius facturus satis apud Tyrum Phœnicæ, ut aiunt, per octo et viginti annos Scripturis interpretandis operam navavit. Habrosio itaque cibaria, notarios, et amanuenses, nec non chartas cum reliquis sumptibus suggerente, Origenes continentia, vigilia et labore assiduis tandem confecit opus, et ad umbilicum perduxit, præcipuam autem operam dedit, iis quæ Hexapla dicuntur. Cum enim

dictiones Hebraicas litteris Græcis una pagina expressisset, unius enim loco duas, ut quæ idem convenirent, habebat, mox tertiam vel potius secundam paginam, nimirum duorum et septuaginta Interpretum, subjunxit. Duos et septuaginta Interpretes Aquilas, Aquilam Symmachus, Symmachum Theodotion, atque ita demum quinta sequebatur versio. Hoc modo Vetus omne Testamentum suis Hexaplis complexus est.

At vero tot talesque labores in explicandis Bibliis exantlatos illud perniciosorum dogmatum corollarium obscuravit.

Atque illum fortasse Deus dereliquerat, quod eum vanæ gloriæ auræque populari aucupandæ plus æquo addictum videret: præ cuius studio pristinæ suæ, quamvis privatæ vitæ insidiatus erat. Nam cum nollet corporeis sensibus titillari, genitalia sibi membra resecurat: atque propriis, ut quidam volunt, manibus: ut alii, opera Eliæ cuiusdam medici percelebris usus.

Non desunt, qui nervum cremasterem, hoc est eum, ex quo testiculi dependent, duntaxat excuisse tradunt. Quidam apposito pharmaco partes illas exsicasse arbitrantur. Alii medicam herbam reperisse malunt, cujus viribus spermatica vasa marcescerent. Sed de his gactenus. Tunc porro suæ virus hærescos cum in plerosque alios, tum in monachos, anachoretas, et eremitas Ægyptios spargere cœpit: imo vero primam fenestram Ario aperuit, cæterisque sceleratis, qui sunt Arium subsequuti.

1. Ausus enim est asserere, quod Unigenitus Patrem videre non possit: neque item Filium Spiritus: neque Spiritum angeli, neque homo angelos videre queat.

2. Item, Filium dicebat non esse ex Patris substantia, sed modis omnibus alienum ab eo, quia nimirum creatus sit, Filiusque per gratiam vocetur.

3. Adhæc animas hominibus antiquiores affirmabat, quæ scilicet angeli aliquando potestatesque fuerint: tandem vero, cum peccassent, in hoc corpus, tanquam in ergastulum demissas, ut hic primam condemnationem experirentur. Ex quo evenit, ut Græci corpus *δέμας* dixerint, *παρὰ τὸ δέδεσθαι τὴν ψυχὴν ἐν αὐτῷ* (50), hoc est, quod eo tanquam viuculo anima coerceatur. Animam iidem *ψυχὴν* appellarunt, *διὰ τὸ ἀνωθεν ἐψυχέσθαι*, hoc est, quia cœlitus inspirata sit, quod quidem sibi sacræ testimonio paginæ confirmare videtur. Hoc enim, *Antequam humiliarer, ego peccavi* ⁵⁰, de ipsa. inquit ille, anima dictum est quippe quæ in cœlo peccarit, antequam in corpore humiliaretur. Item illud, *Convertere, anima mea, in requiem tuam* ⁵¹, quippe quæ rebus in hac vita bene gestis ad pristinam requiem quasi postlimino redeat; tum quia

⁵⁰ Psal. cxviii, 67. ⁵¹ Psal. cxiv, 7. ⁵² I Cor. xv, 44. ⁵³ I Cor. iii, 13. ⁵⁴ Prov, x, 19.

(50) Platonicum dogma de inferis vido apud Macr. lib. i, in *Somn. Scip.*

A Adamus, antequam peccaret, effigiem illam divinam sartam tectam, hoc est omnibus integumentis nudam, solaque humana forma præditam, conservabat. At vero posteaquam Domini præcepta transgressus est, eandem illam formam perdidit, cum primum scilicet corpus hoc anima subiit, quod quidem pellicearum tunicarum nomine sacris in Scripturis significatur, tum quia corpus hoc, quo involvimur, resurrectionis illius die non resurget; sed humana tantum forma, qua Paulus forte vel Petrus dignoscitur, atque adeo extrinseca illa figura resurget, quæ sub forma quaque comprehenditur. Porro subjectum ipsum, sive corpus, haudquaquam idem manebit: *Seminatur enim corpus animale*, inquit Apostolus, *corpusque spirituale resurgit* ⁵². Quapropter necesse est, ut resurrectionem in sola forma futuram speremus, in subjecto vero non item.

Hæc sunt quæ Origenes de animarum præexistentia, et resurrectione disseruit.

Idem ἀλληγορικῶς omnia explicare conatus est, paradysum, inquam, et aquas, tam quæ infra, quam quæ supra firmamentum esse feruntur.

Ut uno verbo absolvam, totam Scripturam pervertit, futurique adeo sæculi supplicium tempore certo præbuit, locum illum Pauli apostoli maie intelligens, quo ita scribitur, *Uniuscujusque opus quale est ignis probabit, ipse autem quasi per ignem servabitur* ⁵³.

Alia insuper nonnulla nugatur, et deblatterat, quæ ne scribere quidem honestum mihi videtur.

C Hoc autem in summa dicendum est, Grigenem in physiois theorematis, eorumque allegoriis, necnon in tota morali disciplina doctorem omnibus acceptissimum accommodatissimumque fuisse, atque adeo eum, qui virtutum actionibus se maxime omnium exerceret. Hujus enim exercitii studio vitam usque adeo excolebat, ut pectus ejus, quemadmodum aiunt præ nimia rei cuiuscunque animatæ continentia et abstinencia exciderit. At in vera fide, iisque disciplinis, quæ majorem contemplationem, atque in primis theologicam, requirunt, omnium quotquot illum præcesserunt, et secuti sunt, absurdissimum se præstitit.

Hærescos præcedentis confutatio.

D Sapientissimus Origenes Salomonis exhortationem parvipendens, qua ita loquitur, *In multiloquio non deerit peccatum* ⁵⁴, non advertit se, dum universam legis et gratiæ Scripturam pervestigat, in absurdas cogitationes et opiniones inauditas præcipitem incidisse, imo vero alicubi divinis dogmatis impia et profana permiscuisse, quemadmodum ex iis quæ supra memoravimus cuivis volenti discere licet.

Nam qui fieri possit, ut creatus Dei Filius di-

catur, atque participatione Filius, quemadmodum prophetæ, reliquosque sanctorum catalogus? qui mutabili etiam natura præditus, et a Dei natura alienus? qui denique Deum minime videre dicitur is, de quo Joannes evangelista clara voce exclamavit: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum*⁵⁵; item: *Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ille enarravit*⁵⁶? Ipse quoque Christus ait: *Ego in Patre, et Pater in me*⁵⁷. Item: *Qui videt me, videt et Patrem*⁵⁸.

Jam vero si cum Patre in principio erat, nullo modo creatura est. Creaturæ enim ex nihilo factæ, temporique subjectæ sunt.

Cujus autem essentia caret, is principio creatus non est, sed ne natura quidem mutabili præditus est, siquidem in principio erat, ejusdemque cum Patre substantiæ, diversæ vero nequaquam. Quomodo enim Unigenitus, quomodo etiam paternis et sinibus inseparabilis? Eum enim Pater apud se manere nunquam permisisset, qui diversæ a se substantiæ fuisset, hic autem ejusdem cum Patre substantiæ est, natura immutabili præditus, quemadmodum et ille.

Qui fieri præterea potest, ut invisibilis sit Pater Filio, cujus hæc verba leguntur: *Nemo novit Patrem nisi Filius, et is cui voluerit Filius revelare*⁵⁹, qui Patri coæternus est, nec ulli principio subjacet quæ res in causa est, quod ignoretur, nec aspectabilis sit. Jam qui fieri potest, ut se minime norit ipsum, qui aliis cognitionis auctor est?

Quanam vero ratione a Spiritu quoque sancto Filium minime videri quis contendat, cum substantia sit, quæ solo intellectu percipitur, eaque infinita, si vires expendamus: substantia, inquam, temporibus et sæculis immensa, qua abunde bona sibi insita largitur, is denique, quem omnia sibi expetunt, quæ vitam ex præscripto virtutis institunt; ad quem etiam cuncta confugiunt, quæ sanctificatione indigent, is ex quo cæterorum omnium perfectio dependet, is qui nulla in re deficit qui vitam suppeditat, qui additione non completur, sed semper plenus; nec minus quam Pater et Filius principio carens, et coæternus est, divinaque charismata dividit, et singulis pro dignitate tanquam Deus distribuit, prout vult: quod Petrus etiam iis attestatus est, quæ Sapphiræ dixit: *Quid utique convenit vobis tentare Spiritum Domini? Non mentiti estis hominibus, sed Deo*⁶⁰.

Cæterum angelos etiam divinam et ineffabilem super substantialis divinitatis pulchritudinem velut in speculo contemplari juxta proportionem prærogativæ, quæ inter illos est, et sanctificationis modum, quam a Spiritu sancto habent, nec hominum oculos prorsus effugere, testis est illa Abraham hospitalitas, testis hæc Monoxi oratio, *Morte moriemur, quia vidimus Dominum*⁶¹; testis ange-

⁵⁵ Joan. I. 1. ⁵⁶ Ibid. 18. ⁵⁷ Joan. XIV, 10. ⁵⁸ Ibid. 9. ⁵⁹ Matth. XI, 27. ⁶⁰ Act. V, 4. ⁶¹ Judic. XIII, 22. ⁶² Matth. XIX, 14; XVIII, 10. ⁶³ Joan. XIV, 17. ⁶⁴ Jer. XLII, 11. ⁶⁵ Psal. CVIII, 40. ⁶⁶ Psal. CXIV, 7.

lus, qui Tobie apparuit, et is, qui Virgini Ave dixit, Zachariæque concepturam Elizabetham pronuntiavit; ipse denique Christus testis, qui apostolos his verbis increpavit: *Sinile parvulos venire ad me. Angeli enim eorum semper vident faciem Patris mei, qui est in cælis*⁶². Item: *Spiritus veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum: quoniam apud vos manet*⁶³. Præterea per prophetam: *Ego vobiscum sum, dicit Dominus*⁶⁴, et Spiritus meus.

Si quis etiam animas corporibus præexistere dicat, easque angelorum et virtutum nominibus dignetur, angelos autem in peccatum lapsos supplicii loco in hoc corpus missos esse, ut hic primum judicium subeat, impium certe fuerit, et primi hominis creationi repugnans. Vetus enim eademque divina Scriptura nos docet, quemadmodum Adamus e limo formatus insufflationem divinam in facie sua divinitus exceperit, quæ etiamnum rationis et intellectus participans anima dicitur a nobis.

Origenes porro cum animarum præexistentiam introducit, et, quod absurdissimum est, eas angelos esse dicit, qui peccato lapsi fuerint, in hujus rei confirmationem hæc Davidica proferens: *Frius quam humiliarer, ego peccavi*⁶⁵; item, *Covertere, anima mea, in requiem tuam*⁶⁶, judicium dæmonum introducit ante tempus, eosque supplicii loco in corpore introductos esse dicit, quod quidem judicium determinavit Deus, ut Paulus apostolus ait, nec ulli tamen in hunc usque diem intulit; imo vero in mortuorum resurrectionem, totiusque mundi consummationem reservavit: quo etiam tempore dæmones in ignem exteriorem abibunt, qui eis eorumque præfecto præparatus est, eosque adeo damnati homines comitabuntur, propter illa, quæ in vita contra jus et æquum admiserunt.

Origenes ergo fabulatur, dum animas angelos esse peccato lapsos existimat, quarum substantia ex divina insufflatione dependeat.

Qui fieri etiam potest, ut Christus corpus ex sanguinibus virgineis compactum, animamque rationis et intellectus participem assumere dignatus sit, si animæ pro dæmonibus peccato lapsis habendæ sint? Christus, inquam, qui in mundum idcirco venit, ut dæmonum imperium destrueret, communemque generis humani salutem procuraret. Illi porro animarum præexistentia, quam introducit, Græcorum fabulamenta redolet.

Græci enim, animas præexistere rati, eas peccato obnoxias esse dicebant, quæ cum alio modo deteris maculis et sordibus, quibus insciebantur, expurgari, ad pristinamque puritatem redire non possent, idcirco corporibus infunderentur, quæque adeo expiatoriis virtutibus non abuterentur, eæ a corporibus resolutæ pristinam puritatem, since-

rumque nitorem denno recipent, cæterisque animis statim a reditu commiscerentur, quæ corporibus nullo se modo conjunxissent, quæ vero affectuum corruptioni obsequentes propriam dignitatem irritam et inutilem redderent, similesque speculo se præstarent, a quo levor ille purus et pellucidus absit, eæ ubi primum a corpore exirent, in chaos et Erebum præcipites darentur.

Horum porro verborum, *Prius quam humiliarer. ego peccavi* : item, *Convertere, anima mea, in requiem tuam* hic est sensus, ut his verbis seipsum vates commonefaciat, eaque in mentem revocet, quæ in Uriam scelerate admodum commiserat : humiliationem seu abjectionem pro turpi dedecore, quod in eum inde redundaverat, illoque seditionis tumultu, quo eadem de causa ab Achitophete et Absalone fuerat impetitus, subsequuta denique ab imperio deturbatione, necnon ignominiosa regis ex ædibus fuga, solitudinisque habitatione usurpans, quemadmodum alio etiam in loco psalleus Deo profitetur : *Dixi, Confitebor adversum me injustitiam meam Domino* ⁶⁷ ; item, *Bonum est mihi, quod humiliaveris me, et per exitus aquarum demersi sunt oculi mei : quia non servavi legem tuam* ⁶⁸. Quibus omnibus promulgatio quædam et recantatio continetur ejus quem anteactorum malorum pœnitet, quique cum propria colloquitur anima et eam ad gratias agendas exhortatur, pro beneficiis, quæ tum percepit, cum meritis pœnas eorum nomine non dedit, quæ in Deum contumeliosius admiserat. Per requiem autem, illam quoque animæ justæ peregrinationem intelligere possumus, qua quidem tristibus hujus mundi periculis libera subducitur, et corporis a se tabernaculum, tanquam onus grave excutit, ut Paulus etiam ait : *In hoc tabernaculo ingemiscimus gravati* ⁶⁹ : item, *Cupio dissolvi, et esse cum Christo* ⁷⁰.

Blasphemia non minore sequentia quoque sciant, quibus scilicet Adamum antequam Domini mandatum transgrederetur, imaginem Dei conservasse contendit, cujus nimirum anima nuda, nec ullis velamentis obducta esset, at in sola hominis forma conspiceretur. Transgresso autem mandato eandem illam imaginem amisisse ait, cum nimirum anima corpus hoc induisset, quod per tunicas pelliceas intelligit. Moses enim in Geneseos historia Deum sumpto limo hominem formasse, deinde animam eidem inspirasse scribit, qui cum mandatum transgressus esset, hæc a Deo audiverit : *Pulvis es, et in pulverem reverteris* ⁷¹, nec ita multo post exulare jussus sit, tandem vero exturbatus paradiso tunicas pelliceas induerit.

Jam qui fieri potest, ut is cui dictum est, *Terra es, et in terram abibis*, sine corpore fuerit, sed idolum duntaxat corporea forma conspicuum animæ circumjectum habuerit ?

A At vero curiosus hic homo, subtilitatisque studiosus plus quam satis est, hæc tunc elocutus mihi videtur, cum ex Platonice placitis, aliorumque philosophorum, quorum lectione animum suum teneris ab annis excoluerat, contraria nostræ fidei dogmata hausisset, et ad satietatem bibisset. Idolorum enim genera duo uni eidemque animæ rationis participi Græci attexunt, quorum alterum illi ab æterno cohæret, ab illisque divinum corpus et luminosum dicitur, alterum vero crassius, quod ex astrorum dispositione, ut aiunt, insitum eidem est. Atque huic secundo idolo nomen imponunt, animæque idolum rationis expers appellant, opinandi vi præditum, imaginativum, sensitivum, generationis appetens, necnon eorum quæ generationi subjiciuntur. Non enim uni eidemque animi naturæ, unius contemplationem, primas notions, exquisitas scientias, erroneas opiniones, eorum quæ sensibus objiciuntur apprehensiones, imaginativamque facultatem tribuunt, sed ei quidem parti, quæ rationis est particeps, præstantiora, ei vero, quæ ratione caret, ea quæ deteriora sunt assignant, non eo quidem animo, ut inde maculas ullas aut dedecus ullum diviniori naturæ irrogent, sed ut cum illa necessariis perfuncta fuerit muneribus, hæc ad ea se duntaxat convertat, quæ diviniora censebuntur,

C Hoc igitur idolum, quod et crassius diximus, hic quidem ab anima rationis particeps separari minime posse aiunt, at homine soluto nonnunquam præstantiorem illam, rationisque participem animam, cum luminosa figura, cumque parte rationis experte, ad propriam peculiaremque sortem subvehunt, nonnunquam vero sejuncta illa, quæ rationis expers est (quemadmodum de Hercule scribit Homerus) in Orco vel inter sidera collocant.

Itaque Origenes, ut mea quidem fert sententia, cum animam idolo hujusmodi vestiisset, quod proprias actiones, sibi que involutas circumferret, fore subjecit, ut una cum hoc illa resurgeret, futuroque judicio subiceretur, qua in re gentes prorsus imitatur, mortalis autem tactuique exposita caro deflueret, atque evanesceret.

Ad cujus absurdi dogmatis confirmationem his Apostoli verbis abutebatur, *Seminatur enim corpus animale, excitatur autem corpus spirituale* ⁷² : quod quidem Apostoli verbum corporum resurrectionem haudquaquam subvertit. Nec enim verisimile est, ut is in ea sit sententia, qui Domini resurrectionem cum corpore gentes apud omnes promulgat, ejusdemque nos formæ participes fore prædicat, qua ille fuit, cum a mortuis resurgeret. Sed corpus animale, inquit, illud est, quod affectibus et fluxui obnoxium est, quemadmodum alibi hominem animaleum idem vocavit Apostolus eum, qui omnia ex animi ratiocinationibus metitur, nec rerum

⁶⁷ Psal. xxxi, 5. ⁶⁸ Psal. cxviii, 71. ⁶⁹ II Cor. v, 4. ⁷⁰ Philip. i, 25. ⁷¹ Gen. i) r. 19. ⁷² I Cor. xv, 44.

divinarum ullam meditatur, nec earum, quæ naturæ seriem transcendunt, in quibus tamen se animus exercere solet.

Cujusmodi, quæso, sunt ea, quæ levis hic et inconstans homo de eo tradebat, quod ad imaginem creatum est, quo tempore novam rerum divinarum interpretationem moliebatur, eaque ad animi sui sensa et conceptiones tyrannice revocabat. Aliud enim Deum, aliud id quod ad imaginem efformatum est, aliud item similitudinem, aliud id quod ad similitudinem effectum est esse statuebat. Atque primas quidem imagines et similitudines, Dei angelos aliasque virtutes esse dicebat: nos autem secundos ab illis, ut minores illis, qui ad illorum scilicet imaginem efformati simus. Deinde ad deteriora deflectens imaginem invisibilis Dei unigenitum Filium vocat, apostolica voce corrupta, nec eo adjecto, quod in illo mutationi obnoxium non est, nosque ad imaginem Dei, seu Filii unigeniti, factos esse scribit, quod impietate non caret.

Ad Dei enim imaginem idcirco creati dicimur, quia in nobis dominatur ratio, qua duce, artes a nobis inventæ sunt, virique adeo rerum divinarum cognitione celebres pleraque ad Dei gloriam, et magnificorum ejus operum laudem excogitarunt. Proinde, ut ex iis quæ a nobis dicta sunt perspicuum est, ejus participes sumus, quod ad imaginem effictum est, ejus vero quod ad similitudinem ii, qui virtute perfecti evaserunt: nullumque non moverunt lapidem, quandiu vixerunt, quin rerum cognitionem, qua converti possent ad Deum, consequerentur, eademque votis omnibus expeterent, quæ semper eodem se modo habere dicuntur: quos idcirco divina Scriptura deos Altissimique filios appellat, neque eodem quo cæteros nomine compellat, quos cum jumentis insipientibus confert: iisque similes evasisse clamat, qui male Dominum calcibus impetant.

Nec vero mirum, quod Origenes pleraque in Deum minus convenientia commentus et prolocutus, paradisum quoque et aquas, quæ tam infra, quam supra firmamentum esse dicuntur, allegorice exponat (hoc enim de illo non parvus professorum veritatis numerus asserit, nec aquas cum nonnullis doctoribus Hebræis, tam priscis quam recentioribus, ad angelicos ordines refert: sed gentium synagogis accommodat, quæ quidem scaturientibus aquis similes in multijugas fides, et multifidas derivatæ et effusæ sunt, donec in unam synagogam Christi apparitione per angusta confragosaque loca fluentes coaluerunt, quemadmodum alii nihil ab historiæ Mosaicæ veritate aberrantes, naturam nostram cum paradiso, bonum autem nobis a Deo insitum cum fonte velut a paradiso scaturiente et profluente contulerunt: bonumque ipsum

⁷³ I Cor. III, 13, ⁷⁴ II Petr. III, 10 seqq.

(51) Aristot. in Ethicis ex Theognide.

(52) Hujus dogmatis meminit Ovidius *Metam.* I: *Esse quoque in fati reminiscitur, affere tempus, etc.*

A quatuor in flumina, hoc est, præcipuas virtutes. prudentiam, justitiam, fortitudinem, et temperantiam diduxerunt: ita ut Phison cum prudentia conferatur, qui omnem terram Evilat, hoc est animam laboribus et angustiis oppressam, circuit: hæc enim est Hebraicæ dictionis interpretatio quia nimirum labore prudentiam consequimur: quæ nihil est, quam collectio, et coacervatio, imo vero etiam æmulatio eorum, quæ honeste aliquando gesta sunt, vel etiamnum geruntur.

Gæon autem, qui Æthiopiæ regionem circum alluit temperantiæ accommodatur, quæ cupidam animæ partem quodammodo constringit et continet. nec in absurdas actiones diffluere sinit.

B Tigrim autem, qui ex adverso Assyriorum fluit, fortitudinis symbolum esse voluerunt, quia scilicet Tigri non absimilis est ille animi ardor, et constans eorum propositum, qui ex spiritus præscripto vitam instituunt. Illi enim impavidi ea penetrant, quæ aliis terrorem afferre videntur.

Justitiam denique cum Euphrate conferunt, quæ nulla parte circumscribitur, quemadmodum virtutes cæteræ; sed per omnes discurrit omnibus adest, omnes exornat, omnes amplexu suo fovet (51).

Sed hæc hactenus, quorum quidem narratio, ut opinor, auditoribus haud inutilis fuerit.

C Pauli porro locus, quo ait: *Uniuscujusque opus quale est, ignis probabit; dies enim manifestabit, quia in igne revelatur*⁷³, hoc sensu accipi potest. Heraclitus quidem philosophus elementum primum ignem esse statuens, etiamnum servari, et cætera servare dicebat, quæ nimirum contrariis inter se qualitatibus commista sunt, ita tamen cætera elementa sui effusione superaturus aliquando esset: atque suis limitibus tanquam crateribus emissus, usque adeo efficaci qualitate sua intumesceret, ut omnia quæ sunt in rerum natura depasturus et assumpturus esset (52).

Apostolus autem de igne hujusmodi nequaquam verba facit: cum mundi pars, ipse quoque sit, et corruptioni universi ipsius obnoxius, neque de illo quidem, cujus apud apostolorum columnen Petrum his verbis mentio fit: *Veniet dies Domini, ut fur in nocte: in qua cæli cum magno impetu præteribunt, elementa autem æstuantia dissolventur. Terra vero quæque in ea sunt opera comburentur.*

D *Si ergo hæc omnia solvantur quales esse nos oportet in sanctis conversationibus, et piis operationibus, expectantes, et accelerantes adventum diei Domini, in qua cæli ardentes dissolventur, et elementa æstuantia liquescent*⁷⁴? At vero ignem alium intelligit, qui scilicet gehennæ quasi quædam portio fragmentumque sit, ad quem nos quoque tunc admovendi sumus, ut in eo purgati, vel dextræ parti, vel sinistræ accensea-

mur. Vel ignis nomine Deum etiam ipsum intelligere possumus, qui lumen quoque dicitur, nec ignis appellationem dedignatur. Idem enim hic et nominæ caret, et nominibus abundat, pro habitu nostrorum ratione appellationem subinde mutans. Quia enim animam purgat et candori pristino restituit, atque maculas inhærentes eluit, quas ei vitium inusserat, idcirco lumen est et dicitur, quo lumine nihil quidquam lucidius splendidiusque dici possit. Quia vero materiam consumit, ignis idcirco dicitur, quemadmodum et alibi quia secat, dividit, et ad animæ medullas pertingit, ea de causa gladius et sermo acutus nuncupatur. *Uniuscujusque ergo opus, quale fuerit, ignis probabit.* In hoc quidem mundo aliorum probationi exponimur, ubi permultus error inest, permultaque commissorum delictorum repensatio, atque opus quidem ipsum coronis plerumque vel supplicii dignum est: amicorum tamen opem ferentium consolatione disertique oratoris patrocinio persæpe sit, ut iudex ad misericordiam flectatur, eoque adducatur, ut sententiam immutet: illic autem quale est uniuscujusque opus ignis probabit. Nec enim iudex circumveniri, nec tribunal muneribus corrumpi potest, et simul atque propius ad iudicem quis accessit, igne quoque jam probatus est. Exactissima enim actionum probatio ab ipsius iudicis natura dependet: *Dies enim, inquit, manifestabit, quod igne cuncta revelentur.* Hæc est præcedentis dicti confirmatio. Quia enim nos igne universos iudicatum iri dixit, ignis autem ille, qui vitium consumit, et in favillam convertit, ipse Deus est, ea de causa subiecit: *Dies enim manifestabit quod in igne cuncta revelantur.* Diem Apostolus hoc loco pro sæculo futuro posuit: vel quia solis cursu non ita regitur, ut dies sit, cui mox vicissim succedat: vel quia si cum præsentis vita conferatur, dies nocti similis est. Hæc ergo *dies, inquit, manifestabit quod omnia in igne revelantur.* Cæteris enim iudiciis antiquatis, omnique tormenti et inquisitionis genere longum valere iussum, operum nostrorum iudicium coram solo Deo nobis superfuturum esse constat. Nullus enim illic erit, qui rerum administrationem aliis ambitione extorqueat, aut iudicia circumveniat, aut iudicis voluntatem sibi conciliet, aut legem divinam et insolubilem immutet: *Si cuius ergo opus manserit, quod superædificavit, mercedem accipiet: si cuius autem opus arserit, multabitur.* Quemadmodum enim si nostrum hunc in ignem, qui sensibus est expositus, materia quæpiam cum alia conjiciatur, quæ pura vereque aurea sit, magis ac magis in fornace splendet: et quo efficacior ignis est, eo etiam res in eum coniecta pellucidior evadit. Si quid vero plumbi aut stanni participes in eundem incidat, materia deteriore assumpta pristinus ille massæ tumor imminuitur: ita etiam posteaquam homines simul omnes igni divino et purgatorio, ipsi inquam Deo, propius

admoti fuerint, quicumque anima pura et pellucida præditus erit, clarior ex ignis probatione factus, mercedem accipit quæ vera auræ ejus animæ, actionisque sinceræ, nec ulla delictorum labe conspurcæ, retributio est: quia nimirum Deo conjungitur, ignemque divinum illum perfert? et puro illius immistus lumini, creatoris tandem beneficio Deus evadit. Manet enim opus ejus, quod superædificavit. Superædificavit autem in eo turres et propugnacula, hoc est inexpugnabilia fidei dogmata, virtutum fastigia, ea, inquam, per quæ, tanquam per intermedios gradus, si quis e terra sursum ascendat, ipsum Deum videre possit. Hujusmodi muri, hujusmodi rænia divina, haudquaquam flammis absumuntur, sed magis magisque firmantur et servantur. Quod si quis fasciculum stipularum quæ materia facile absumitur, igneque conflatur (quemcunque intelligere velimus, ut meo iudicio malorum operum copiam) propria in anima gustaverit, simul ad ignem propius accesserit, conflagrationem ferre non poterit, proinde multabitur. Multam vero hic non ut quidam arbitrati sunt, pro materiæ conflagratione accipiendam puto, sed pro eo quod quis divini luminis particeps haudquaquam fiat, neque creatoris splendore dignus habeatur. Talis ergo vir multabitur, et servabitur. Quibus in verbis inesse videtur contrarietas. Nam si multæ nomine privatio luminis, nomineque salutis ejusdem luminis fruitio intelligi debeat, qui fieri poterit, ut eodem temporis momento idem homo multetur et salvus evadat? Itaque sciendum est, salutis emphasin hoc loco aliam esse ab ea, quæ vulgo inolevit. Hoc enim loco verbum *servari* haudquaquam salutem promereri significat, sed igne non absumi, aut conflagrare: quandoquidem adamantem quoque in igne servari dicimus nonnullaque animantia fornacibus admota servari quodammodo dicuntur, quoties ignis calorem perferunt, nec uruntur aut mutilantur. Proinde servatus in igne is quoque dici potest, qui multatur, cum præsertim sit immortalis corpore præditus, quod nec incisionibus ullis, nec adustionibus obnoxium est. Quod autem hoc sensu verbum *servari* capiatur, ex eo patet, quod subiecit Apostolus. Postquam enim dixit: *Ipsæ autem servabuntur*, modum quoque addidit, his verbis, *D tanquam per ignem*, nec enim, inquit, præstantiore salute, sed deteriore fruetur, ea nimirum, quæ sit per ignem.

Origenes ergo hinc, ut dixi, arrepta occasione, animas pristino statui restituendas esse confirmat: dum supplicium illud, quod in sacris Evangeliiis æternum dicitur, non minus atque gaudium perpetuum interpretatur aperteque demonstrat fore, ut animæ, quæ peccato lapsæ materiam vitiorum sibi aggresserint, tantisper in igne maneat, dum vitiorum suorum sordes absumantur: quibus assumptis illæ denuo servabuntur, posteaquam flammis excæ et expurgatæ fuerint, ita tamen ut vermis sint

sine permaneat, nec gehenna exstinguatur, quem admodum Dominus in Evangeliiis ait, ut hoc pacto stimuletur in posterum, refriceturque memoria divinæ humanitatis in animis, quæ a perennibus hisce suppliciis liberatæ fuerint.

CAP. XXXII.

Tricesima secunda, Pauli Samosatani; hi unguuntur.

Paulus hic Samosatis, in Mesopotamia ortus, Antiochæ magnæ præfuit post Demetrianum, decimumquintum ejus urbis episcopum: qui cum Zenobiæ obsequeretur, in absurdissimam hæresin prolapsus est. Quæ porro de Zenobia circumferuntur, ita se habent. Quo tempore Galienus Valeriani filius Romanis imperabat, Macrinus in eum insurrexit. Odennathus autem Palmyriæ metropoleos Arabiæ princeps Galienum juvabat: quapropter hic victoria parta, administrationem totius Orientis illi concedidit.

Cæterum Odennatho, a domesticis cæso, nec ita multo post Galieno vita defuncto, successit in imperium Claudius, quem cum Persæ bello devicissent, Zenobiam Odennathi conjugem Syriæ Phœniciæque præfecerunt. Cum vero paulo post ipse quoque Claudius e vivis excessisset, Aurelianus imperator creatus contra Zenobiam exercitum movit: eamque captivam abduxit. Huic ergo, quem admodum diximus, etiamnum prædicta loca regenti cum Paulus obsequi vellet, ut quæ Judæismum profiteretur, ipse quoque unum esse Deum docuit, qui pater, et Filius, et Spiritus sanctus unus idemque diceretur. Unus enim, inquit, Deus est, et Filius ejus in eo, quemadmodum in homine sermo. Ipse autem Sermo cum in terram venisset, habitavit in homine, qui Jesus dicebatur, completaque dispensatione, ascendit ad Patrem. Jesus vero Christus inferior est, qui ex Maria initium habuerit.

Hujusmodi ergo Pauli dogma fuit, quod partim cum Noeto et Sabellio consentit, partim ab utroque discordat: quandoquidem illi quoque inter se quadantenus dissenserunt. Eo enim quod unum Deum, quasi tribus distinctum personis asserunt, hitres inter se conveniunt: in hoc autem differunt quod Noetus quidem Patrem ipsum in forma et nomine passum esse dicit, Sabellius autem ipsum quidem Patrem, at non ut Patrem, sed ut Filii persona indutum: Paulus denique non prorsus ut Patrem, sed ut Filium.

Atque hæc sunt, in quibus hic vel cum prædictis hæresiarchis concordat, vel ab iisdem dissentit. Aperte vero cum Artemone et Theodoro coriario consentit, qui Dominum Jesum Christum nudum et simplicem hominem perspicue tradunt.

Quæ cum ita se habere Ecclesiarum moderatores compertum exploratumque haberent, haudquaquam

⁷⁵ Gen. 1, 26.

(53) Theodotus qui et Georgius mirificus.

negligenda esse duxerunt, sed Antiochiam ad hanc hæresin e medio tollendam convenerunt. Concilio præerant Theodorus (53), qui et Gregorius mirificus, Neocæsariensis episcopus, Athenodorus ejus frater, qui Ponticarum Ecclesiarum uni præerat, Firmilianus Neocæsareæ, quæ in Cappadocia est, episcopus, Helenus Tarsi, Icomas Iconii, Hyemenæus, Hierosolymorum, Theotecnus Cæsareæ, quæ in Palæstina est, Maximus Bostrorum, et Anatolius Laodiceæ, quæ Syriæ finitima est, episcopus magnus autem ille Dionysius Alexandrinus præ senio interesse quidem non potuit, litteris tamen eos qui convenerunt, ad veritatis propugnationem exacuit.

Coacta autem synodo Paulus inficias ire jam paratus erat, cum Malachion, qui antea quidem sophisticam artem exercuerat, postea vero presbyterii dignitate exornatus fuerat, disputationem adversus illum instituit. Cumque hoc pacto detecta fraus ejus esset, qui Christum hominem divina præ cæteris gratia exornatum diceret, e sacerdotum cœtu segregatus merito est. Quia vero ecclesiastici se ei opposuerant, Aureliano tunc temporis imperanti hæreses ejus patefecerunt, persuaseruntque, ut ab Ecclesia illum exturbaret. Quamvis enim ille idolorum cultui deditus esset, æquum tamen existimabat, ut qui ejusdem fidei consortibus contradiceret, is ab eorum cœtu, communi omnium calculo excluderetur.

THEODORI SCUTARIOTÆ SCHOLION.

Sciant lectores hoc Samosateno Paulo deposito, clericorum et episcoporum, quos instituerat, nullum esse cum eo depositum. Sed quia omnes in sanctissimorum Patrum nostrorum, a quibus ille depositus est, sententiam pedibus iverant, idcirco suis dignitatibus singuli restituti sunt.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Paulus Samosatenus terra erat nec bona, nec fertilis, nec divinæ sementi accommoda, sed sentibus et tribulis horrida: nimirum dogmatis ab inculcata et orthodoxa fide nostra dissentaneis? atque adeo, ut ita dicam, cloaca quæpiam cœnum ejectans, quod in Dei Filium vel ipsi posteri ejacularentur. Ex hoc enim cum Nestorius hausisset, atque bibisset, cum nudum et simplicem hominem esse, qui revera Deus erat, asseruit, ut explanatius in Nestoriana dicemus historia. Paulus itaque Sabellio et Noeto Ephesio consentanea professus, inanes cum illis voces eructat: Patremque, Filium, et Spiritum sanctum, in unam eandemque coarctat hypostasin, prædivinamque naturam animali cuiquam trinomini similem tradit, cum tamen multis e Scripturæ locis eam triplici definitam hypostasin didicisset, atque ex Veteri quidem Testamento, ubi ait: *Factamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* ⁷⁵: quæ Patris verba sunt ad eos, qui sua e substantia processerant, qui etiam

creatricis cum illo Dominicæque dignitatis participes fuerant. Idem ubi ait : *Ecce Adam factus est, sicut unus ex nobis*⁷⁶, sive ut unusquisque nostrum, qui tres personæ una in divinitate sumus. Quamvis enim hoc ironice dictum sit, nullo tamen modo unicam personam significare potest. Item ubi sic habet : *Apparuit Abraham Deo juxta quercum Mambre. Respicens aulem oculis suis vidit : et ecce tres viri steterunt supra eum, et intuitus occurrit obviam illis : et adoravit in terra, et dixit : Domine, si inveni gratiam coram te, ne prætereas servum tuum*⁷⁷. Vident quomodo Scriptura testetur Deum apparuisse Abraham, tres autem fuisse, qui apparuerint. Et quamvis tres essent, eum tamen cum uno esse collocutum, quod omnino ita factum est, ut una eademque tribus sub personis Divinitas cluceret. Quod si quis unum tantum Deum, duosque angelos esse dicat, quomodo una cum Domino sedere ausi sunt? Item : *Pluit Dominus super Sodomam et Gomorrhæ ignem et sulphur a Domino de cælo*⁷⁸. Item : *Audi, Israel, Dominus Deus tuus, Dominus unus est*⁷⁹. His certe verbis Dominus, Deus, itemque Dominus, hypostases : his autem, unus est, una in tribus Divinitas subindicatur. Quibus hæc Davidica consentanea sunt : *In Deo laudabo Verbum, in Domino laudabo Sermonem*⁸⁰. Item : *In Deo speravi, non timebo quid faciat mihi homo*⁸¹. Item : *Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua*⁸². Item : *Invoca me in die tribulationis tuæ*⁸³. Item : *Vivit Dominus, et benedictus Dominus*⁸⁴. Item : *Exaltetur Deus salutis meæ*⁸⁵. Quibus hæc addi possunt : *Verbo Domini cæli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum*⁸⁶. Item : *In lumine tuo videbimus lumen*⁸⁶, id est, In Filio tuo cognoscemus Spiritum sanctum. Per ipsum enim ea quæ sunt de Spiritu sancto cognoscenda, non minus quam ea quæ de Patre, manifestius cognovimus. Imo etiam in libro Jeremie

ita scriptum est : *Hic est Deus noster, et non æstimabitur alius adversus eum*⁸⁷ : quibus id quoque subjunxit, quod subsequitur : *In terris visus est, et cum hominibus conversatus est*⁸⁸. Micheas quoque ait : *Et tu Bethlehem terra, Juda, ex te enim exiit dux qui reget populum meum Israel*⁸⁹. Sed Daniel etiam ita scribit : *Aspiciebam in visione noctis, et ecce cum nubibus cæli quasi Filius hominis veniebat : et usque ad Antiquum dierum pervenit : et in conspectu ejus obtulerunt eum : et dedit ei potestatem, et honorem, et regnum, et omnes populi, tribus, et linguæ servient ei : potestas ejus, potestas æterna, quæ non auferetur : et imperium ejus non corrumpetur*⁹⁰.

Verumenimvero si quis Testamentum Velus evolvat, prophetasque percurrat, triplici illa cherubica sanctificatione, et hujusmodi plerisque sanctam designari Triada videre possit, quemadmodum et hoc Davidico : *Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*⁹¹. Item, *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*⁹². Aurora enim, et ejus consortes, animalium visceratione rem sacram fecerunt : pane autem et vino, solus omnium Melchisedech : qui Christi etiam atque initiationis mysteriorum ejus typus erat : cui Davides quoque sacerdotium æternum vaticinatur. Ex nostro autem, seu Novo Testamento clariora, et majoris ponderis testimonia expiscari queat, quemadmodum ex Triadis supersubstantialis mysterio, quod per incarnatum Christi adventum illuxit. In ipso enim quasi limine angelus Virgini dixit : *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obrabit tibi*⁹³ : quibus verbis divinitatem tribus hypostasibus contentam subindicavit. Qui plura volent, ex aliis quoque, evangelicis dictis venari poterit, in quorum mentionem incidimus obiter, cum de Sabellii dogmatibus ageremus.

CAP. XXXIII.

Tricesima tertia hæresis, Manichæorum et Cubricorum ; hi baptizantur.

Hi Acuanitæ tandem dicti sunt, propterea quod Acua quodam, e Mesopotamia oriundo, impuræ hujus hærescos doctores usi sunt. Manichæi vero et Cubrici ab antiquo denominati sunt, nimirum a Manete Persa, qui Cubricus antea vocabatur sibi que postea Manetis nomen indiderat. Cæterum hac voce Manes Babyloniorum idiomate vas, vel, ut quidam volunt, dialecticus designatur. Paracletum porro se ipsum miser hic Manes vocabat, Christumque sola phantasia, seu simulatione, apparuisse, atque passum esse docebat. Insuper prin-

Περὶ Μανιχαίων τῶν καὶ Κουβρίων (α).

Οὗτοι Ἀκουανῖται μὲν ὑπερὸν ἐκλήθησαν, διότι Ἀκούαν οὕτω καλούμενον τινα ἐκ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν ὀρμώμενον ὑπεγγητὴν ἔχοντες μιαιφάνειαν αἰρέσεως. Μανιχαῖοι δὲ καὶ Κουβρίκοι ἀνωθεν ἀνομάθησαν ἀπὸ Μανέντος Πέρσου· ἐκεῖνος γὰρ Κουβρίκος ἐκλεῖτο πρότερον, εἶτα μετεκάλισεν αὐτὸν Μανέντα· δηλοῖ δὲ ὁ Μάνης τῇ Βαβυλωνίῳ γλώσσῃ τὸ σκεῦος, ἢ ὡς ἐνίοι φασὶ τὸν διδασκαλικόν. Πρὸς κλητὸν δὲ αὐτὸν ἐκάλισεν ὁ ἄθλιος Μάνης· καὶ τὸν Χριστὸν ἔφη δοκῆσαι μόνῃ καὶ φανῆναι καὶ παθεῖν. Ἡρὸς τοῦτοις εἰσηγήσατο δύο ἀρχάς, πονηρῶν τε καὶ

⁷⁶ Gen. iii, 25. ⁷⁷ Gen. xviii, 1 seqq. ⁷⁸ Gen. xix, xlix, 14. ⁷⁹ Ibid. 15. ⁸⁰ Psal. xvii, 47. ⁸¹ Ibid. ⁸² Psal. xxxii, 6. ⁸³ Psal. xxxv, 40. ⁸⁴ Baruch. iii, 6. ⁸⁵ Ibid. 38. ⁸⁶ Mich. v, 2. ⁸⁷ Dan. vii, 13, 14. ⁸⁸ Psal. cix, 1. ⁸⁹ Ibid. 4. ⁹⁰ Luc. i, 55. ⁹¹ Deut. vi, 4. ⁹² Psal. lv, 5, 11. ⁹³ Ibid. ⁹⁴ Psal. lxxvii, 14.

(α) Græce apud Malum Biblioth. nov. tom. IV, part. II, p. 110.

ἀγαθὴν· δύο γὰρ ὑποθέμενος ἀγεννήτου; καὶ ἀϊδίου, θεὸν τε καὶ ὕλην, τὸν μὲν θεὸν προσηγόρευσε φῶς, τὴν δὲ ὕλην σκότος· καὶ τὸ μὲν φῶς, ἀγαθόν· τὸ δὲ σκότος, κακόν. Τὴν Παλαιὰν Διαθήκην ἐδλασφήμησε, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ λαλήσαντα, καὶ πάντας τοὺς προφήτας· ἡλίφ καὶ σελήνη, καὶ ἄστροις θεοῖς προσκυνεῖν ἐπέτρεψε· μετενσωματώσεις ψυχῶν ἐδίδασκε· σαρκὸς ἀνάστασιν ἠρνήσατο· βοτάνας καὶ δένδρα καὶ ὕδωρ καὶ τὰ λοιπὰ πάντα ἔμψυχα εἶναι ἀπεφήνατο· καὶ ἕτερα μῦθια τοιαῦτα παρελήρησεν. Τελευταῖον δὲ τὸν τρόπον τοῦτον πνεύματι κερφωθεὶς οἰήσεως, καὶ τοῖς αὐτὸν ἀγοῦσι δαίμοσι θηρόντας, τὸν υἱὸν τοῦ βασιλέως Ηερσῶν ἀσθενοῦντα θεραπεύειν ἐπιγγέλατο· καὶ δὴ προσήνεγκέ τινα τούτῳ θεραπευτικὰ φάρμακα· αὐτίκα δὲ τὸ μεράκιον ἐν ταῖς αὐτοῦ χερσὶ διεφώνησεν. Ὀργισθεὶς οὖν ὁ βασιλεὺς, εἰς φυλακὴν τοῦτον κατέκλεισε· καὶ τότε μὲν χρήματα πλείστα τοῖς φύλαξι παρασχών, ἐξέφυγεν. Ἰστέρον δὲ κατασχεθεὶς, ἐξεδάρη καλάμοις· καὶ τὸ δέριμα τούτου πλησθὲν ἀχρόν ἐφυλάττετο ἐν Περσίδι· τιμῶντες δὲ αὐτὸν οἱ Μανιχαῖοι ἐπὶ καλάμων τὰς ἰδίας κοίτας ποιοῦνται.

pollis paleis suffarcinata in Perside servabatur. Cæterum in ejus honorem Manichæi super arundinibus lectos suos insternunt.

Ἀντίρρησις.

Τὴν ἀποστολικὴν ῥῆσιν τὴν λέγουσιν ἐν ὁμοιώσει ἀνθρώπου φανῆναι τὸν Κύριον, καὶ σχήματι εὐρηθῆναι ὡς ἄνθρωπον, οἱ Μανιχαῖοι κακῶς ἐκλαβόμενοι, αἵρεσιν ἑαυτοῖς συνεστήσαντο φάσκοντες, κατὰ φαντασίαν μόνην ὀφθῆναι καὶ παθεῖν τὸν Χριστόν. Ἡμεῖς δὲ ὁ τῆς φύσεως Χριστοῦ λεῶς, τὸ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου γενέσθαι καὶ σχήματι εὐρεθῆναι, οὕτω θεοσεβῶς νοεῖν ἐδιδάχθημεν, καὶ πιστεύομεν ὅτι τὴν ἡμετέραν φύσιν προσλαβὼν καὶ ἴσος ἡμῖν ὤφθη καὶ ὁμοῖος ὡς μορφῇ δούλου λαβὼν, ἦτοι φύσιν ἀνθρώπου δεξάμενος, οὐ κατὰ ἀνθρωπίνην ἀκολουθίαν ἀλλὰ δι' ἄγαθου σπέρματος. Τὸ μὲν γὰρ ἐκ γυναικὸς προελθεῖν, ἀνθρώπινον καὶ αὐτῷ τῷ Χριστῷ ἴδιον· τὸ δὲ ἐκ παρθένου, ὑπὲρ ἀνθρώπου καὶ μόνου Χριστοῦ. Εἰ γὰρ καὶ τὸ ἀνθρώπινον εἶδος εἶχε, καὶ ἀληθῶς αὐτὸ περιέκειτο, ἀλλ' οὖν πλέον εἶχεν ἀνθρώπου, τὸ μὴ ψιλὸν αὐτὸν εἶναι ἄνθρωπον, ἀλλ' ἡνωμένον θεότητι· καὶ ἄλλως δὲ εἶπεῖν τὸ ὁμοίωμα καὶ τὸ σχῆμα, καὶ τὸ ἀμφίβολον τοῦ ἐπιβήματος τοῦ ὡς ἀνθρώπου, δοκοῦσιν οἷον τῷ τῆς ἐνανθρωπήσεως λόγῳ λυμάλνεσθαι. Ἡλὴν οὐχ ὁμοῖος ἀνθρώπου ὁ Κύριος γέγονεν, ἀλλ' ἀνθρώπος τέλειος οὐδ' ὡσπερ ἐν σκηνῇ δραματουργήσας τὸ σῶμα, καὶ τὴν οἰκονομίαν ὑποκροθεὶς, ὑποβολιμαῖον προσωπεῖον τὸν ἀνθρώπον ἐξωθεν περιεβάλετο, οὐθ' ὡσπερ αἱ κατὰ τῶν τοίχων διὰ χρωμάτων σκιαί, σχῆμα μόνον καὶ οὐ τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν προσεἴληφεν, ὡς μὴ κυρίως εἶναι ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς ἀνθρώπος φαίνεσθαι. Ταῦτα γὰρ ἡ ἐπιπόλαιος τοῦ ἀποστολικοῦ λόγου ἐπιβολὴ ἐμφαίνει τοῖς μὴ εἰς τὸ βάθος ἐγκύπτουσιν. Ἄλλ' οὐσιώσας ἐν ἑαυτῷ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν,

A cipia duo, bonum et malum introducebat. Positis enim duobus non genitis et æternis, Deo scilicet atque materia. Deum quidem lumen, materiam autem tenebras appellabat. Atque lumen quidem bonum, tenebras autem malum. Vetus Testamentum, et eum qui locutus in illo, cum omnibus suis prophetis, blasphemus ille maledictus incessabat. Solem, lunam et astra, tanquam deos, adorare suadebat. Animarum a corporibus in corpora migrationes docebat. Carnis resurrectionem inficiabatur. Herbas, arbores, aquam, et cætera omnia habere contendebat: atque innumera hujusmodi alia deliramenta proponebat. Tandem autem arrogantia spiritu elatus, dæmonum a quibus subvehebatur, auxilio fretus, se Persarum regis filium morbo laborantem, pristinae sanitati restitutum pollicitus est: eique adeo cum pharmaca morbo curando accommoda applicuisset, excontinenti puer in manibus ejus expiravit. Quocirca rex ira percitus in carceres illum coniecit: unde custodibus pecunia corruptis aufugit. Ad extremum autem comprehensus, et arundinibus excoariatus est: ejusque

Hæreseos præcedentis consulatio.

Apostolicam vocem, quo Dominus in hominum similitudinem factus, et habitu inventus ut homo⁹⁶ fuisse dicitur, Manichæi male detorquentes, hæresin suam constituerunt, solaque phantasia, seu simulatione, Christum apparuisse, et passum esse dixerunt. Nos autem, qui populus sumus, quem Christus plantavit, ipsum in similitudine hominis fuisse, et habitu inventum hoc sensu pie intelligere didicimus, ut et credimus, eum scilicet, assumpta natura nostra, nobis æqualem et similem apparuisse, ut qui servi formam accepisset, seu hominis naturam assumpsisset, nec eam quidem humana conditione, sed absque semine. Quod enim ex muliere processerit, humanum, id ipsique Christo proprium fuit. Quod vero ex virgine, id humana conditione præstantius, atque proprium Christi solius exstitit. Etsi enim humana forma vere præditus erat, hoc tamen hominem superabat, quod homo simplex nudusve non esset, at divinitati conjunctus. Alioqui, ut ita dicam, similitudo, et habitus, et adverbii, ut homo, ambiguitas, incarnationis rationi velut officere videntur. Cæterum Dominus haudquaquam similis homini, sed perfectus homo fuit: nec tanquam in proscenio fabulam acturus, corpus et dispensationem confingens, subdititiam hominis, personam exterius assumpsit, nec tanquam umbra, quæ colorum adminiculo parietibus appinguntur, habitum solum, nec item hominis naturam assumpsit, ita ut non proprie homo fuerit, sed ut homo apparuerit. (Hæc enim Apostoli verba in superficie præ se ferunt, si qui profundius non

⁹⁶ Phil. ii, 7.

perscrutentur.) Imo vero natura hominis ad suam ipsius substantiam applicata, eandem cum divinitate commistam ita conservavit, ut neque cum illa confunderetur, neque commutaretur. Similitudinem porro quodammodo duplicem esse didicimus, altera enim de re dicitur, quæ mutationi obnoxia est, altera vero de re, quæ semper eadem manet. Imagines enim, quæ ab exemplari processerunt, si inter se conferantur, similes: si cum exemplari, æquales esse dicimus: at vero cum exemplari ita conferuntur, ut quæ mutationi sunt obnoxia, quo nimirum et exemplaris et imaginis ratio diversa servetur: inter se vero, ut quæ nullo commutari modo queant, ut nimirum exemplaris quoque imagines permaneant. Beatus itaque Apostolus Deum homini similem dicit, ratione substantiæ, quæ nulli mutationi obnoxia est. Sed habitu etiam inventum ut hominem addit. Porro habitus duplex intelligitur, nimirum fictitius et verus. Rectum enim hominis habitum esse dicimus, et hic est verus: sed habitum Socratis aut Platonis ab hoc vel illo eorum, qui personas in prosceniis effingunt, assumptum esse dicimus, quemadmodum in fabulis seu comædiis et tragædiis, agendis antea moris erat: atque hic fictus et falsus habitus est. Hoc itaque loco habitus veritatem præmonstrat. Habitu enim Dominus inventus est homo, hoc est ipsa humana substantia, quæ tali habitu efformata erat: nec enim solam hominis substantiam in propriæ hypostaseos substantiam convertit, forma autem, seu humano habitu quem assumpsit, diverso, nec nostro assimilî præditus processit, sed et substantia et habitu inventus est ut homo.

Cæterum duo principia non esse, quorum alterum bonum, alterum malum sit, ut Manichæorum astruit impietas, hinc haud dubie perspicuum fiet. Bonum et malum inter se contraria sunt, seque mutuo perimunt, nec simul consistere possunt, quemadmodum neque lux cum tenebris subsistere potest. Proinde horum unumquodque pars totius futura est: et primum quidem horum unumquodque non a toto solum, sed etiam a totius parte circumscribetur. Quis enim contrariis, nimirum bono et malo, viam præcludet? nec enim quis utrumque simul domo pedem elferre, conciliarique inter se dixerit: quandoquidem ne malum quidem, id est, ex quo pax oritur, quodque tantopere a bono amatur: neque bonum vicissim bonum est, quod quidem malo benevolum se ostendit. Quod si quis aliorum cuique propriam sedem, quam commorari possint, assignet, ille certe solus erit Deus, qui simul et semel assumpsit ea, quæ inter se vel maxime repugnabant. Proinde duorum alterum in his eveniat necesse est, nimirum aut ea inter se convenient, seseque mutuo patiantur: vel ut medium aliquod intercedat, quo bonum a malo discernatur, sitque quasi septum aliquod transversum, quo alterum ab altero dirimatur: atque ita non jam duo, sed tria principia erunt, quorum unum cætera velut in pace custodiat, necesse est: quod

ἠτήρησε ταύτην ἐν τῇ πρὸς τὸ θεῖον ἀνακράσει ἀσύγχυτόν τε ἀναλλοίωτον. Διπλῆν δὲ τινα τὴν ὁμοιότητα διδασκόμεθα· τὴν μὲν, τὸ παρηλλαγμένον ἔχουσαν· τὴν δὲ, τὴν ταυτότητα σώζουσαν. Τὰς μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ πρωτοτύπου προελθούσας εἰκόνας, πρὸς τε ἀλλήκας ὁμοίας εἶναι φαμεν καὶ πρὸς τὸ πρωτότυπον· ἀλλὰ πρὸς μὲν τὸ πρωτότυπον, παρηλλαγμένως, ὅπως δὴ καὶ ὁ τοῦ ἀρχετύπου λόγος, καὶ ὁ τῆς εἰκόνας σωθείη· πρὸς δὲ ἀλλήλας ἀπαρλλάκτως, ἵνα δὴ καὶ εἰκόνας τοῦ πρωτοτύπου μένειεν. Καὶ ὁ θεὸς τοίνυν ἀπόστολος ὁμοίον φησὶ τῷ ἀνθρώπῳ τὸν θεόν, κατὰ τὸ τῆς οὐσίας ἀπαράλλακτον· ἀλλὰ καὶ τῷ σχήματι φησὶν εὐρεθῆναι αὐτὸν ὡς ἄνθρωπον. Τὸ δὲ σχῆμα διττὴν ἔχει τὴν ἔννοιαν, τὴν ὑποκριτικὴν δηλαδή, καὶ τὴν ἀληθινὴν. Ὁρθιον γὰρ τὸ τοῦ ἀνθρώπου σχῆμά φαμεν· τοῦτο δὲ ἀληθινόν. Ἀλλὰ καὶ τὸ σχῆμα λαθεῖν Σωκράτους ἢ Πλάτωνος τόνδε ἢ ἐκείνον τῶν ὑποκρινομένων ἐν ταῖς σκηναῖς τὰ πρόσωπα ὡς ἐν τοῖς δράμασιν πρῶτον ἐγίνετο· τοῦτο δὲ τὸ σχῆμα πεπλασμένον ἐστὶ καὶ ψευδές, Ἐνταῦθα δὲ σχῆμα τὴν ἀλήθειαν ὑποδείκνυσι· σχῆματι γὰρ εὐρέθη ὁ Κύριος ἄνθρωπος, τουτέστιν αὐτῇ τῇ τοιῶσδε ἐσχηματισμένῃ ἀνθρωπίνῃ οὐσίᾳ· οὐ γὰρ τὴν οὐσίαν μόνον τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ οἰκίᾳ ὑποστάσει οὐσίωσε, τὴν δὲ μορφήν ἦτοι τὸ ἐν αὐτῷ ἀνθρώπινον σχῆμα ἄλλοῖον ἔχων προῆλθε, καὶ οὐχ οἷον ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ οὐσίᾳ καὶ σχήματι εὐρέθη ὡς ἄνθρωπος.

efformata erat: nec enim solam hominis substantiam

Ἄρα οὐκ ὁ δύο ἀρχαὶ εἶσι· κατὰ τῶν Μανιχαίων ἀθεότητα, μία μὲν ἀγαθὴ, ἕτερα δὲ πονηρὰ, ἐντεῦθεν εἰσόμεθα. Ἐναντία εἰσὶν ἀλλήλοις τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ πονηρὸν καὶ φθορικὰ ἀλλήλων, καὶ ἐν ἀλλήλοις, ἢ σὺν ἀλλήλοις οὐχ ὑφιστάμενα· ὡσπερ οὐδὲ τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος. Ἐκαστον οὖν τούτων ἐν μέρει ἐστὶ τοῦ παντός. Καὶ πρῶτον μὲν περιγραφῆσεται οὐχ ὑπὸ τοῦ παντός μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ μέρους τοῦ παντός τούτων ἕκαστον. Ἐπειτα τίς ὁ τὴν χώραν τοῖς ἐναντίοις, τῷ πονηρῷ δηλαδή καὶ τῷ ἀγαθῷ ἀποταμόμενος; Οὐ γὰρ ἂν τις φήσειεν οἴκοθεν ἀμφοτέρα συνεναχθῆναι καὶ συμβιβάσθηναι· ἐπεὶ οὐδὲ κακὸν τὸ κακὸν εἰρήνην ἄγον καὶ φιλιούμενον τῷ ἀγαθῷ. οὐδὲ ἀγαθὸν αὖθις τὸ ἀγαθόν, φιλίως πρὸς τὸ κακὸν διακείμενον. Εἰ δ' ἕτερος ὁ τούτων ἕκαστη τὴν οἰκίαν τάξιν καὶ τὴν διατριβὴν ἀγορίσας, ἐκεῖνος ἂν εἴη μάλλον θεὸς ὁ τὰ διεστῶτα συνειληγώς. Ἀνάγκη δὲ καὶ δυοῖν θάτερον ἐπὶ τοῦτοις συμβαίνειν, ἢ συνάπτεσθαι καὶ φέρειν ἀλλήλα, ἢ εἶνθι τι μέσον διεστῶν τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ πονηρὸν, ὡσπερ τι διάφραγμα διείργον ἀπ' ἀλλήλων ἀμφοτέρα· καὶ οὐκέτι λοιπὸν δύο, ἀλλὰ τρεῖς ἀρχαὶ ἔσονται· καὶ τούτων τὸ ἕτερον ἀνάγκη, ἢ εἰρηνεύειν ὅπερ τὸ κακὸν οὐ δύναται· τὸ γὰρ εἰρηνεύειν, οὐ κακὸν ἢ μάχεσθαι, ὅπερ τὸ εἰρηνεῦον οὐ δύναται· μία τοίνυν ἀρχὴ ἀγαθῆς πάσης κακίας ἀπηλλαγμένη.

quidem a malo fieri nequit. Nem pacem custodire

malum non est. Jam quod paci custodiendæ aptum est, id vero bellum movere pugnareque nequit. Quo fit, ut principium unum relinquatur, id bonum, et ab omni vitio liberum.

Κὶ δὲ φήσουσι, καὶ πόθεν τὸ κακὸν ἔφυ; ἀμήχανον ἄ γάρ ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ κακὸν εἰληφέναι τὴν γένεσιν, φάμεν ὅτι τὸ κακὸν οὐδὲν ἕτερόν ἐστι, ἢ τοῦ ἀγαθοῦ στερήσις, καὶ ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τὸ παρὰ φύσιν παρατροπή· οὐδὲν γὰρ κακὸν κατὰ φύσιν· πάντα γὰρ ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς, λίαν εἰσι καλὰ, καθ' ὃ γέγονασι. Μένοντα τοίνυν καθὼς ἔκτισται, καλὰ λίαν εἰσίν· ἔκουσίως δὲ ἀποφυγόντα ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν, καὶ εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐλθόντα, ἐν τῷ κακῷ γίνονται. Κατὰ φύσιν μὲν οὖν πάντα δοῦλα καὶ ὑπήκοα τῷ δημιουργῷ· ὅταν δὲ ἔκουσίως τι τῶν κεισμάτων ἀφηνιάσῃ, καὶ παρήκοον τοῦ ποιήσαντος αὐτὸ γένηται, ἐν ἑαυτῷ συνεστήσῃ τὴν κακίαν· ἢ γὰρ κακία οὔτε οὐσία τις ἐστίν, οὔτε οὐσίας ἰδίωμα, ἀλλὰ συμβεβηκός· ἢ γοῦν ἐκουσίως τις παρατροπή ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τὸ παρὰ φύσιν, ὅπερ ἐστίν ἡ ἀμαρτία. Ἡ δὲ ἀμαρτία τῆς αὐτεξουσίας τοῦ διεδούλου γνώμης εὐρεμα· κακός οὖν ὁ διάβολος, οὐ καθ' ὃ γέγονεν, ἄγγελος γὰρ φωτεινότερος καὶ λαμπρότερος ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ ἔκτισται, αὐτεξουσίως, ὡς λογικός· ἔκουσίως δὲ τῆς κατὰ φύσιν ἀρετῆς ἀπεφοίτησε, καὶ ἐν τῷ ζόφῳ τῆς κακίας ἐγένετο, Θεοῦ μακρυνθείς τοῦ μόνου ἀγαθοῦ καὶ ζωοποιοῦ· ἐξ αὐτοῦ γὰρ πᾶν ἀγαθὸν ἀγαθύνεται· καὶ καθόσον ἐξ οὗτου ἐμακρύνθη γνώμη, οὐ γὰρ τόπῳ, ἐν τῷ κακῷ γέγονεν.

consentanea descendit: et ad vitii caliginem transfugit: et ab ipso enim quidquid bonum est, id bene et benigne factum est: et quatenus ab illo procul defecit.

Ματαιοὶ τοίνυν ὁ Μάνης, καὶ σκότους φθεγγόμενος ἄξια, οἷς τὸ σκότος καὶ τὴν ὕλην αἰδία δοξάζει· καὶ Θεῷ σκναγέννητα· καίπερ ἀκούων Μωυσέως λέγοντος· Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων τὰ πάντα γέγονε· καὶ ὡς ἅμα τὸ φῶς παρήχθη, καὶ τὸ σκότος ὑπεχώρησε. Καὶ γὰρ ὁ Σωφρονίσκου Σωκράτης, καὶ ὁ Ἀριστῶνος Πλάτων, καὶ οἱ τούτων διδάσχοι, καὶ ἕτεροι πλείστοι, τῆσδε τῆς δοξῆς γεγέννηται, τοῦ ἐξ ὑποκειμένης ὕλης τὰ πάντα δημιουργηθῆναι, καὶ συναίδια αὐτὰ τοῦ Θεοῦ λέγοντες, αἴτιον αὐτῆς τὸν Θεὸν ὀνομάζουσιν. Οὐ μὴν αὐτὴν [ὕλην] καὶ κακὴν δρίζονται. Μεγίστην γὰρ βλασφημίαν νομίζουσι τὸ φάναί τὸν Θεὸν εἶναι τῶν κακῶν ποιητήν. Καὶ ἐκεῖνοι μὲν ἔχουσιν ἴσως τινὰ συγγνώμην, μήτε προφητικῶν ἐπακούσαντες λόγων, μήτε τοὺς θεοὺς ἀποστόλους ποδηγούς ἐσχηκότας μόνοις δὲ τοῖς λογισμοῖς τὴν τῶν ὄντων ἐπιτρέφοντες γνώσιν. Οὗτοι δὲ ποίας ἀντίσειαν δίκας τῆς ἀσεβείας ἀξίας, τῶν μὲν θείων ἀπολαύσαντες. Εὐαγγελίων, τὸ βε τοῦτων ἀποδράσαντες φῶς, καὶ τὸ σκότος ἀσπασάμενοι ταῖς νυκτερίσι παραπλησίως; Ἐπειδὴ γὰρ πᾶσα τέχνη παρὰ ἀνθρώποις ὕλης ὑποκειμένης προσδεῖται, ὑπέλαβον οἱ ἀνόητοι καὶ τὸν Θεὸν μὴ δύνασθαι ὕλης δίχα δημιουργεῖν· καὶ οὐ συνείδον ὅσον ἀνθρώπου καὶ Θεοῦ τὸ διάφορον· καὶ ὡς οὐχ οἷόν τε τὴν εἰκόνα

Quod si percontari velint, undenam malum oriatur (nec enim fieri ullo modo potest, ut a bono malum originem traxerit), malum nihil aliud, quam boni privationem esse dicimus, atque adeo eversio-nem ejus quod est naturæ consentaneum, in id quod est naturæ contrarium: siquidem nullum malum naturæ consentaneum. Omnia enim quæcunque fecit Deus, valde bona sunt, si creationis eorum habeatur ratio. Proinde si qualia creata sunt, talia maneat, vixde bona sunt; at si ultro ab eo quod est naturæ consentaneum, ad id deficiat, quod naturæ repugnat, jam malo accensetur. Natura igitur omnia rerum Opifici subjiciuntur atque parent. Cum vero creatura quæpiam rebel-laverit, et Creatori suo minus morigeram se præstiterit, sibi vitium ultro accersivit. Nam vitium neque substantia neque substantiæ proprietas ulla est, sed accidens, seu spontina quædam deflexio ab eo quod est naturæ consentaneum, ad id quod naturæ repugnat: quod quidem peccatum est. Peccatum autem liberæ diaboli voluntatis inventum est. Proinde diabolus malus est, non quod talis creatus fuerit, angelus enim lucidissimus et clarissimus a rerum omnium opifice Deo creatus est atque libero arbitrio præditus, quia nimirum rationis particeps: sponte vero a virtute naturæ procul a Deo remotus, qui solus bonus et vivifi-

Vanus itaque Manes est, et futilis, qui tenebris digna proloquitur, cum tenebras et materiam æterna, et non secus atque Deum, non genita esse autumat, quamvis Mosen ita dicentem audiat: *In principio creavit* ⁵⁶, quod ex nihilo cuncta creata sunt, quod etiam simul atque lux producta est, tenebræ secesserunt. Socrates enim Sophronisci, et Olato Aristonis filius, eorumque successores, atque alii quamplurimi ea in sententia fuerunt, ut omnia ex subjecta materia creata fuisse dicerent: quæ quidem Deo cœterna dicentes, ipsi Deo causæ nomen imponunt: non tamen materiam ipsam in malis esse definiunt; siquidem blasphemiam maximam loco esse dicunt, si quis Deum malorum creatorem esse dicat. Atque illi quidem aliqua forte venia digni sunt, qui neque propheticos sermones audiverint, neque sanctos apostolos viæ duces habuerint, sed solis conjecturis rerum cognitionem consecuti sint. Hi vero quales, quæso, quamque sua impietate dignas penas luent, qui cum sanctis fruerentur Evangeliiis, ab eorum lumine ad tenebras, more noctuarum transfugerunt. Quia enim cuilibet arti inter homines materia subjecta est opus, suspicati sunt vecordes illi, ne Deum quidem quidquam sine materia creare potuisse: nec intellexerunt, quantum inter se Deus et homo dif-

⁵⁶ Gen. 1, 1.

borum fastu scatebant. Ex quo evenit ut, cum sibi **A** sapiens videretur, dogmata in posterum pro libidine proponeret. Nam ipse quoque carnis resurrectionem antiquavit, animamque solam resurgere fabulatus est, quia nimirum spiritualis resurrectio sit. Paradisum sensilem esse nullo modo admittebat. Nuptias in Veteri Testamento duntaxat permissas fuisse, post Christi autem adventum non amplius posse qui nuptias contraherent regni cœlestis fieri participes assererat. Quid enim, inquiens, novi factururus, aut prædicaturus, aut emendatus ille Dei Sermo venit, præter castitatem et sanctimoniam, sine qua nemo Dominum visurus est? Unde Paulus quoque, cum *honorabile connubium*⁵⁸ dicit, non prorsus idcirco dicit, ut laudet illud, sed obiter subinfert, ne tandem incidant in tentationem. Deinde subjicit: *Quæ nuptia non est, cogitat quomodo placebit Deo. Nuptia autem, quomodo placebit viro*⁵⁹. Si ergo Deo non placeat, quomodo servabitur? Item: *Vellem, inquit, omnes esse sicut ego sum*⁶⁰. Item: *Sunt eunuchi, qui se castraverunt*⁶¹. Hæc Hieracas non solum docebat, sed et opere complebat: nec patiebatur quemquam ad suam synaxin seu communionem venire, qui aut monachus, aut continens, aut virgo, aut vidua non esset. Spiritum sanctum nihil aliud esse dicebat, quam eum qui vulgo Melchisedech ferebatur. *Hic enim est, inquit, de quo dicitur, quod cum assimilatus sit Filio Dei, manet sacerdos in perpetuum*. Ad hæc quia Filio Paracletus assimilis est, propterea *sine patre, sine matre, et sine genealogia*⁶² dicitur: sine matre quidem, quia matrem sursum non habet, sine patre autem, quia in terra nullus ei pater est.

Hujus porro interpretationis ansam ex quodam apocrypho libello expiscatus est, cujus inscriptio erat, Anabaticum, seu de Ascensione Isaiæ, in quo ita scribitur: Angelus qui ambulabat ante me, ostendit mihi, et dixit mihi: Quis est ille qui ad dexteram Dei sedet? et respondi ei: Tu scis, Domine: et dixit: Hic est dilectus. Rursum ita dixit: Quis est alter, qui a sinistris venit ei similis? Tunc respondi ei: Tu scis, Domine: et dixit: Hic est Spiritus sanctus qui loquitur in te et prophetis: et erat similis dilecto. Pueros insuper qui præmatura ætate morerentur, antequam Dei cognitionem adepti essent regni cœlestis hæredes esse non posse dicebat, qui nimirum non certassent. Ita enim inquit: Si qui certat non coronatur nisi legitime certaverit, quanto minus is qui ad certamen vocatus non est?

Hæreseos præcedentis consulatio.

Is non erat Hieracas, qui venaticorum præpetumque *λεπίζων*, hoc est, accipitrum more divinas Scripturas oculis circumlustraret, atque dogmatum veritatem undique venaretur: aut saltem aquilis

⁵⁸ Heb. xiii, 4. ⁵⁹ I Cor. vii, 34. ⁶⁰ Ibid. 7. ⁶¹ Ibid. 35, seq.

assimilis, ipso ad Deum ascensu innovaretur; sed nescio quis informi deformitate graculus, Origenis opinionibus, nonnullorumque qui illum præcesserant, hæresibus quasi syllogisticis alis gestiens. Quemadmodum enim Dominus soluta mortis tyrannide monumento exsiliit, discipulisque astans, et ab iisdem palpatus, carnem habere deprehensus est, ita et nos resurgemus, ejusque tribunali cum eodem corpore atque anima eadem astabimus, cum quibus et hujus vitæ curriculum peregerimus.

Origenes enim longum valeat, cum omnibus, qui ab illo stantes animam corpore nudam iudicium subituram esse tradiderunt, tale hominis idolum ei adaptantes, quales ideæ sunt a Stoicis conflictæ, quibus ea etiam, quæ in mundo videntur, creata fuisse docuerunt. Ad cujus opinionis, absurdissimæ quidem illius, confirmationem, stultæ admodum hunc apostoli Pauli locum proferunt, ubi sic ait: *Seminatur animale, surget spirituale*⁶³, ubi per spirituale corpus id intelligunt, quod ad solam hominis figuram efformatum, non autem ex quatuor elementorum commistione conflatum sit: quæ quidem interpretatio a doctrina et sensu Apostoli aliena est. Is enim ad sanctos, qui Corinthi erant, ita scribit: *Sed dicet aliquis: Quomodo excitantur mortui? quali autem corpore venturi sunt? Insiptens, tu quod seminas, non vivificatur, nisi prius moriatur: et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicujus cæterorum. Deus autem corpus illi dat, sicut voluit, et unicuique seminum proprium corpus. Non omnis caro, eadem caro, sed alia quidem hominum, alia pecorum, alia piscium, alia volucrum. Item: Corpora cœlestia, et corpora terrestria, sed alia quidem cœlestium gloria, alia autem terrestrium. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, et alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate, sic et resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, excitatur in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surget in gloria: seminatur in infirmitate, surget in virtute: seminatur corpus animale, surget corpus spirituale*⁶⁴.

Quibus verbis eos instruit, quorum aures cerumine infidelitatis haudquaquam obsurduerunt, quod, quemadmodum granum frumenti in visceribus terræ moritur, et suo tempore resurgit, non nudum quidem, et quale seminatum est, sed clarum et perpulchrum, atque ex pristini corporis substantia: ita etiam corpus nostrum nudum quidem, informe et inglorium terræ committitur, elegans vero, concinnum et spirituale resurgit. Quemadmodum in seminibus quoque videmus: germen enim aristis munitum emittunt, non autem nudum, quale etiam terræ commissum est, proinde corpus idem excitatur. Hujus enim rei ipse quoque Paulus auctor est: *Unicuique resurgenti semini proprium corpus datur*.

Idem præterea astruit non uno in honore resur-

⁶² Heb. vii, 3. ⁶³ I Cor. xv, 44. ⁶⁴ Matth. xix, 12.

thia superiore oriundis sumpto. Hi majore quam A par esset honore sanctam Dei Genitricem prosequentes, eam Dei nomine, et cultu præter rationem dignabantur, feminisque ipsis eidem sacra facere, atque sacrificium tanquam Deo offerre permittebant: quæ quidem feminæ curru seu vehiculo instructo, linteum quadrangulum pandebant, cui collyridia, seu parvum panem imponentes, in nomine Mariæ sursum tollebant, atque ita ex eo communicabant omnes, et aliis impertiebantur.

Hæreseos præcedentis consulatio.

Non sine magna laude virtutes nominibus mediocritatum designatæ sunt; excessus autem et defectus pro honesti transgressionibus et optimæ cuique actioni contrariis semper habiti sunt. B Etsi enim iisdem in ædibus habitant, ut ita dicam, aliæque aliis inhæreant, non tamen idcirco actionibus inter se conveniunt.

Proinde qui divino Numini cultum majorem impendit, quam par est, quamque a piis viris accepit, haudquaquam Deo acceptus erit, aut salutem hoc pacto consequetur, etiamsi corpus comburendum tradat, etiamsi bona sua pauperibus distribuat, imo ne magnum quidem quid fecisse dicetur, qui ad virtutem alia via aspiraverit quam quæ cœlicolis arrideat.

Si quis enim jejuniis vires eas esse doctus, ut pravos affectus de medio tollat, eosque ingeneret, qui mediocritate sua laudabiles sint, eam continentiam nullo modo prosequitur et excolit, C cujus capaces homines esse queant, sed frenis ejus excussis, nimia imbecillitate corpus attenuarit, animamque ita miserrime tandem efflaverit, seipsum potius occidisse, quam jejuniis cum angelis certasse videbitur. Quemadmodum neque martyr, sed sui ipsius interfector censebitur, neque sanctitate illa dignus habebitur, qua fideles exornari solent, quoniamque gladium in viscera propria distinxerit, quasi hoc pacto pro Christi nomine mortem ferat, ut martyribus accenseatur. Eodem etiam modo Collyridiani ejus certe fidei, qua Christum venerantur ergo amplectendi sunt: quod vero Dei Genitricem Deum existiment, eique sacra faciant, sacerdotibus feminis ad id destinatis, quibus ne templa quidem omnino patent, propter sordes illas, quas sibi a natura contraxerunt, sacri prorsus et instabiles a fidelibus habendi sunt: nec quidquam lucri animæ suæ, meo quidem iudicio, acquirunt ex iis quæ quadamtenus pie gerere videntur. Illa enim propter aliorum improbationem, irrita quoque et prorsus inutilia evadent. Quoniam qui unum legis mandatum antiquaverit, ita condemnatur ac si totam legem transgressus esset.

CAP. XXXVI.

Tricesima sexta hæresis, Massalianorum, sive Eucharitarum. Hi unguuntur, ut quibusdam placet, vel, ut aliis, baptizantur, quod quidem præstat.

Massaliani ipsa notatione nominis Eucharitas, hoc

est voventes aut precantes significant. Docent enim nihil aliud ad dæmonas effugandos, animamque a pravis affectibus asserendam, orationis perseverantia efficacius esse. Iidem Euphemitæ quoque, hoc est fausta precantes, seu ore faventes, item Martyriani, et Sataniani dicuntur. Euphemitæ quidem, quia cæteris, orando et benedicendo Deo, exercitiores esse videntur; Martyriani autem, quia ex suis nonnullos ab orthodoxis occisos martyribus accenserent. Sataniani denique, quia Satanam fortem existimantes eum venerabantur, ne mala in eis, ut dicebant, operaretur.

Massalianorum porro hæreseos capita ex eorum libris excerpta hæc sunt.

1. Quod Satanus enhypostatice, hoc est revera homini cohabitaret, eique in omnibus dominetur.
2. Quod Satanus et dæmones humanum animam possideant, humanaque adeo natura spirituum nequitiae consors et socius sit.
3. Quod Satanus et Spiritus sanctus homini cohabitent, quodque ne apostoli quidem a contraria energia, seu dæmonum potestate, liberi fuerint.
4. Quod neque baptismus hominem perfectum reddat, neque divinorum mysteriorum perceptio animam expurget, sed sola, quæ ab illis censetur oratio.
5. Quod homo, etiam post baptismum, peccato iniquitatus est, quodque non baptismi, sed orationis beneficio fiat, ut fidelis immortalis illa et divina veste fruatur.
6. Quod amplectenda est apathia, hoc est perturbationum vacuitas, quodque spiritus communicatio sensu et reapse percipienda sit.
7. Quod anima tali cœlestis hujus sponsi consortio frui debeat, quali tum fruatur uxor cum in viri amplexibus jacet.
8. Quod qui Spiritu aguntur, peccatum et gratiam, tam operatam quam operantem, interius et exterius videant.
9. Quod revelatio sit, quæ sensu et divina hypostasi fiat, qualis est hæreseos.
10. Quod ignis vim procreatricem habeat.
11. Quod anima, quæ Christum sensu et omni operatione non habet, reptilium et venenatorum animalium, hoc est omnis contrariæ virtutis, habitaculum est.
12. Quod natura malorum fons et origo sit.
13. Quod Maria et semen et Verbum conceperit.
14. Quod Adamus, etiam ante transgressionem, cum Eva citra ullam animi perturbationem concumberet.
15. Quod homini duæ sint animæ, quarum altera cæteris hominibus communis, altera cœlestibus propria sit.
16. Quod fieri possit, ut homo sensu, hoc est reapse, et omni operatione, Spiritum sanctum suscipiat.

fuisset. Alias etiam fieri non potest, ut apud A unius divini et aeterni principii cognitio orbi terrarum clare innotuit.

fuisset. Alias etiam fieri non potest, ut apud unius divini et aeterni principii cognitio orbi terrarum clare innotuit.

2. Divino porro baptismo, Christique mysteriorum perceptione, animam, unam quidem illam, nec duplicis naturæ, ut Eucharistiæ nugantur, purgari hominemque perfectum reddi, ipsius Dei verbis constat, quæ remissionem peccatorum, spiritaliæque cœlitus factam regenerationem, baptismum vocant. Divina quoque munera cibum esse novimus, qui nunquam absumatur et pereat: qui manna ipso longe sit melior ⁷⁴. Hoc enim Hebræi Ægypto exeuntes in solitudine comederunt, et mortui sunt: illa vero immortalitatem conferunt: multoque melius animam ab animalibus maculis inhærentibus expurgant, quam carbo ille qui, forcipe a Cherubin Isaïæ oblatum est ⁷⁵. Ut uno verbo absolvam, nihil aliud illa sunt, quam copula quædam cum Christo, veraque vitæ causa. Christus enim in Evangeliiis dixit: *Qui manducat meam carnem, in me manet, et ego in eo* ⁷⁶. Item: *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habetis vitam in vobis* ⁷⁸.

3. Oratio autem virtutibus conjuncta quæ ad vitam introducant, gratiam Spiritus conservat, quæ per lavacrum regenerationis et participationem corporis et sanguinis Christi iis qui ea digni sunt infunditur. Nec vero sola per se ad fidelium fundamentum assumenda est: nec ad salutem precantium quidquam confert. Quo enim referretur oratio, nisi pietas illam, Dei que cognitio præcedat? quem quidem sensu, hypostasi, et perspicue videre nemini adhuc eorum contigit; qui terreni corporis ergastulo coercentur. Paucis certe, iisque expurgatis, eum tanquam in ænigmatibus et visionibus obscuris apparuisse constat. Quandoquidem Moses, cum petiisset ut Deum videret, audivit: *Nemo videbit faciem meam, et vivet* ⁷⁹: unde dignus etiam habitus est, qui posteriorum partium aspectu frueretur, quæcunque tandem posteriores Dei partes sint: qui in columna nubis, caligine, et turbine venti Mosen, et justos eum subsequentes allocutus est. Idem etiam Deus unus est qui una in Divinitate, et hypostaseon Trinitate dignoscitur: quem in Patre, Filio et Spiritu adoramus. Atque Mosi quidem et prophetis personarum Trinitas obscure relecta est: in ultimis vero temporibus cum Filius Dei nostram assumpsit corruptionem,

4. Porro si quis dicet malum ἐνυπόστατον esse, hoc est, revera consistere, quid aliud hoc est, quam eorum impictas, qui bono Deo malam quædam potentiam opponi, et tanquam contrarium quid, una cum eo quasi ex adverso comparare, censent et profitentur? quod nullo modo fieri potest. Bonum enim et malum mutuo se vicissimque perimere constat: quia nimirum sibi invicem irrequiete repugnant, et infirmius a fortiore corumpitur. Quod si quis æquo illa pondere existimet, perpetuo inter se bello dimicare, atque ex consequentia mutuam sibi assidue perniciem inferre deprehendet: cum alternis utraque vincant et vincantur. Qui enim cuncta in rerum naturam produxit, honesta et bona omnia creavit, ut qui honestus et bonus esset. Neque enim vita mortem generat, neque lumen e tenebris oritur. Qui fieri ergo potest, ut malum a Deo minime creatum natura enhypostatica, seu per se subsistente præditum sit? Malum certe esse nemo ibit inficias. Id autem viventem et animatam substantiam, aut naturam nequitiae parentem, negamus: sed affectionem in anima idcirco virtuti repugnantem asserimus, quia ab honesto et bono lapsa sit, quæ quidem ignavis innascitur, non extrinsecus, aut præter animi voluntatem: alioqui neque legibus in facinorosos pœnæ decretæ, neque supplicia in eosdem a iudicibus illata fuissent. Quod autem malum nec in rerum natura consistat, nec a Deo productum sit, sed eidem ex adverso repugnet, hinc perspicuum fiat. Ex honesti transgressionibus malum oritur: non secus atque secedente lumine tenebræ succedunt: atque ex boni declinatione progressus ad malum nascitur. Virtutes enim singulæ cum affixum sibi vitium habeant, nisi inconcussæ firmæque maneant, contrarium vitium substituunt: quemadmodum corpus quod splendori solis obtenditur, umbram. Verbi gratia, cum fortitudo tanquam virtus mediocritas sit, contrarietates utrinque, timiditatem, inquam, et audaciam, tacite substitutas habet. Quamdiu ergo firma et constans, suoque nomine digna manet, timiditati et audaciæ nullus superest locus. Harum vero alterutra obrepente, illa obscuratur, venerabileque nomen amittit: atque adeo tanquam inaudita perit, et vitia a se efformata substituit: ut arcum in nubibus hypostasi propria carentem atque in sole parheliolum seu virgam, quos vulgus soles vocat, videre est.

5. At vero, quid adeo malum dici potest, quod non ii designent, qui opus omne defugiunt, nullique alii vacant, nisi ut ea comminiscantur, quæ a vero prorsus aliena sint? Cum enim statim a transgressione hominem Deus in labore et sudore panem sibi comparare jusserit, Paulusque aperte

⁷⁴ Luc. x, 18. ⁷⁵ Exod. xvi, 15; Joan. vi, 31. ⁷⁶ Isa. vi, 6. ⁷⁷ Joan. vi, 57. ⁷⁸ Ibid. 54. ⁷⁹ Exod. xxxiii, 20.

exclamet: *Qui non laborat non manducet*⁸⁰: hi opus inter peccata recensuerunt. Jam si omnes homines, ut isti volunt, orationi sine intermissione vacarent nec eorum quidquam curarent, quæ ad corporis constitutionem pertinent, fame prorsus enecti mortem omnium maxime miseranda mobilissent. Sed dices, o Euchita, te herbis et fructibus sponte per anni partes enascentibus esse contentum. Quid? cum illa colligis, nonne operaris? nonne a perpetuis illis precibus ad tempus supersedes, non secus atque, quo per otium liceat ori tuo esculenta suggerere, cantiones illas et preces in tuam perniciem a te cani solitas, intermittis? Absit enim, ut eas te Deo canere dicam.

6. Ut autem interea dum ab omni opere cessandum, ex assiduis precibus invigilandum esse doces, persuadeas iis, quos tuis initiasti mysteriis, ut in te solum, qui orationi invigiles, spirituque pauper existas, beneficentiam exercent, nulliusque præterea misereantur, Christum quoque testem allegas, qui citra delectum in unumquemque eleemosynæ bonum extendendum esse tradidit, ut hoc pacto Patrem imitemur, qui in caelis est, *qui solem suum oriri facit super terram, quamcunque suo lustrat lumine: et pluit super justos et injustos*⁸¹. Nisi enim ejus te misereat, qui vulneribus scatet: eum vestias, qui nudus oberrat: eum denique nutrias, qui fame contabescit: in quemnam, quæso, alium beneficium Deum coles? an in te ipsum? Atqui hoc misericordia non est, sed divitiarum conservatio, moresque hominis, qui mutuo nullum amore prosequitur, imo etiam privata quædam ingurgitatio, quam nemo non vitio vertat. Absit vero a nobis tanta inhumanitas. Diabolica hæc doctrina, et a Christi præceptis aliena est.

7. Quonam autem artificio, heus tu, interim dum orationi vacas, peccatum tuum fumi et ignis, sive cruenti etiam draconis instar, tuo excedere corpore videbis? Nullo prorsus: nisi dæmonum, quos colis, aliquis te solita vesanum adigis impostura, ut oræstigiis hujusmodi credas, cujus etiam dolis fit, ut mente captus precibus tuis plus ponderis, quam divino baptismati, attribuas, ad consequendam peccatorum remissionem, manuumque impositionem, quæ sacerdotali sit excellentior, et sola divini Spiritus accessum suggerat: qui certe baptismus a nobis orthodoxis initium et fundamentum fidei censetur: atque adeo causa, quæ sanctum ad nos Spiritum alliciat, ut confirmare possumus ex manuum impositionibus, quæ in discipulis Christi post baptismum, tam efficaces fuerunt, ut palam Spiritus descenderet. Idem Virgini quoque Mariæ inhabitans eam præparavit et sanctificavit, ut ab eo non secus atque divino templo, Verbum Dei conciperetur, et ita nostræ salutis primitias Spiritus operatus est, simul atque Virgini virtus Altissimi, Patre ita volente, obumbravit.

⁸⁰ II Thess. III, 10. ⁸¹ Matth. V, 45. ⁸² Matth. VIII, 31 seqq. ⁸³ Ephes. VI, 12. ⁸⁴ Ibid. 43. ⁸⁵ Ibid. 14. ⁸⁶ Ibid. 17.

A Quod vero semen in Virginis utero una cum Verbo immissum fuisse fabularis, id a nullo rerum divinarum interprete unquam accepimus: aut tu figmenti hujus solus auctor es, qui certe tanquam malum et ingratum semen, vanisque sermonibus gaudens, emersisti. Iniquissime porro naturam quoque divinam mutationi obnoxiam esse atque idcirco animis qui ea digni sint, commisceri dicitis. Atqui rerum earum quæ creatæ sunt, mutatio dicitur, quæ vel voluntate mutantur, ut angeli, et animæ prout in bono proficiunt, et ad malum moventur: vel quia creatæ et mutationi obnoxie sunt, ut quidquid corrumpitur et interit: quælia sunt, quæ in mundo cernuntur omnia. Deus autem neque creatus, neque mutationi obnoxius est. Quia enim essentia ejus ratio iis contraria est, quæ generationi obnoxia sunt, ea de causa nec iis subicitur, quibus illa subijci solent. Illa enim mobilia sunt hic autem natura immobilis est: et supra motus a philosophis descriptos, quantitatis, qualitatis, et loci expers: modis denique omnibus immutabilis.

9. Quam vero impium hoc quoque dicitis quod humanam naturam Deus dæmonibus servire voluerit: hinc enim Deum quoque auctorem malorum esse inferri posset. At non ita se res habet: imo vero hominem sui juris, et a dæmonum consortio et consuetudine alienum Deus efformavit. Dæmonas porro potestatem natura non solum in homines, sed ne in bruta quidem exercere posse, vel hinc patet, quod illi jussu Christi in porcos ingressi sint⁸². Verum enim vero Paulus quoque sic ait: *Non est nobis certamen adversus sanguinem et carnem, sed adversus principatus, adversus potestates, adversus spiritualia nequitia mundi hujus*⁸³, quasi nobis cum illo conferre pedem formidantibus animos addens, atque his verbis exacuens: *Assumite armaturam Dei, ut possitis resistere*⁸⁴ insidiis adversarii diaboli. Enumerata deinde armatura hæc quoque subinfert: *Estote præcincti lumbis vestris in veritate, et indui thoracem justitiæ, calcateque pedes in præparatione Evangelii pacis. In omnibus assumentes scutum fidei, in quo poteritis omnia tela maligni ignita extinguere*⁸⁵. Item: *Galeam salutis assumite, et gladium Spiritus, quod est verbum Dei*⁸⁶. Si quis hac armatura præmunitus fuerit, quæ telorum jactibus ita resistit, tantoque fulgore resplendet, quis dæmon contra occurret, nec potius aversus aufugiet, in primis si talibus armis instructus orationem et jejunium asciscat? orationem, inquam, non qualem vos curiosius exercetis, quæ revera inutilis est, nec effugandis dæmonibus idonea. Qui enim fieri potest, ut qui infidelitate gestiat, nec baptismate sit expiatus, jejunio et oratione dæmonas ejicere possit, quamlibet et fame dirumpatur, aut orationis vehementia præfocetur? Quorum enim fides reproba et infirma est, eorum-

dem quoque opera inutilia sunt. Quod si Deus, ut dicitis, naturam humanam dæmonum consortem ratione transgressionis esse voluerit, qui fieri, quæso, potuit, ut Christus naturam humanam, usque adeo peccato subjectam, usque adeo dæmonibus obnoxiam, assumpserit, ita ut ipse quoque malignorum adversorumque spirituum contubernalis deprehenderetur? At hoc quidem maxime impium est, imo a dæmonibus ipsis inventum, et excogitatum. Hominem certe transgressionis ergo morti adiudicavit. Jam naturis morti obnoxiiis morbi obrepunt. Porro vel hoc pacto ea potestate præditus homo est, ut dæmonibus insultare, seque ex illorum laqueis expedire possit, si modo Dei præceptis obsequi pergat, ejusque mandatis obtemperet. Dæmonibus hoc vicissim datum est, ut cum

10. Papæ! quantum deliratis etiam, cum ne Verbi quidem mystas et comites a dæmonum potestate liberos fuisse dicitis! Bosne, o ter execrandi, qui dæmonas ejiciebant? qui vel solis umbris infirmos curabant? qui dæmonas sæpenumero non secus atque vilia mancipia increpabant, qui scorpiones et serpentes, omnem denique inimici potentiam pedibus proterebant? O scelus nulla unquam venia dignum! o dictum ab omni ratione alienum, cujus auctores digni sunt, qui pugnis conficiantur.

11. Quemadmodum ii quoque qui dicunt, ab eorum anima, qui quod ἀπέθειαν adepti sunt, perfecti apud vos habentur, tale consortium ex cælestis Sponsi præsentia percipi, quale femina ex mariti complexu percipere solet. O apertam dementiam, seu potius comparationem maxime omnium absurdam! si saltem ignorent se rebus divinis et castissimis eo contumeliam afferre, quod eas cum pathicis et venereis illecebris conferant: pueriliumque cylindrorum fluxus effrenata sua audacia conjunctionibus iis adaptent, quæ ab effectibus hujusmodi alienissimæ sunt: si denique res divinas præ imperitiis cum humanis comparent.

12. Nec vero a prædictorum blasphemia abhorret, quod dicitis animam ejus, qui prius sit ἀπέθειαν consecutus, in divinam transmutari naturam: ita ut vestra illa decantatissima oratio eos etiam qui dii natura sunt proferre, atque gregatim apud vos, o ridiculi homines, quasi quibusdam stabulis simul includere norit: qui non solum deorum Græcorum multitudinem numero superent, sed etiam quia gradus eorum in primis accubitus consistant, in eoque quod sedes primas in cœnis et

⁸⁷ Joan. xiv, 83. ⁸⁸ Gen. ii, 7. ⁸⁹ Matth. x, 28.

A cœtibus hominum venentur: ita ut hoc pacto rursum mortales evadant, nec jam ulla in admiratione sint, sed mirabiles potius videantur, ob deificationem illam, quæ in ore est omni populo.

13. Præterea fieri posse dicitis, ut homo qui ἀπέθειαν vestram sit adeptus, divini Spiritus hypostasim sensu ipso et perspicuè percipiat. Hoc autem qui, quæso, fieri potest? quove fidei ante jacto fundamento? Nam nos etiam dicimus et credimus, quod iis qui expiatione legitima expiati sunt, nescio quæ, non dicam hypostatica seu personalis descensio, sed Patris, Filii, et Spiritus sancti præsentia obtingit: prout Dominus quoque dixit: *Ego et Pater veniemus, et mansionem apud eum faciemus*⁸⁷, et prout homo Dei capax esse potest. Porro non est ea creatæ naturæ vis ut Divinitatem intueri queat, prout natura se habet, quia nimirum immensa et infinita est.

14. Quid verbis opus est? Græccorum certe fabulamenta redoletis, cum homini duas esse debere animas contenditis, quarum altera hominibus communis, altera vero cælestis existat. Verum enimvero nulla huic commento subtilitas inest. Illi enim alteram luminosam, alteram tenebrosam, esse dicunt. Cæterum ambas simul uni eidemque homini non attribuunt, sed vicissim et alternative. Vos autem hoc quoque dicitis, quod auditoribus tædium afferat: *Inspiravit enim, ut Moses ait, in faciem ejus spiraculum vitæ*⁸⁸. Hæc jam una est anima. Christus item in Evangeliiis inquit: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt*⁸⁹. Et Paulus in Troade, ubi de Eutychio illo verba facit, qui de tertio cœnaculo deciderat: *Nolite turbari, anima enim ipsius in ipso est*⁹⁰. Sed nullus adhuc aut inter Christiani dogmatis homines, aut inter externos inventus est, qui διψυχον, hoc est anima duplici præditum esse dixerit.

15. Præter illa, quæ a me adducta sunt, fama circumfertur, εὐνοουχισμὸν, hoc est virilium membrorum exsectionem, illis apud vos haudquaquam accenseri, quæ procul a cœtibus hominum aspellenda sint. Vellem igitur, quamvis hujusmodi voto natura humana mutiletur et adulteretur, ut vestra synagoga ab iis omnibus excindi posset, quibus natura membrum illud arrexit; atque ita generis successione privati pessum prorsus cum vestris dogmatis darentini.

Ego vero hæc quoque ab illis et dici, et doceri, referente quodam, qui ab eis seductus fuerat, viro litterato, et apud Pontificem instituto, accepi, qui quomodo erga me sit affectus, ignoro. Se enim ab illorum doctore, monasticis vestibus induto, atque ad sacerdotium provecto, et sanctorum Evangeliorum librum præ manibus habente, his compellatum verbis referebat:

chorea et saltatione Deum hymnis et canticis celebrant: ad illius nimirum choream imitationem, quam sinu maris Rubri trajecto, Moses et ejus soror Maria instituerunt.

Hæreseos præcedentis confutatio.

*Vetera præterierunt, ecce nova facta sunt omnia*², litteraque decedens spiritum libertate donavit. Itaque non jam nobis, qui spiritu agimur, aut chori instaurandi, aut cantica concinenda sunt: sed potius Deum corde confiteri, ejusque magnifica opera ore canere, stantes in templis cum timore et habitu religionis indice, nos addebet. Negare obiter possumus feminas post Ægyptiorum submersionem viris permistas saltavisse, unaque cum illis Deo gratias concinuisse. Mosen enim seorsum cum viris canticum trajectionis cecinisse, sororem vero ejus Mariam cum cæteris feminis choreas instaurasse vero similis est. Ex quo fit ut quæ ab Ecetis designantur, præterquam quod ab iniquitate illa discrepent, a sanctorum quoque Patrum et a nostris ipsorum traditionibus aliena sint.

CAP. XXXIX.

*Tricesima nona hæresis, Gnosimachorum. Hi un-
guntur.*

Gnosimachi cuius Christianismi cognitioni et scientiæ resistunt, illosque frustra laborare assentunt, qui sacris in Scripturis scientiam aut cognitionem investigant, cum præsertim a Christianis Deus præter bona opera, nihil requirat: ut sit satius, si quis simplicius ambulet, nec curiosius quidquam perscrutetur.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Quilibet Gnosimachis ita respondere potest: Ecquonam modo quis Scripturarum sacrarum, earum præsertim, quæ obscuritatis caligine involvuntur, sensum explicare poterit, nisi aliqui præsto sint interpretes, quos Spiritus profunditas non lateat?

Itaque si ex erroneæ traditionis vestræ regula, lectione sacrarum Scripturarum contenti, nulla scientiæ et cogitationis habita ratione, vitam nostram instituissemus, quid tandem, quæso, utilitatis ex ipsis reportassemus? aut quonam modo quod credimus, id oratione sciscitantibus explicare potuissemus?

CAP. XL.

Quadragesima hæresis, Thnetopsychitarum, hoc est eorum qui animarum immortalitatem negant [Hoc confutat Origenes apud Eusebium, lib. vi, cap. 26. Histor. Eccles.]

Thnetopsychitæ hominum animam, animæ brutorum similem esse, atque una cum corpore interire asserunt.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Falsa sunt ergo, si huic traditioni locus detur.

² II Cor. v, 47. ³ I^o Cor. iii, 13. ⁴ Eccle. iii, 31.

quæcumque de iudicio futuro et decantatissima illa resurrectione traduntur. Nam si mortales sunt animæ, nullo prorsus modo in iudicium resurgent, nec uniuscujusque opus quale est ignis probabit³, ut magni illius præconis Pauli verbis utar. Jam qui fieri possit, ut animæ mortalitati subiiciantur, cum tot mortui a Christo, prophetis et apostolis excitati sint? Si enim mortales fuissent, in corpora certe propria nunquam remeassent. Imo vero animæ sunt immortales, ut sacræ passim testantur Litteræ, de quibus sigillatim disserere superfluum fuerit, ut omnes facile norunt. Quin etiam ii qui de mundi origine conscripti sunt libri, inter hominum et brutorum animas discriminis hoc statuunt, ut brutorum anima sanguis eorumdem dicatur, ut una cum corpore intereat; hominum vero animæ spiraculi divini nomen attribuitur: quod quidem spiraculum animam rationis et intellectus participem, atque adeo immortalem dicimus.

Alias vero communibus omnium et notionibus et opinionibus dogma hujusmodi repugnat. Comuni enim gentium, quotquot sunt consensu, immortales esse animæ videntur: multique adeo necromantiæ studiosi animas evocarunt, et de rebus futuris percontati sunt.

Aristoteles ergo, et quisquis illum secutus Thnetopsychicus, animam mortalitati obnoxiam lana redimitus, unguentoque delibutus, hirundinum more asserit. Ab eorum cœtu explodatur, qui Christo nomina dederunt. Nam Christus a mortuis surrexit, et fore pollicitus est, ut et nos aliquando resurgamus.

Quod autem Salomon ait: *Quis novit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, et si spiritus jumentorum descendat deorsum*⁴? Id vero longe aliud est. Nec enim de hominibus et brutis eo in loco verba facit, quatenus hominum anima rationis, brutorum autem vitæ tantum idque sanguinis beneficio particeps est, nec horum quidquam a morte superest: et una cum corpore anima quoque ipsa dissolvitur. Hominum porro filios hoc loco eos in primis vocat, qui ex rationis præscripto vitam instituunt, et suis affectibus imperant, eos contra qui in terram cœrui et obstipi procumbunt, cum jumentis confert Salomon idem ille, qui justorum animas in Dei manibus esse alio in loco asseruit⁵.

CAP. XLI.

Quadragesima prima hæresis, Christolytarum, hoc est, eorum qui Christi naturam destruunt.

Christolyti Dominum nostrum Jesum Christum post resurrectionem a mortuis, animato corpore suo in terris relicto, una cum nuda et simplici divinitate in cœlos ascendisse contendunt.

Hæreseos præcedentis confutatio.

Atqui angeli, qui apostolis tunc temporis appa-

⁵ Sap. iii, 1.

Dei ministrum prophetam Isaiam dicat, super iis, quæ Nabuchonosor contra urbem Hierosolymorum designavit, cum illa solo æquata, temploque flammis absumpto, populum captivum abduxit: Propterea quod desertam reddidisti civitatem meam, nec populi mei miseratus es, desertos reddam muros tuos, et campum desolationis statuam te. Exsurgant ergo astrologi tui, et prædicant, si possis effugere manum Domini ¹⁴.

Alia quoque nonnulla propheticus liber de falsiloquis astrologis percurrit, quæ mihi memoria exciderunt, ita ut verbatim illa referre jam non sit integrum. Perierunt enim libri, eosque tanquam in Orci ventrem, vel Laconicam latebram, Latinorum ventres, una cum opibus et pecuniis meis absorpserunt: multis quidem illis, nec luculentis illis opibus absimiles, quæ imperialium officiorum fuerunt, quibus ordine graduque debito sum cohonestatus.

Quin et Paulus, os ipsum Christi, quique omnem fere terram, quantamcunque sol pulcherrimo igni suo expositam fovet, prædicando percurrit, in Epistola ad Galatas ita dicens, deprehenditur: *Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis qui natura non sunt dii, serviebatis. Nunc autem cum cognoveritis Deum, imo cogniti silis a Deo, quomodo convertimini iterum ad infirma et egena elementa, quibus denuo servire vultis? Dies observatis, et menses, et tempora, et annos. Timeo vos, ne forte sine causa laboraverim in vobis. Estote sicut ego, quia et ego sicut vos* ¹⁵.

Itaque quisquis observationi astrorum immoratur, iisque fidem habet, quæ ab astrologis dicuntur, tacite Mercurium, Saturnum, Martem, et cætera sidera colit, quæ motu suo in orbem circumferuntur. Quamvis enim nec æreas illis, nec lapideas imagines consecret, nec actu ad orationem præ se ferat, iis tamen alium cultum exhibere cogitur, eo quod ex illorum circumvolutionis effectibus dependet. Oportet enim, ut qui veri Christiani nomen non mentiuntur, omnia uno eodemque modo enuntient, quæ a divina Providentia proveniunt, hoc cum Davide psallentes: *Adhæsit anima mea post te* ¹⁶.

Quod si quis lingua quidem Deum esse fateatur, cujus nutu et consilio cuncta succedant, ut cuncta tuentis et inspicientis, fixo autem pede errori astrorum inhæreat, qui fiet, ut si nihil aliud agat, oratione tamen vim pietati afferre non videatur, cum mentem barbaris moribus inficiat? Gentes enim quæ Deum non norunt, astrorum figuris et constellationibus, velut hiantes Mamacuthi (55), innituntur: et eorum effectibus obstupescunt. Deus porro hæc jure de illis dixerit: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe*

est a me. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas et mandata hominum, attendentes spiritibus erroris, et ad falsiloquas ¹⁴; vatum nugis animum appellentes: quia ea quidem scire sibi videntur, quæ supra cælos, et sub terra sunt, nec interim advertunt, quanta mentis cæcitate laborent, et quantopere fallantur, atque in eandem secum fraudem, et idem exitium, eos pertrahant, quoscunque suos in casses pellicere potuerint.

Iis enim qui parum sapiunt, nec spem omnem in Deo reposuerunt, facilem et quibusvis expromptam esse futurorum cognitionem persuadent, atque motui astrorum ea tribuentes, quæ divinæ præcipientiæ propria et peculiaria sunt, a sana errorisque nescia opinione eos abstrahunt, quicumque ad anilium nugarum insusurrationem proclives fuerint: quemadmodum etiam propheta Ezechiel ait: *Hæc dicit Dominus Deus: Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, et nihil vident. Numquid non visionem cassam vidistis, et divinationem mendacem locuti estis? propterea erit manus mea super prophetas, qui vident vana, et divinant mendacium* ¹⁵.

Quia vero ipsæ quoque milierculæ futurorum cognitionem sibi vindicabant, rursus ait propheta Dominus: *Et tu, fili hominis, pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetant de corde suo, et vaticinare super eas, et dic: Hæc dicit Dominus Deus: Væ quæ consuunt palvillos sub omni cubito manus: et faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis ad capiendas animas. Et violabant me apud populum meum propter pugillum hordei, et fragmen panis: ut interficerent animas quæ non moriuntur, et vivificarent animas, quæ non vivunt, mentientes populo meo credenti mendaciis* ¹⁶.

Sic enim se res habet. Vera quidem propheta, et futuri prædictio, pro familiaritate, quæ petenti homini cum Deo intercedit, et pro ejus fide, qui futura cognoscere cupit, divinitus exhibetur. At ex astrorum revolutione, hujusmodique constellationum situ nulla prorsus futuri cognitio datur. Nec enim ex iis humanarum rerum administratio dependet: sed pluviarum, et earumdem defectus, item frigidi et calidi, humidi et sicci, denique ventorum et similium rerum signa promuntur: actionum vero nostrarum nulla prorsus. Cum enim liberum nobis mundi Opifex arbitrium concesserit, actiones nostræ in potestate nostra sunt. Si enim secundum astrorum cursum omnia facimus, quæcunque tandem a nobis fiant, ea necessario fiunt. Quod autem necessario fit, neque virtus id, neque vitium est. Jam si neque virtutem neque vitium æsequamur, indigni sumus, qui laudibus aut coronis decoreremur, i. robrisque aut suppliciis afficiamur. Imo Deus ipse injustus deprehendetur, qui

¹⁴ Isa. XIII, 14, ¹⁵ Galat. III, 8-12. ¹⁶ Psal. LXII, 9. ¹⁴ Isa. XXIX, 13; Matth. XV, 8. ¹⁵ Ezech. XIII, 3, 7, 9. ¹⁶ Ibid. 17-19.

(55) Proverbium Aristophanicum a fatuo Mamacutho ductum.

his quidem bona, illis vero afflictiones immittat, A neque ea quæ creavit providentia sua regere curet, si necessario cuncta susque deque ferantur. Imo etiam superflua in nobis ea pars animæ fuerit, quæ rationis est particeps. Nam si nullius actionis competes sumus, frustra deliberamus. Rationalis enim pars animæ hominibus deliberandi gratia divinitus data est. Ex deliberatione autem ratio et liberum arbitrium elucescunt.

Itaque stellas nullius eorum quæ sunt causas esse, ut nec ex rebus creatis ullam, atque adeo neque iis quæ sunt ortum, neque iis quæ corruptioni obnoxia sunt interitum afferre, imo pluviarum, et earumdem defectus, atque cæterarum aeris mutationum signa esse dicimus. Nec male forte quis autemet, eas bellorum quidem aliquando signa esse, causas vero non item. Siquidem ex aeris qualitate (cui alio atque alio modo a sole et luna variæ concreciones, seu impressiones, accidunt) et habitus in nobis et effectiones conflantur. Habitus autem inter illa censentur, quæ in nostra potestate sunt posita. Retinentur enim ratione, et revocantur, si divertant.

Lunaris etiam orbis perfectio et imminutio non paucarum mutationum causa est, ut ex piscibus testacei generis, et plerisque arboribus constat, quæ crescunt et decrescunt, atque quodammodo lunæ mutationibus compatiuntur.

Interdum vero divinitus cometæ conflantur, qui mortis regum signa præ se ferunt; quæ quidem iis in sideribus non apparent, quæ ab initio creata sunt, sed divino numine nunc procedunt, nunc de- C nuo dissolvuntur. Quandoquidem illa quoque stella, quæ sub humanæ salutarisque Domini propter nos in carne Nativitatis tempus a Magis visa est, non ex stellarum numero erat, quas initio Deus creavit: quod perspicuum erat vel ex eo quod jam ab ortu ad occasum, jam contra ab aquilone ad austrum cursu contenderet, alias etiam delitesceret, alias emergeret. Nec enim id astrorum ordo fert, aut natura.

Objiciat vero eorum forte quispiam qui astrologiam mordicus tuentur, in eorum quæ adversus artem suam congeruntur, recriminationem, prædictionibus plerisque finem suum obtigisse tandem, idcircoque nonnullis hominibus frustra et temere D condemnandam et explodendam videri. At vicissim audiet, artem illam mutationum aeris magistram esse, quæ solis et lunæ defectum portendat, aliaque hujusmodi humanæ vitæ utilia prædicere sciat, at eorum quæ divino e nutu dependent eventum portendere, non item didicerit: ut taceam malorum, quæ hominibus impenderent, jam jamque urgere occiperent, pleraque a Deo precibus, jejuniiis, et orationibus, flexo, in melius commutata esse: ut ex Ninivitarum conversione perspicuum

est, qui de Deo tandem pie sentire cœperunt, nec illa ab eo petere detrectarunt quæ ei peculiaris sunt¹⁷: quemadmodum etiam ex libera Mosis oratione constat, qua non raro intercessit, quominus Israellem Deus internecioni daret¹⁸. Hoc ex Aarone quoque colligere est, qui cum Mosis consilium secutus, acerra incensum Domino obtulisset, hoc pacto exasperati rebellantisque populi interitum repressit¹⁹.

Multi etiam eorum qui ad bellum proficiscebantur, cum sibi a Deo victoria promissa esset, eamque se pene jam adeptos viderent, insuper et forte sperantes ut terra potirentur, quæ melle lacteque diffunderet (ut qui se illam aliquando possessuros a Deo audivissent), propter peccata quæ interven- B nerant, funditus succubuerunt, Palæstinos præter fas aggressi; terramque desertam corporibus suis intraverunt²⁰, atque in Mosen et Deum ipsum multa sæpissime debacchati, hæc a Deo et Davide audiverunt: *Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non apponet nocere ei*²¹. Item: *Inimicos ejus induam confusione*²². Item: *Odio habentes eum in fugam convertam*²³.

Præterea etiam scelus ejus ergo, quod in Uriam admissum est, parum abfuit, quin Hierosolyma, thalamis suis, atque etiam calceis privatus persecutionem pateretur, et in deserto pernoctaret²⁴.

Quid verbis opus est, ad ea sigillatim enumeranda, quæ ab omnimoda, et hominibus impervestigabili Dei sapientia et virtute, denique sagaci illa providentia varie decernuntur, et alio atque alio modo fiunt, prout illi placet, singulisque conducibile est? Proinde cum divinorum judiciorum altitudo nulli hominum cogitationi pervia sit²⁵, quam nimirum aut intellectus humanus assequi aut naturalium rerum series expromere nullo modo possit, qui quæso, fieri potest, ut ex elementis naturæ obnoxiiis, quæque nihil amplius assecuta sunt, quam quod iis quæ sunt accensentur, quidam futuri scientiam polliceantur?

Mirum vero ni progressus ulterius, heus tu, quisquis es, qui astris promotionem futurorum ascribis, tempora quoque adjicias, et ea te pro animi arbitrio nunc subtrahere, nunc diffindere prædices: quo tamen intersignio facultas illa dignoscitur, quæ vitæ præest, cunctaque suppeditat: quemadmodum etiam ex eo quod futura non minus quam presentia perspecta et cognita habet. Atque ut hoc exempli gratia proferam, ille quidem bellaturus vel etiam vastum mare trajecturus proficiscitur: hic vero astronomicam artem professus, si consulatur, victoriam semper et tutam navigationem, astronomica sphaera prius eum in usum fabricata, promittit. Cæterum illi rebus ex majore parte contra quam promissum fuerat, gestis, revertun-

¹⁷ Jonæ, III, 1 seqq. ¹⁸ Exod. XVII, 11. ¹⁹ Num. XVI, 47 seqq. ²⁰ Deut. XXII, 1 seqq. ²¹ Psal. LXXXVIII, 23. ²² Psal. CXXXI, 10. ²³ Psal. LXXXVIII, 24. ²⁴ II Reg. II, 1 seqq. ²⁵ Rom. XI, 33.

tur. Hoc autem astronomicus assolet agere, si qui A terram significant; alternis exorientes et occidentes.

Nemo enim eum ultro accersat, qui ad futura tristia sit prænuntiaturus, quoniam ne Saulus quidem Pythonissam quævisisset, si mala illa prænuntiaturam præscivisset ²⁶, quæ in posterum subiturus erat, quamvis ipse vel sic in ipsa fere malicie procedens, tanquam propriis viribus fretus, haudquaquam prælium distulerit, neque legalis ad Palæstinos missis fœdera petierit. Quod si quando vera prænuntiassent deprehendatur, id nequaquam astrorum revolutionibus contingit, aut quia sic eorumdem se situs habet, et motus; sed industriæ, imo potius, ut ita dicam, conjecturæ astrologorum inventa sunt, qui semper optima quæque sibi pronuntianda interrogantibus, et promittenda proponunt.

Nam perpetua rerum verarum prædictio propria Dei est, et prophetarum ejus, nota: qui futurorum, quæ vaticinati sunt, nullum non vere prædixisse deprehenduntur.

Quod si quis vix tandem veri quid aliquando conjectaverit, hoc ejus indicium est, qui quamvis artem sagittandi minus calleat, quia tamen tela sæpe recta in scopum dirigit, aliquando etiam ab eo non aberret.

Ex contrario etiam qui visu sano est, si uno cursu recta viam perrexerit, tantum abest ut supercilium tollat magnificentiusque de se sentiat, cum potius etiam aliis aberrantibus, ipse pudore suffundatur.

Quod si quis videndi facultate privatus uno cursu viam citra offendiculum transierit, non oculis, sed forte fortuna curriculum hujusmodi abolvere censebitur.

At vero si juxta Christi sententiam: *Nemo potest Deo servire et mammonæ* ²⁷, ille dissentanea prorsus et ex diametro repugnantia molitur, qui Deo, et rebus ab illo creatis, æquam futurorum cognitionem attribuit.

Hoc etiam perspicuum ex eo est, quod prophetarum, Patrumve qui inter Christianos virtute cæteris præluxerunt, nullus astrorum motum dimetiatur, neque elementorum usum curiosius inquirat; humanamque naturam ad ea compellat, quæ minime decent, neque vanis imposturis innitatur, sed divini Spiritus revelatione res futuras prævideat, easque suis temporibus eventuras absque ullo errore pronuntiet, quia nimirum Deus ipse per illorum os loquebatur: quos etiam audire est in astrologiam tanquam perniciosam, falsi amantem, atque æruseatricem, his verbis invehentes: *Hæc dicit Dominus: Juxta vias gentium nolite discere, et a signis cæli nolite metuere quæ timent gentes, quia leges populorum vanæ sunt* ²⁸. Nam facta sunt signa in lucem, et in tempora, et Creatoris nutibus cedunt: et temporum mutationes iis qui sunt super

B Quod autem is non sine suo malo faciat, quisquis pseudoprophetarum vanitati subscribit, beatus Moyses auctor est, vel potius ipse Deus, qui per Mosen locutus est: *Quando ingressus fueris terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, cave ne imitari velis abominationes illarum gentium. Nec inveniatur in te qui lustret filium suum, aut filiam ducens per ignem: aut qui ariolos sciscitetur, et observet somnia, atque auguria, nec sit maleficus, nec incantator, neque qui Pythonis consulat, nec divinos, et quærat a mortuis veritatem. Omnia enim hæc abominatur Dominus* ²⁹. Ad hæc alio in loco sic ait: *Perfectus eris et absque macula cum Domino Deo tuo. Gentes enim istæ, quarum possidebis terram, augures et divinos audiunt. Tu autem a Domino Deo tuo aliter institutus es* ³⁰. Proinde nullum turpius scelus objici cuiquam potest, quam si ad pseudoprophetas, et divinaculos animum appellat. Atque paradoxum quidem aliquod, et a communi hominum opinione alienum, Deus hominibus hujusmodi non raro suggerit, quo veri etiam aliquid prænuntiant, ut vel hoc indicio manifesti fiant, quicumque illius promissis vere innituntur. Id enim per Mosen quoque hunc in modum dixit: *Si vero surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium vidisse se dicat, et prædixerit signum atque portentum: et venerit quod locutus est, et dixerit tibi: Eamus, et sequamur deos alienos quos ignoras, et serviamus eis, non audies verba prophetæ illius aut somniatoris: quia tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat, utrum diligatis eum annon in toto corde et in tota anima vestra* ³¹.

Sed et Stephanus ille, qui primus post Christum passus est, Hebræorum concionem objurgans, quæ cædibus gaudeat, Deoque diffidat, ejus denique mandata transgrediatur, quo tempore quidam ejus congregationis, quæ Libertinorum dicebatur, eum quærebant, nec sapientiæ, et spiritui quo loquebantur, resistere poterant, cum alia pleraque, tum hæc in primis de Israelitarum gente disserit. *Et vitulum fecerunt in diebus illis, et obtulerunt hostiam simulacro, et lætabantur in operibus manuum suarum: convertit autem Deus, et tradidit eos servire militiæ cæli, sicut scriptum est in libro prophetarum: Numquid victimas et hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto, domus Israel? Et suscepistis tabernaculum, Moloch, et Sidus Dei vestri Rempham, figuras quas fecistis, adorare eas. Et transferam vos trans Babylonem* ³².

Parum vero, aut nihil differt is qui militiam cæli, hoc est stellas, adorat, ab eo qui subscribit et acquiescit iis qui ex illarum curiosiore disquisitione res futuras vaticinantur, quod divinæ potentiae, ejusque solius proprium munus est, atque eorum quibus hoc illa concesserit.

²⁶ I Reg. xxviii, 1 seqq. ²⁷ Matth. vi, 24. ²⁸ Jerem. x, 2, 3. ²⁹ Deut. xviii, 9-11. ³⁰ Ibid. 13, 14. ³¹ Deut. xiii, 1-3. ³² Act. vii, 41-43.

Christus autem ipsos etiam dæmonas increpabat, dicentes: *Quid nobis et tibi, Jesu Fili Dei? venisti huc ante tempus torquere nos* ³³? Paulus quoque puellam, quæ a Pythonico spiritu vexabatur, et clamabat: *Isti homines servi Dei excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis* ³⁴. Cumque per dies multos idem ageret, satagens ille, ad spiritumque conversus, inquit: *Præcepto tibi in nomine Jesu Christi, exire ab ea* ³⁵. Quod et cum dicto fecit: neque id injuria, neque enim propria et insita dæmonibus est futurorum prædictio [(56) sed violentiæ potius, et prætextus species, qua minutissimam, vixque tantillam veritatis imaginem prævident], ut ex eis priscis oraculis constat, quorum alia ut plurimum dubia sunt, alia maxima sui parte mendacis scatent, et eorum qui iis crediderunt, plerosque in mala discrimina protruserunt, ex quibus nulla arte emergere poterant. Jam si dæmones substantiæ sin rationis participes, et quæ cunctos orbis angulos circumvolitent [(57) atque etiam num velut extremos pristinarum apostaseon rebellionumque sonos sæpe retineant, imo etiam non raro ea quæ eventura sunt, melius quam nos ipsi conjectent]: ut plurimum profecto stellæ mutæ sunt, nec futurorum quidquam intelligunt, neque rerum naturas perscrutari possunt, ut dæmones, sed hujusmodi artem, quamvis nostro sæculo obscuram, et ab imperitis hominibus profluentem, multi eorum qui ad tempora nostra pervenerunt, maximo in pretio habent, iisque se adjungunt, qui artis illius peritiam sibi vindicant, tanquam veris futurorum conjectoribus: quamvis illorum responsa perspicui nihil contineant, quodque propius nunquam ad veritatem accedat. Nihilominus auribus prurientes, et quia in verbo fortassis uno vera dixerunt, puta in nocturnis visionibus, jam iis quæ simpliciter illi, et in genere dicunt, non secus atque divinis oraculis fidem adhibentes, libenter acquiescunt, ad eosque se conferunt, interdum etiam illorum jussu ne divina quidem delubra ingrediuntur.

Vidi vero Romanorum etiam imperatores (nec enim omnes culpandi sunt) qui negotiis urgentibus, neminem eorum in consilium adhiberent, qui vel sapientiæ, vel longa rei militaris experientia, celebres haberentur, sed ab astrologorum judicii tantopere dependerent, atque iis quæ ex planetarum inspectione prædicerentur, velut circulis aureis in nares insertis, circumducerentur.

Hujusmodi certe reges simul et fallunt et falluntur, cum ea quæ fiunt, procul a Deo, ejusque providentiæ ablegent: atque ita receptis apud nos sententiis et institutis manifestissime repugnent, ita ut in longos menses id differant, quod vel hodie fieri potest: ex hocque loco in alium finitimum subinde commigrent, ubi ad pauca horarum inter-

³³ Matth. viii, 29, ³⁴ Act. xvi, 47. ³⁵ Ibid. 18.

(56) Hæc spatiis interlinearibus intersita fuerunt, atque litteris rubris exarata.

(57) Ut præcedentia rubris exarata.

valla commorentur. Sæpenumero etiam equitaturi, cum eorum quæ equitantibus necessaria sunt parte accincti, paalem manu gestarent, equo jam ad subsellium stante, horæ intempestivitate revocati pedemque referentes, propositum contra animi sententiam mutaverunt; ac si regio illa, ad quam iter instituerant, chasmate disjecta esset, vel etiam cælesti terrore jamjam concutiendi essent.

Ἠάπερ γοῦν ex Niceta ipso de vanitate Ethnoprothum, in persona Manuelis imper.

Nicetas Choniates Annalium Manuelis, lib. ii, Quia vero, inquit, potentibus fere omnibus tum nostræ, tum superioris ætatis placitum est, stellarum progressionem et retrogressionem certosque positus, configurationes, accessus, recessus, cæteraque quæ nugatores isti in divinæ providentiæ fraudem affirmant, ac dissimulanter fatalem omnium rerum necessitatem statuunt, ad felicitatem humanosque casus multum valere, Manuel idoneum exeundi tempus inquiri, idque Constantino denuntiat. Sed quid sit? Nondum ad occasum vergebat sol, Manuelis jussu homo revocatur, ob incommodum exitum, minus fausto siderum positu, nec subtiliter et accurate perquisito. Rursus igitur thema constituitur, regulæ consuluntur; post longam astrorum indagationem Angelus exil, cum beneficorum siderum comitatu: sed illa horæ observatio tantum Romanis profuit, priorumque ducum errata ita correxit, et accepta detrimenta resarsit, ut Constantinus statim hostium manibus caperetur, etc. (De pugna Constantini Angeli, quem Manuel ducem designarat exercitus, contra Rogerium regem Siculum).

De fato.

Porro fatum Græci ita introducebant, Necessitatem fingebant, quæ rebus præesset omnibus, cujus filias tres, Lachelam, Clotho, et Atropos esset dicebant: ita ut Necessitas futuris prospiceret, Lachela sortem superinduceret; Clotho iisdem nendo, fusumque circumvolvendo, robur et pondus adderet; Atropos denique ita confirmaret, et constabiliret, ut mutari et inverti nullo unquam modo possent. Ex quo fiebat, ut si recens natus puer fuso fatali ad subulam manibus tractandam, vel cultrum sutorium, vel denique coria dentibus extendenda destinatus esset, nullo modo fieri posset, quin artem illam exerceret, quæ illi sorte obtigerat, sed eam fati fune, quasi obtorto collo rapietur.

De augurio.

Augurium autem est futurorum præsagium, quod ab avium volatu, quiete, et garritu colligitur. Fuit enim aliquando hujusmodi quoque apud Græcos, et alias gentes futurorum obser-

vatio, etiamsi nostris temporibus prorsus avolaverit, tandemque etiam pennis omnibus deciduis evanuerit.

Nisi forte gallorum gallinaceorum tripudia solstitima, quibus in Gallia vere ineunte pueri ad litterarum studia excitantur, auguriorum ramentum quoddam sit, a Solone jam olim Athenis institutum; ut taceam aniles stryges, cornices, bubones, etc.

De fortuna. [Appendix 1.]

Fortunam Græci rebus omnibus præesse censebant, nihilque boni, aut contra, sine illius nutu contingere conjectura ducebantur: multa quoque adeo hominibus ab eadem vel in utramvis aurem secure dormientibus, nec ulli manum operi admoventibus, quasi divina (ut aiunt) virgula suppeditari dicebant. Ex quo evenerit, ut Timotheus urbes ita subjugarer, ac si fortuna illas in ejus rete conjiceret, eique dormienti traderet.

Appelli quoque pictori tale quidpiam contigisse ferunt, ut equum bellicosum ardua et erectaervice, arrectis auribus, cruentis et acribus oculis qui spectantibus furere currendo videretur, pedibus in aerem sublatis, terramque vicissim vix tantillum delibantibus, auriga frenos moderante, et bellicum equi insultum habenis coercente, depinxerit. Cumque imago rebus omnibus convenientibus instructa esset, eum spumæ colorem reliquit, qui ex continua sanguinis et aquæ commistione cerni posset, cum anhelitus quidem ex ore aquam protruderet, atque spiritu reflante in spumam violentia freni irrotaret. Cum ergo jam de pictura dubitaret spongia qua depingendo utebatur, circum frenos traxit: quæ cum multos colores spumæ non absimiles referret, picturam suo facile colore decoravit. Atque ita quod volebat Apelles, non arte id, sed forte fortuna perfecit.

Fortunam vero statuis etiam honorabant, gubernaculo navis manibus ejus imposito, ut quæ rerum universitatem moderaretur, alii novaculæ superimponebant, prosperæ fortunæ brevitatem significantes: alii spheræ, seu globo, quia facile mutaretur: alii eidem cornu Amalthææ plenum scatensque fructibus præ manibus dabant, quod Hercules Acheloo, manum cum illo conserens, detraxerat: hoc signo felicitatem fortunæ, ejusque munerum delicias denotabant. Nec deerant, qui arma dextræ ejus, et sceptrum sinistræ impo-
nerent, innuentes hoc pacto bellicosis viris regna, forensibusque leges et judicia beneficio fortunæ obvenire. Hæc et alia hujusmodi ab iis confingebantur, qui fortunæ imperio corpus hoc universitatis subiciebant.

^{36, 37} Ezech. vii, 23.

(58) Quales qui Foleti vulgo, de quibus Cardanus in lib. *De subtilitate*. Æguin. lib. *De nobilit.* 1. Hi olim frequentes in Armorica.

PATROL. GR. CXXXIX.

De cledonismo.

Porro cledonismus, seu sortilegium, magni ponderis erat, apud Hebræos in primis. Proinde per prophetam Dominus sic ait: Regio vestra plena est cledonismis ³⁶⁻³⁷. Dicuntur autem cledonismi rumores illi, quorum certus auctor expromi non potest, sed qui per se, et ut ita dicam, sponte oppida et urbes circumvolitant, et passim eorum aliquid insurrant, quæ aversanda, vel etiam minime talia sunt. Quicumque igitur rumores hujusmodi, vel etiam triviales nugæ adnotabant, eoque detorquebant, quæ sibi ipsis agenda erant, rerum adeo ipsarum exitum, non eum qui divinæ providentiæ placeret, sed quem rumores hujusmodi, occurrentiumque hominum sermones prædixissent, cledonismi dicebantur. Aliis per cledonismum interrogationes illas intelligere placuit, quibus χρησάντας, hoc est hordearii vates, et γαστρούμοθοι, hoc est ventriloqui, consulebantur quibusque iidem vaticinia sua expromebant: quemadmodum ἀποτροπιασμοί, seu mala omnia dicuntur, si qui ubi primum egressus est, pedemque domo efferre cœpit, atrato homini occurrat, vel alii cuiquam rei, cujus aspectus nobis insuavis et injucundus esse solet.

Plura de cledonismo. [Appendix II.]

Est enim cledonismus, malorum, ut ita dicam, dæmonum invocatio, quæ tum perliciebatur, cum sol a septentrionali climate austrinas ad paries secedebat, quo tempore dies quidem minuitur, nox autem augecit.

Sunt porro nonnulli quoque dæmones, ut vetus quædam perhibet opinio, qui materia constant, nec solis radios ictueantur. Ex quo fit, ut noctu insidias hominibus struant, cum interdiu, nihil agere possint (58). Sole igitur, ut diximus, ad austrum vergente, quo tempore aer nobis contiguus caligine propter hiemem condensari videtur, tunc hujusmodi dæmones saltibus et subsultationibus quibusdam nequitie suæ specimen edunt, illis etiam spectantibus, a quibus invocati sunt. Qui si epodis illos ad se pellicere nequeant, igne velut in orbem circumducto, media e flamma exsiliunt. Feruntur enim superiores virtutes cum hominibus pure et sincere non conversari, quoties aer capiti nostro contiguus caligine obducitur, et incrassescit quod, in causa est, ut illum igne expurgent (59).

De lecanomanteia.

De lecanomanteia vero, seu divinatione, quæ pelvi peragitur, hæc quoque sunt a nonnullis tradita. Aquam quidem, quæ pelvi infunditur, substantia nequaquam differre a cæteris ejusdem

(59) Quæ hic de dæmonibus pauca delibantur, pluribus a Michaelo Psello in lib. *De dæmonum operatione*, explicantur [*Patrologiæ* tom. CXXII.]

43

Grassante porro persecutione sub Diocletiano et Maximiano, hic quoque una cum sacro martyre Petro et aliis quibusdam comprehensus est.

Ad hos autem carceribus etiamnum detentos et clericis nonnulli, qui persecutionis tempore lapsi sacrificaverant, se contulerunt, petentes ut ad salutis viam pœnitentia regredi sibi liceret. Melitius itaque, Pelus, et aliquot alii, nefas esse dicebant, ut qui ad extremum usque non dimicassent, sed persecutioni succumbentes sacrificassent, tunc temporis admitterentur. Quod si persecutione sedata fructum pœnitentia dignum ostenderent, tunc et ecclesiastico cœtui, at non item pristinis honoribus, restituerentur. Sanctissimus contra Petrus, ut qui ad misericordiam natura propensus esset, his commartyres suis verbis obtestatur :

Eos, o fratres, quandoquidem pœnitentia ducuntur, admittamus nec cleris suis spoliemus, ne pudor tandem et desperatio illos ita transversos ad pejora rapiat, ut nullum salutis remedium superit. Igitur oratio Petri ad misericordiam et humanitatem, Melitii vero et cœterorum ad invidiam et rigorem inclinabat.

Cum itaque illos B. Petrus a sententia ne latum quidem unguem deflectere velle videret, medio in carcere lodicem seu pallium, septi cujusdam instar, expandit, diacono proclamare jussit : Quibus mea sententia arridet, ii ad me transeunt. Tum vero paucis admodum ad Petrum transeuntibus reliqua episcoporum, presbyterorum, et monachorum multitudo cum Melitio mansit. Cœterum posteaquam beatissimus Petrus martyrii corona redimitus est, ejusque sedi Achilles primum, deinde Alexander successit, Melitius et plerique alii exulare jussi sunt. In singulis autem locis per quæ Melitius cum abduceretur, iter faceret, privatus Ecclesias exstruebat, episcoposque, presbyteros, et diaconos constituerebat : qui martyrum quoque Ecclesiæ se membra professi, cum iis nequaquam communicabant, qui Catholicis a Petro stantibus Ecclesiis præerant. Posteaquam vero persecutio descevit, quique in metallis erant liberati sunt, Melitius Alexandriam venit, ibique quamvis in fide nihil innovans, privatam tamen cum suis synaxin faciens mœnsit. Atque hæc ex beato Epiphanio dicta sint.

Porro cum in magna illa Nicæna synodo de Arii dogmatibus inquireretur, ut ex ejusdem synodi ad Alexandrinos Epistola constat, una eademque opera de Melitio quoque inquisitum est. Atque humanius, inquit, motæ synodo (nam si summo jure egisset, nulla Melitius venia dignus erat), visum est ut ille sua in urbe maneat, et ne ullum sacris aut initiet, aut instituat, neve ejus rei ergo aut domi aut foris compareat, sed simplici et honorario nomine fruatur. Qui vero ab illo jam initiati, alboque mystici cœtus inscripti sunt, ii ad cœtum quidam admittantur, atque honore et sa-

cro munere fungantur, secundas tamen ab illis teneant, quos Alexander initaverit : et ne ullos initiet, neve clericorum nomina subjiciant, denique nihil quidquam in hisce rebus attentent. Quod si qui illorum e vivis exoerant, tunc hi ad defunctorum honorem provehantur.

His hunc in modum definitis, Melitius quidem, ut ait Theodoritus, nihil innovavit, at ex ejus discipulis nonnulli, cum hæresim Arianam a subsecutis imperatoribus confirmatam viderent, ad eam deflexerunt, alii cum pro libidine vitam instituere, nec aliis subjici vellent, omnem omnino cum Ecclesiæ consensum detraxerunt : et tanquam si suis legibus viverent ridicula quædam, qualia sunt hæc, quotidie corpus aqua proluere, manuum plausu quadamque saltatione hymnos modulari, tintinnabula (quod hodie a plerisque observatur) funibus aptare, illsque signum dare, et quædam ejus monetæ alia commenta sunt : cujus quidem rei gratia perpetuum cum illis magno Athanasio bellum fuit. Hactenus Theodoritus.

Cœterum sacratissimus Athanasius in secundo Apologetico pro sua in persecutionis tempore fuga, ubi post alia multa epistolam quoque subjunxit, quam ab Ursacio et Valente, illo Cibalcos, vel, ut quidam volunt, Sigedonis in Illyriis vel inferiore Pannonia, hoc vero Mursæ in eadem Pannonia episcopo acceperat, rursus Apologiam suam ordine prosecutus ait : Petrus apud nos ante persecutionem episcopus fuit, grassante autem persecutione martyrio coronatus est. Is Melitium, qui unus ex Ægyptiis episcopis ferebatur, de multis sceleribus convictum in communi episcoporum synodo deposuit. Hic autem ad aliam nullam synodum confugere, neque ad episcopos successores Petri ulla se apologia purgare satagens, schismatis auctor fuit, efficitque ut qui a partibus suis starent pro Christianis Melitiani dicerentur. Hæc magnus Athanasius.

Sozomenus autem historiis scriptum reliquit, quod Melitius jamjam e vivis excessurus Joannem quemdam ex familiaribus suis, præter Nicænae synodi statutum, sibi in Lycon episcopatu successorem constituit, ataxiæque seu confusioni denuo fenestram aperuit, quæ postea Ecclesiæ pervagata est.

Sciendum autem, beato Athanasio auctore, quod cum Nicæna synodus censuisset, ut ii quos Melitius initiasset, horum ecclesiasticorum consortes essent, Alexander unus repertus est, qui actorum tabulas quæreret, ne Melitius quoscunque vellet in dies instituere sibi liberum arbitraretur.

Item quod Arsenius (cujus manum secuisse B. Athanasius a sycophantis dictus fuerat) Hypseleton urbis, earum unius, quæ aliquando subditæ Melito fuerant, tandem episcopus fuit, idcirco ab Arianis electus, quia adversus venerabilem illum virum mentitus fuerat.

Quin et Ischyas Maræoticus eadem de causa ad

NICETÆ CHONIATÆ
THESAURI ORTHODOXÆ FIDEI
LIBER QUINTUS

ADVERSUS ARIANOS, EUNOMIANOS, ETC. (60)

CAPUT PRIMUM.

De Arii genere, forma, vestitu, et sacerdotio.

Arius Afer genere, Alexandrinæ diaconus Ecclesiæ fuit: cui sacri altaris ministerio sanctissimus Pe-

(60) *Protheoricum Petri Morelli Parergon, ad candidos lectores.*

Quod libris superioribus, candidi lectores, de sacris Naziuzeni, Damascenique scriptis præmonui, si quis tersiorem eorum versionem vellet, integra Patrum ipsorum opera ei adeunda esse, idem hoc libro quinto de immortalibus B. Athanasii scriptis dicendum, ex quibus pene totus haustus et excerptus est. Si quis enim emunctiorem triviali hac mea oraculorum Athanasianorum interpretationem requirat, ne interpretem, quæso, ejus adire pigcat. recentiore inquam illum, a me nunquam sine illa perpetui, quem discipulus doctissimo humanissimoque debet, honoris præfatione nominandum D. Petrum Nannium, regium in amœnissimo Musarum Charitumque λειτουργίῳ, Lovaniensi Academia, cui docti omnes secundas a Parisiensi ultro deferunt, humaniorum litterarum professorem quem, eum Ciceronianas aliquot in Verrem actiones in aula Buslidiana prælegeret, audivi, anno Christi, ni fallor, 1546, ætatisque meæ 19, eoque ipso tempore, quo Mechlina (o tristissimum omnium, quæ hisce unquam oculis vidi, spectaculum) de celo tacta, pene tertia sui parte in funestissimum bidental conversa est.

Hæc porro priori illi superioribus libris interisio de B. Damasceni scriptis παρέργῳ attexuissem, quia non paucis illi quoque libri Athanasianis testimoniis inspersi sunt, si B. Patris scripta, Latio a D. meo Nannio donata, meas in manus venissent, quæ nudius tertius primum vidi, et tomos omnes per transennam eo consilio evolvi, ut certior fierem, num aureum B. Athanasii opusculum, quod meas in manus ante quinquennium ἀπογράφῳ transcriptione incidit, cum plerisque aliis recens inventis editum esset. At nusquam ejus in toto volumine mentio fit, sed principis duntaxat ejus, cujus nomine scriptum est, Antiochi nimirum, cui pulcherrimum illud Quæstionum ex utroque Testamento elicitarum opus dicatur, quod primo tomi quarti loco proponitur. Ad eundem ergo Antiochum ex duce monachum atque abbatem Christianæ fidei στοιχειώσιν, seu institutionem δωδεκάτιλλον seu duodecim capitum inscriptione, cum ducis ipsius Vita habeo quæ tunc demum in vulgus exhibunt, cum nobilissimo viro D. Nicolao Tricelino a Brosis Bellilocensis et Claritensis monasteriorum abbati visum fuerit. Beati enim Athanasii opusculum illud, tanquam thesaurum in nobilis illius abbatis agro (hoc est Bellilocensi monasterio, quod sanctissimæ Trinitati, cœlesti

A trus prorsus interdixit, quia Deum Verbum ἐτεροοῦσιον, hoc est diversæ a Patre substantiæ esse profiteretur, et hujusmodi verborum portenta ἐξ οὐκ ὄντων, seu ex nihilo, et, Ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν, seu, Fuit tempus, quæ non fuit introduceret.

Andegavorum comes Fulco Nerra, Gotofredi Grisagonellæ filius condidit, monachis eo ex SS. Ursi Lochiensis, et Leubacii Senapariensis cœnobiolis in unum convocatis) a me inventum siue domini consensu et jussu publicare nolim.

Quod si cui Parergi hujus aliquota παρέκτασις tædio nulli sit, mihi sunt et alia nonnulla, eaque varia scripta, ex primariis Locarum Bellilocique templis emendicata, quæ cum Deus volet, apparerunt. Nam præter B. Athanasii opusculum ex Regio Bellilocensi cœnopio est mihi B. Martini episcopi, de quatuor virtutibus opusculum multo castigatius, quam quod vulgo tam sub Senecæ, quam ejusdem beati nomine prostat. Ex regia porro S. Virginis Lochiensis Basilica Aureum Paschasii de Eucharistiæ sacramento libellum integrum (nam in eo quem Colonia edidit, duo triaev folia desunt, quæ ex Lochiensi suppleri possunt). Item Latinam duodecim priorum Andegavorum Comitum Historiam in qua Gotofredi Grisagonellæ (cujus originem plerique recentiores Francicarum rerum historiographi se ignorare fatentur), genealogia Martiaque gesta, præter Lochiaci templi constructionem diffusissime referuntur. Eandem historiam et Latinam et Gallicam D. Nicol. Branchutus Lochiensium propræfectus, Bellilocensiumque judex mihi exscribendam una cum archivis aliquot Ecclesiæ Lochiensis in 50 capita digestis tradidit: quæ tamen absque R. P. D. Antonii Isauri S. Cypriani Pictavi abbatis, et Lochiensis Ecclesiæ prioris totiusque adeoque capituli consensu et jussu publicare nolim. Archiva illa D. Petri Sandillii ἀπόγραφα sunt, cujus elegantissimum ecclesiasticæ prosodiæ opus in ejusdem Ecclesiæ choro servatur, quod mihi doctissimorum virorum D. Francisci Marronis ibidem cantoris et canonici et D. Antonii Baraudini, qui canonicus et ipse beatique Ursi parochus est, auspiciis idem R. P. Isaurus et cæteri συμμύστα mihi et discipulis aliquot meis exscribendum tradiderunt. Sunt vero mihi et opuscula aliquot doct. theologi Nicolai Bartolomæi Lochiensis. B. Virginis evangelicæ apud Aurelianos, dum viveret, abbatis quæ piis moribus et doctrina venerandus D. Stephanus Pavonius, B. Ursi proparochus mihi commisit, quæ cum Deus volet Christo Xylonico, Eonæis, et cæteris tanti viri jam pridem prostantibus scriptis adjungentur. Tacendæ non sunt rhythmicæ Latinæ in singula Bibliæ organi capita hypotheses, quibus doctissimus ille cœnobita D. Claudius a Lacu, D. Guillelmi Maini diocetes, et S. Catherinæ Rothomagensis prior, monasteriique Bellilo-

Cum enim Patrém perfecte et exacte non cognoscat, ea de causa nec eum perfecte quoque videre potest; hinc ne suam quidem ipsius essentiam, qualis sit, perspectam et exploratam habet, cum propter nos factus fuerit, ut nos per eum, quasi quoddam instrumentum crearet Deus, neo unquam substitisset ille, nisi Deus creare nos voluisset.

Porro τρεπτόν, seu mutationi obnoxium, non minus quam diabolum, asserbat, quippe qui natura mutationi obnoxia constet, cum et genitus, et mutationi sit obnoxius.

Nec his contentus, ut Theodoritus auctor est, carnis quoque a Verbo assumptæ mysterium mutilabat, cum diceret corpus inanimum a Domino assumptum, divinitatemque munitis animi perfectam esse. Quibus verbis divinitati συμπάθειαν illam, seu naturalem cum corpore consensum affingit.

CAP. III.

De synodo Alexandrina centum episcoporum, in qua cum Ario quinque presbyteri, totidemque diaconi flaminio, seu gradu ecclesiastico defecti sunt.

Hæc et huiusmodi fuerunt impuri Arii dogmata, quibus plerosque irretiit incautiores. Cæterum B. Alexander primum quidem corhortationibus et consiliis hominem ab instituto revocare conatus est: ubi autem comperit eum impietatem suam publice profiteri, synodum provincialem centum prope episcoporum coegit: in qua non Arium solum, sed Arianos quoque Achillem, Æthalem, Carponein, Arium alterum, Sarmatam, Euzolum, Lucium, Menan, Helladium, et Caium de gradu dejecit.

Ex horum porro numero presbyteri erant, non ipse duntaxat Arius, sed etiam Æthales, Achilles, Carpon, Sarmatas, et Arius alter. Cæteri autem omnes diaconi.

CAP. IV.

De Arianorum ducentorum episcoporum Nicomediensi contra orthodoxos homousianos antisynodo.

Verumenimvero Arius quæ subsecuta sunt omnia, ea scripsit ad Eusebium, qui primum Beryti, deinde Nicomediæ, quæ in Bithynia est, episcopus, inde Constantinopolin translatus fuerat.

Coacta porro Nicomediæ synodo, cum ducenti quinquaginta episcopi eo convenissent, universis episcopis scripsit, ut cum Ario tanquam orthodoxo communicarent: quos tamen, id ut facerent, adducere non potuit.

Cæterum cum Eusebiani instarent, accitoque Ario, et excommunicato Alexandro Alexandriæ pontifice, homousii hæresin anathemati subiecissent, hic animum recipiens Arius legatos ad Paulinum Tyri, nec non Eusebium Cæsareæ, quæ in Palæstina est, Patrophilum Scythopoleos episcopos mittit, a quibus petebat ut sibi suisque conciones ad populum habere concederetur, utpote qui presbyteri

A essent. Qui cum aliis episcopis in Palæstina convenientes Arii postulatis subscripserunt.

CAP. V.

De Nicæna trecentorum episcoporum, auspiciis Constantini Magni synodo coacta, controversisque de Paschæ festo dogmatis.

At beatus Alexander hæc jam tuto suppressit, silentio non posse ratus, ad Antiochenum, Romanum et plerosque alios præsules scribit, quorum opera magnus ille Constantinus imperator certior his de rebus factus, non mediocriter dolere cœpit, eo præsertim nomine, quod in recens factis fidei Christianæ fundamentis dogmatum discordia multis ab amplexando Christianismo revocaret.

Quinetiam cum eidein renuntiarentur Paschæ festum a quibusdam, ritu ab eo qui passim inoleverat diverso, celebrari, dici non potest, quam graviter id molesteque ferret.

Quocirca sacratissimum Cordubæ episcopum Hosium, virum fide moribusque probatissimum, qui antea iis inclaruerat, quæ super controverso dogmate professus fuerat, eaque de causa illum et benevolentia et honore prosequeretur, Alexandriam ablegat, ut eos reconciliet, qui seditionem ibi super dogmate concitabant, atque illos etiam, qui in Oriente de Paschæ festo digladiabantur. Qui cum re infecta redisset, publico programme imperator edixit, ut omnes episcopi Nicæam Bythinæ metropolim convenirent.

Quotquot itaque sub Romano degebant imperio, nimirum trecenti octodecim convenerunt episcopi, demptis iis, quos vel morbus vel ætas ingravescens domi detinebat. Cum enim nondum civitatibus omnibus suis obtigisset episcopus, eo factum est, ut plures id temporis non convenerint. Provinciarum enim aliæ uni tantum parebant, ut Scythia, seu Rosia, in hodiernum usque diem, aliæ duos aut ad summum tres habebant, ut Dalmatia. Posteriore vero tempore plerisque non civitatibus tantum, sed etiam oppidis sui dati sunt episcopi.

CAP. VI.

Synodo Nicæna quinam præfuerint, aut convocatorum vice interfuerint.

Jam vero his qui ad concilium convenerant præfuerunt: Macarius Hierosolymorum, et Eustathius Antiochenorum pontifices, quorum hic paulo ante, communi eorum qui convenerant calculo dignus apostolica sede habitus fuerat, atque idcirco e finitima Berrœa Antiochiam evocatus. Siquidem post Domnum, qui Paulo Samosateno successerat. Antiochenæ Ecclesiæ præfuerat Timæus deinde Cyrillus: tum Vitalis, cui Philogonius successit, quem Paulinus subsecutus est, et Paulinum Romanus is qui comprehensus cum pro Christi religione tuenda martyrio vitam finisset, Antiochia episcopo vidua relicta est, quia nimirum, ut par est, per tyrannorum persecutiones episcoporum electio libera non esset.

Quare Arium imperator exsilio multavit. Eusebium porro vel alia de causa exosus, quia nimirum a tyranno primus steterat, sibi que ipsi fuerat insidiatus, una cum Theogni exsulare jussit. Itaque Eusebii loco Nicomedieasi Ecclesie præfectus est Amphion: et Nicæne loco Theognidis Chrestus. Nec ita multo post Arius ab exsilio revocatus est, eique sola Ægypto atque Alexandria interdictum est, Pauloque post Eusebius quoque et Theognis, pœnitundine per hypocrisin simulata, suas uterque receperunt Ecclesias.

Item Philostorgius sub finem primi libri, auctor est, eorum qui Nicæne fidei subscripserant, alios quidem e chirographorum suorum regione *homousii* dictionem ascripsisse, alios vero ab Eusebio instructos blasphemam *homœusii* vocem loco *homousii* supposuisse: præter Secundum et Theonam, qui etiam una cum Ario ejusque presbyteris in Illyrium relegati sunt.

Initio autem libri secundi scribit Eusebium, Theognin, et Marin, eorum quæ subscripserant pœnitundine ductos, ad imperatorem venisse, hisque apud eum verbis usos: Impii, imperator, in eo fuimus, quod tui metu percussi impietati subscripserimus. Ex quo factum sit, ut imperator exardescens eos in Gallias seu Galatias Occiduas relegarit, Arianos autem sua quemque patria excedero jussit. Cæterum exacto triennio Eusebianis ad sua postliminio redire permisit.

CAP. IX.

De Nicomediansi Arianorum adversus Homousianos orthodoxos antisynodo, et insidiis in Eustathium Antiochenum episcopum structis

Ariani ex Galliis reversi ducentorum quinquaginta episcoporum antisynodo Nicomediam convocata, Alexandrum excommunicarunt, et cum eo quotquot *ὁμοούσιον* profitebantur. Nec ullum impugnantæ fidei catholicæ finem faciebant Ariani, sibi que adversantium e medio tollendorum: in primis autem nullum non movebant lapidem, quo Eustachium Antiocheno episcopatu privarent. Quæ res Eusebium Nicomediensem movit, ut orationis gratia se una cum Theognide Nicæno, et aliquot aliis eodem morbo laborantibus Æliam proficisci fingeret.

Gravibus itaque insidiis Eustachium adoriuntur. Ælia enim Antiochiam reversi multis nummis meretricem sibi comparant, quæ hominem accusatum eum illi in jus vocant, qui vocatus in jus adfuit; partim propria fretus conscientia, partim hoc plerisque malæ conscientie argumentum videri ratus, si quis judici se sistere detrectet.

Postulat ergo Eustathius, ut muliercula illa peccatis onusta et suffarcinata testimonio aliquo fidem verbis suis faciat, quod quidem et legibus et canonicis consentaneum erat. Illi autem mulieri, quæ probatione omni destituebatur jusjurandum detulerunt, omnem in eo iudicii veritatem constituentes. Hoc autem ita ex professo egerant, ut illa veri

A jurisjurandi opinione, accusationi fictæ colorem adderet. Illa enim puerum duodecim annos natum producens, eum ab Eustathio suscepisse dicebat. Cæterum antea clandestinum stuprum ab Eustathio quodam fabro passa fuerat, ex quo et puerum hunc susceperat.

Eustathio itaque hac arte deposito, imperatorem Constantium hujusce rei certiozem fecerunt, ut Eusebium Pamphili Cæsareæ episcopum in Antiochenam sedem surrogaret. At Eusebius litteris ejus muneris deprecatorias ad imperatorem scripsit; quia nimirum idem ecclesiasticus ordo non paieretur. Cujus probato consilio imperator eum beatum esse dixit, quippe qui non unius urbis duntaxat, verum totius etiam orbis episcopatu dignus esset.

B Eligitur ergo, qui Eustathio succedat, Arianus quidam, Euphronius nomine, ut Mopsuestæus, Socrates, et Sozomenus scribunt; ut autem Theodorito et chronographo Theophani placet, Eulalius. Solus vero Philostorgius libro *Historiarum* secundo Paulinum Tyro Antiochiam translatum esse auctor est. Cæterum annuente quoque imperatore, Eustathius Philippos in Macedoniam abducitur, unde originem trahebat.

CAP. X.

Quam subdolis artibus Ariani hæresiarchæ sui reditum ab exsilio impetraverint, et de intendendis in Athanasium Alexandrinum archiepiscopum calumniis cogitaverint; quibus tandem sanctissimus vir Hierosolymitanæ synodi decreto apud Treviros in Gallia exsulare jussus est.

C Cum itaque hæc Eusebianis pro animi sententia successissent, majore τῆς καινοτομίας seu novandarum rerum studio exarserunt. Siquidem Eusebius et Theognis eo ad suam nequitiam pellecto, cui Nicæne synodi acta imperator servanda commiserat, propria chirographa deleverunt, deincepsque publice profiteri cœperunt, Filium ejusdem cum Patre substantiæ censendum non esse. Quod cum graviter et iniquo animo ferret Constantinus, eos ad sua redire jussit.

D Verumenimvero illi ad imperii consortes se receperunt, contractaque cum illis familiaritate, pristinam παρρησίαν, seu dicendi libertatem, resumpserunt, et in Athanasium Magnum calumnias et insidias instruere, atque adeo antisynodos adversus illum cogere cœperunt. Hinc porro eorum libertati plurimum incrementi accessit.

Arianus presbyter in Constantiæ imperatoris sororis familiaritatem se insinuaverat. Hic eo tandem licentiæ prorupit, ut libere cum ea colloqueretur, Ariumque injuste et per invidiam Ecclesia ejectum esse diceret. Quibus verbis adducta, presbyterum in familiam ascivit. Cum autem hæc tam gravi morbo laboraret, ut jamjam moritura videretur, a Constantino fratre, qui illam id temporis inviserat, extremum hoc beneficium petiit, ut presbyterum illum inter familiares haberet, eique

CAP. XII.

De paralogistica Eusebii Nicomediensis episcopi ὁμοούσιον in ὁμοουσιον mutatione, cui Constantius imperator et duodecim pluresque episcopi subscripserunt.

Sciendum porro est, quod cum impius Arius Filium Dei creaturam diceret, ejusdemque cum Patre substantiæ negaret; contraque Nicæni Patres eum ὁμοούσιον, seu substantia Patri conjunctum, eademque cum illo natura præditum esse profiterentur, tandem qui ab Eusebio Nicomediensi stabant, ὁμοούσιον vocabulo, quod nusquam in Scripturis reperiretur, exploso, ὁμοούσιον introduxerunt. Quæ quidem in verba imperator Constantius, episcopique permulti jurarunt, quorum hæc sunt nomina:

Georgius Laodicæ, quæ in Syria est, episcopus: Basilius Ancyrae: Eustathius Sebastiae: Eleusius Cyzici: Sophronius Pompeiopoieos, quæ in Paphlagonia est: Cyrillus Hierosolymorum: Salvanus Tarsi: Dracontius Pergami: Heortasius Sardinum: Neon Seleuciæ, quæ est in Isauria: Elpidius Salarorum: Theophilus Gabalorum, et alii non pauci: qui quidem Ἡμιάρητοι, seu Semiariani dicti sunt, quia cum Arius Filium creaturam Patrique prorsus ἀνόμοιον seu absimilem diceret, hi neque ὁμοούσιον cum Nicænis Patribus, Ario hac in re faventes, neque creaturam aperte profiteri hominum metu audebant, sed opinionem mediam seculi ὁμοούσιον, seu similis cum Patre substantiæ dicebant, ὁμοίου, seu similis, appellatione Filium Patri similem, non naturali, sed imaginaria quadam similitudine significantes, οὐσίας autem seu essentialis nomine, dogmatis absurditatem contagentes; atque idcirco impietatem quidem Arianam ex animo prorsus amplexi, ita tamen, ut ex dimidio id agere viderentur, quia non aperte Filio creaturæ nomen tribuerent.

CAPUT XVIII.

De Acacii ὁμολογῆς cui viginti pluresque, subscripserunt episcopi, eique contrario Aetii ἀνόμοιον, unde Homœanorum et Anomœanorum appellationes deductæ.

Nec vero desuerunt, qui majore impudentia laborantes, neque ὁμοούσιον neque ὁμοουσιον, sed ὁμοιον seu similem, simpliciter et absolute dicerent, eodemque prorsus modo, quo imagines archetypis suis similes esse dicuntur, quorum duces et auctores fuerunt Acacius Cæsareæ, quæ in Palæstina est, episcopus: Georgius Alexandria: Eudoxius Antiochiæ: Uranius Tyri: Patrophilus Scythopoieos: Theodulus Chæretanorum Phrygiæ: Theodosius Philadelphicæ, quæ est in Lydia: Evagrius Mitylenæ: Leontius Tripoleos Lydiæ: Phœbus Silandes Phrygiæ: Eutychius Eleutheropoieos Syriæ: Eustathius Epiphaniæ: Augarus Cyri: Valens Sigedonis, quæ in Pannonia est. Ursacius Mures: Eusebius Seleuciæ Syriacæ: Germinius Sirmil: Auxentius Mediolanorum: Demophilus Berrhææ:

A Basillus vel Basiliscus Cauniorum Lydiæ, et cum his alii.

Nonnulli quoque fuerunt, qui Filium Patri ἀνόμοιον seu dissimilem, publice profiterentur: quem admodum Aetius, et ejus consortes.

CAP. XIV.

De duabus duarum Ariminensis et Seleuciæ synodorum indicendarum causis: priore, ut controversia super Ariano dogmate componeretur; posterior, ut trium episcoporum, Eustathii, Cyrilli, et Macedonii causæ discuterentur. Primumque de quatuordecim criminibus, quibus Eustathius impetitus est.

Visum est itaque Constantio imperatori cogendas esse synodos, alteram quidem Occidentalium episcoporum apud Ariminum Italiæ; alteram vero **B** apud Seleuciam Isauriæ, quæ τραχέια seu aspera dicitur, tum propter hæc dogmata, tum propter quasdam criminationes contra episcopos intentatas, quæ synodica animadversione compescendæ viderentur: ut contra Eustathium Sebastiae, Cyrillum Hierosolymorum, et Macedonium Constantinopoieos episcopos, qui variis fuerant impetiti criminibus.

1. Eustathius quidem, quia cum presbyter esset ab Eulalio Patre, Cæsareæ, quæ in Cappadocia est, episcopo jam olim judicatus fuerat, et a publicis precibus ejectus.

2. Et quia postea damnatus a synodo fuerat, quæ ad Neocæsaream Ponti, ante magnam illam Nicænam, coierat, de iis consultatura, qui persecutione grassante lapsi fuerant.

C 3. Quin et Eusebius, primum Nicomediæ, deinde Constantinopoieos episcopus, eum de gradu deiecerat.

4. Postremo, qui in synodo Antiochena perjurii convictus fuerat, multaque alia, si Socrati credimus, præter ecclesiasticos canones designat.

5. Cum nuptias prohibuisset.

6. A cibis abstinere jussisset.

7. Servos a Dominis, prætextu pietatis, abire;

8. Mulieres et viros comam detondere non uisisset.

9. Ipse etiam philosophi Græci habitum gestaret.

10. Assecclasque suos hortaretur, ut peregrinum idem cultum assumerent.

11. Indicta jejunia negligeret.

12. Dominicis diebus jejunandum doceret.

13. Preces, ne in conjugatorum ædibus fierent, prohiberet.

14. Denique, presbyteri uxorem habentis, quam laicus existens duxisset, benedictionem adversandam et devitandam esse profiteretur.

CAP. XV.

De Cyrilli Hierosolymorum episcopi, ab Acacio competitoris in jus vocati, quamlibet contumacis, ad majus tribunal provocations.

Quæ autem adversus Cyrillum instructa sunt, hunc in modum se habent. Macarius Hierosolymorum episcopus, qui Nicænis Patribus consederat, Maximum confessorem, cui dextrum oculum Ma-

xininua tyrannus effoderat, sinistrique cubiti nervos absciderat, atque una cum Faphnutio Ægyptiados episcopus ad effodienda metalla condemnauerat, ad Diopoleos episcopatum evexerat. Quod cum ægre ferrent Hierosolymitani (is enim post Macarii obitum Hierosolymorum episcopus designatus fuerat), pœnitunductus est aliumque Diopolitanis episcopum dedit: Maximunque Hierosolymis manere iussit, ea lege, ut sacerdotio secum fungeretur, seque mortuo Ecclesiæ præficeretur. Quæ cum arrisissent, facto confestim comprobata sunt.

Maximus itaque Hierosolymarum episcopus creatus, nescio quid humanitus perpessus est, atque ea in synodo quam Eusebius Nicomediensis Hierosolyma convocaverat, quo tempore Maximi martyrii Encœnia celebrata sunt, Athanasii Magni depositioni subscripsit. Postea vero topica seu locali synodo Sardicensi coacta, una cum eo communicavit.

Jam post Constantii obitum, qui ab Acacio Eusebii Pamphili successore, ejusque Cæsareæ, quæ in Palæstina est, episcopo, nec non e Patrophilo Scythopolitano stabant, ei objecerunt quod quem prius deposuerat, eum postea pœnitunductus revocasset.

Ea ergo de causa Maximum episcopatu dejecerunt, Cyrillumque, qui ejusdem cum ipsis hæreseos consors si non esset, saltem haberetur, asciverunt. Hic de primatu cum prædicto Acacio contendit, viro verborum elegantia, rerumque gravitate percelebri, et qui ea consultaneo, quæ aliis minus obvia essent, facile perspiceret, omnium perspicacissimus, conjectandisque aliorum sententiis peridoneus: qui denique quamvis nullum non moveret lapidem, quo a se callida adversariorum consilia, subdolasque technas amoliretur, eos tamen placidis oculis, nullamque præse iracundiam ferentibus intuebatur; et adversariis conviciantibus assimulata quadam patientia ridebat, ac si lædoriis et coctumeliis nullis moveretur.

Primatus itaque ambitio inimicitias quæ inter Acacium et Cyrillum exarserunt, ansam præbuit. Cum autem Acacii ambitione res gereretur, Ælienses Cyrillum accusarunt, quod cum fames grassaretur, ille pauperum prætextu sacra clinodia vestesque auctioni exposuisset, quarum nonnullas negotiator quidam coemptas thymelicæ cuidam seu scenicæ mulieri vendidisset. Theodoritus porro auctor est hujusmodi vestem Macario Hierosolymorum ab imperatore Constantino donatum fuisse, qua rem sacram faciens uteretur, nec a scenica muliere, sed quondam ejusdem artis viro comparatam fuisse.

Convocatis ergo finitimis episcopis Acacius Cyrillum in jus vocavit: quem, quia sæpe vocatus non comparuisset, deposuerunt. Hic autem solus id temporis, et primus præter ecclesiasticum canoem appellationis ad publicum forum memor, iis a quibus depositus fuerat, provocationis libellum misit, et ad majus tribunal provocavit. Cujus quis

dem appellationi imperator quoque Constantius suffragatus est. Atque de Cyrillo hæc tenent.

CAP. XVI.

De Macedonii Constantinopolitani episcopi criminibus, et cæde tam Catholicorum quam Arianorum ob sacræ imperatoris Constantini capsæ translationem ipso in templo exorta.

Macedonius autem Constantinopoleos episcopus reus idcirco deferrebat, quia Eleusium quemdam et Marathonium sceleris consortes habuerat, quorum opera Homousianos infestare posset. Eorum quidem alterum ex publico militum provincialium calculatore diaconum fecerit, cœnobisque monachorum et monialium, atque ptochotrophis et nosocomiis præfecerat, quippe qui divitiarum quantum satis erat ab exercitu sibi comparasset. Postea vero ad Nicomediæ episcopatum promoverat.

Eleusio autem, qui non instrenue imperatoris comitatu militasset, Cyzici episcopatum donarat. Ex quo evenit, ut malis innumeris Novatianos affligeret, quos in primis ii sunt aggressi, qui Mantineaum, hoc est Ponticam Heracleam, reliquasque Paphlagoniæ partes incolebant. Ejus enim consilio milites armati ab imperatore missi sunt, qui illos adorirentur. Quocirca collatis utrinque manibus, permulti utrinque ceciderunt.

Ad hæc reliquiarum magni illius in imperatoris Constantini capsam, non sine multa sanguinis effusione, in sancti martyris Acacii basilicam transtulit, templum in quo reposita fuerit, ruinam minari causatus. Reluctantibus enim Catholicis, nec capsam loco movendam esse conclamantibus, idemque hoc esse, ac si tumultum effodiat, magna utrinque cædes exorta est: ut ipsa etiam ædes beato martyri sacra, ejusque ambitus, cruore redundaret.

CAP. XVII.

De Ariminensi episcoporum quadringentis plurium synodo, confessioneque fidei ab Arianis apud Nicen Thraciæ conficta et pro vera Nicæna Bithyniæ supposita.

Duplex igitur, ut jam monui, coit synodus: Arimini quidem, ut de dogmatibus, Seleuciæ vero, ut de episcoporum criminationibus cognosceretur. Prior itaque Ariminensis congregata est, conveneruntque Occidentales episcopi plures quadringentis. Quocirca Valens Ligeponis, Ursacius Mursæ, Germinius Sirmii, Auxentius Mediolanorum, et Demophilus Berrhææ in medium progressi, Filium Patri ὁμοιον, seu similem, esse dicendum ex Scripturarum præscripto censuerunt. Οὐσίαν autem, substantiæ, ubi de Deo agitur, nullam prorsus faciendam esse mentionem asseruerunt. Quos quidem ea in sententiam mordicus insistentes, synodus illa deposuit, atque ad imperatorem, qui per id tempus Sirmii erat, legatos misit, qui eum de rebus in synodo gestis certiore facerent. Qui depositi fuerant, moleste id ferentes, legatos prævenerunt, imperatorique synodi acta renuntiarunt: et eum, qui Ariano dogmati faveret, contra syno-

dum exasperarunt : atque ita legatos ejus re infecta remisit. Ursacius ergo, hac licentia proposita, in oppidum Thraciæ nomine Nicen pervenit, Ariminensisque fidei expositionem in Græcum idioma transfusam, deinde subadulteratam et corruptam ita in vulgus emisit, ac si ab universali synodo, quæ Nicem convenisset, proficisceretur, similitudine nominis simplicioribus et rudioribus oboblinere conatus, eam esse fidei expositionem reputaturis, quæ apud Bithyniæ Nicæam edita esset.

Cum autem synodum tam dulurnæ apud Ariminum more jam læderet, quia imperator eam responso dignatus non fuerat, ii qui Filium Patri ὁμοιον, seu similem, profitebantur, nescio quos submiserunt, qui cum Patribus Ariminensibus consultarent, tanquam indignum esset, ut unius nominis ergo, nimirum οὐσιας, seu substantiæ, a totius orbis sacerdotibus dissiderent. Quorum ratione adducti Patres Ariminenses, scriptum collaudarunt quod Ursacius Mursæ, et Germinius Sirmii elaborarant. Qui veriti, ne secundi a synodo ad imperatorem missi legati, ei explanarent, quænam episcoporum Occidentalium ab initio instantia, sublatique homousii causa fuisset, eos hiemis prætextu apud Thraciæ Nicen detinuerunt, persuaseruntque, ut quod ediderant scriptum, Græce interpretarentur. Quo facto, mox ad Orientis episcopos miserunt. Atque hæc quidem hunc in modum gesta sunt.

CAP. XVII.

De Seleuciana centum sexaginta episcoporum anti-synodo, in qua Homæanorum ab Homæusianis et Anomæanis secta divisa est ; Acaciusque Homæanorum dux et auctor in exsilium actus.

Nec vero ita multo post episcopi circiter centum et sexaginta Seleuciam Isauriæ convenerunt, quibus se adjunxit quidam vir illustris, et qui multum in aula imperatoria poterat, nomine Leonas, et Lauricius provincialium militum dux, qui ab imperatore jussus fuerat, suppetias Leonæ ferre, si opus esset. In prima autem sessione, duas in partes repente divisi sunt. Atque uni quidem præerat Acacius Cæsareæ, quæ in Palæstina est, episcopus, ejusque consortes, duobus et triginta plures : alteri autem Georgius Laodiceæ, quæ in Syria est, ejusque consortes.

Atque hi quidem in cæteris omnibus Nicænæ synodo subscribentes unicam homousii dictionem improbabant, ὁμοιοῦσιονque Patri Filium dicendum esse profitebantur. Acaciani vero in ea erant hæresi, ut et homousio et homæusio ex æquo rejectis, tanquam dictionibus, quæ a Scripturis alienæ prorsus essent, imo etiam ἀνομοίω antiquato, Filium Patri ὁμοιον, seu similem palam assererent. Est enim, ut Apostolus alicubi ait, *imago Dei invisibilis* ²⁵.

Interrogati vero quatenus eum Patri similem dicerent, Voluntate sola, respondebant : substantia

vero non item : quæ cum utramque in partem agerentur, dimissa est synodus.

Cæterum Acaciani cum iis a quibus dissentiebant, ulterius considerare noluerunt. Quapropter illi congregati Acacium et ejus consortes deposuerunt : inter quos erat Eudoxius Antiochiæ, loco cujus Adrianus vel Abianus, Antiocheni cleri presbyter, suffectus est : qui confestim a Leona et Lauricio in exsilium missus est.

CAP. XIX.

Constantius imperator Aetio Anomæanorum hæresiarcha in exsilium acto, Ariminensi fidei pro Nicæna suppositæ subscribens, Acacianorum Homæanorum hæresim amplexus est.

Cum autem Constantius imperator ab Occiduis partibus Constantinopolim rediisset, primumque adeo ejus urbis præfectum Honoratum nomine constituisset, atque proconsultatus magistratum antiquasset, Acaciani eo propere venerunt, et ex aulicis alios quidem suam in sententiam pellectos sibi concilians, alios autem ecclesiasticis bonis ita corruptentes, hac arte sibi ad imperatoris aures viam aperuerunt, atque eos qui diversæ partis erant calumniati sunt : quorum decem ad imperatorem venerunt. Quibus præsentibus una cum decem aliis ab Ariminensi synodo missis, imo aliis quoque tunc in aula forte versantibus, mandavit imperator, ut super Aetio anquireretur.

Quo facto Aetius quidem, qui Filium Patri ὁμοιον, seu dissimilem profitebatur, in exsilium ejectus est. Acaciani autem ex composito præmeditataque fraude perfecerunt, ut fidei expositio legeretur, quæ Arimino allata fuerat, in qua ex Valentis et Ursacii ambitu, ὁμοουσιου nomine deleta, ὁμοιον, seu similem secundum Scripturas reposerunt.

Quam imperator quoque lectam amplexus est, et quanta esset illa præsulum multitudo, qui Ariminum convenerant (quadringentos enim fuisse præmonui, secum reputans) nec se aberraturum causatus, si Filium Patri similem esse diceret, præsertim cum et ὁμοιον, et ὁμοιοῦσιον, et ὁμοῦσιον, idem significant. Cum itaque ea in sententia esset, jussit episcopos unum idemque sentire supereorum confessione, qui ad Ariminum convenerant : subscripseruntque cum alii, tum decem illi qui Seleucia adventaverant, quin et Maris Chalcedonis, et Ulphilas Gotthiæ, quamvis prius cum Theophilo sentiret, in cujus episcopatum successerat, qui Nicæna in synodo præsens scripserat.

CAP. XX.

Quinquaginta episcopi Acaciani seu Homæani, Anomæos undecim episcopos ob certa quædam crimina potius quam dogmata deposuerunt.

Ut in summa dicam, quinquaginta episcopi cum Acacio hanc fidem confirmarunt, deinde eorum qui Seleuciam convenerant, nonnullos deposuerunt : non quod eos super controverso dogmate

²⁵ Coloss. 1, 15.

culpant; sed quod eis peculiaris quaedam crimina ab objicerent.

1. Macedonium enim Constantinopoleos episcopum deposuerunt, abutentes imperatoris ira, qua prædictis de causis exanderat.

2. Basilium autem Ancyranum, qui Diogenem presbyterum Antiochenum percussisset, calumniis nonnullis impetisset, aliaque hujusmodi nescio quæ flagitia designasset.

3. Eleusium vero Cyzici, quia Heraclium quemdam Herculis Tyrii sacerdotem incantationum reum, ad Dei ministerium temere provexerat, cum se Christianum esse fingeret.

4. Heortisium porro Sardinum, qui præter episcoporum Lydiæ suffraganeorum suorum sententiam electus fuerat.

5. Dracontium item Pergami, quia Galatia Pergamum translatus fuerat.

6. Sylvanum quoque Tarsi, qui multis se contumaciæ ducem et auctorem, tum Seleuciæ, tum Constantinopoli præbuisset.

7. Theophilum præterea Castaballorum, quia Eleutheropoli eo translatus fuerat.

8. Sophronium insuper Pompelopoieos, tanquam avarum, qui ea quæ Ecclesiæ offerrentur, cauponari tentavisset.

9. Neonem etiam Seleuciæ Isauricæ, qui rudes quosdam, et sacrarum Litterarum juxta et caeremoniarum ignarus, ad episcopatus provexisset. At nostro hoc tempore analphabeti prorsus primorumque elementorum grammatices ignari episcopi creantur, modo sigillum seu chirographum depingere norint.

10. Quin et Elpidum Satalorum, qui Eusebium antea depositum presbyterio restituisset, Nectariumque quemdam perjurum diaconatus officio dignatus esset.

11. Cyrillum denique Hierosolymorum prædictis de causis.

CAP. XXI.

De nonnullis Episcoporum mutatis sedibus, Meletii-que ad Orthodoxos defectione, prædicandæque Homousiæ Trinitatis constantia, tribus expressæ digilis, quo Symbolo etiamnum in benedictionibus orthodoxi utuntur.

Iis hunc in modum depositis, non ita multo post loco Cyrilli Hierosolymorum Ecclesiæ gubernacula suscepit Erenius; et post eum Heraclius deinceps-que Hilarius, usque ad Theodisii imperatoris tempora, quibus Cyrillus suam in sedem postliminio rediit. Theophanes autem Chronographus Hilarium solum Ecclesiæ præfuisse per annos duodecim, denuoque Cyrillum circiter annum Valentis tertium Hilario deposito restitutum fuisse scribit. Loco autem Eustathii Sebastianæ Ecclesiæ præfectus est Meletius, ille vero Sebastia Syriacæ in Berrhæam translatus est. Qui cum ad Seleuciæ synodum venisset, Acacianorumque fidei subscripsisset, ea in sententia Berrhæam reversus est.

Convocata autem Constantinopolim synodo, et Eudoxio in ejus sedem translato, placuit ut Berrhæa quoque Meletius Antiochiam transferretur, quippe qui in Eudoxii Acacique sententiam pedibus irat: at illorum expectationem frustratus est. Defecit enim ad Orthodoxos, et Filium ejusdem cum Patre substantiæ esse docere cœpit. Cum autem archidiaconus accurrisset, docentisque os manus obtentu præclusisset, ille propria manu apertius quam voce, animi sui sensa patefacit: tresque salos diducens digitos, illos denuo in unum cum cæteris adduxit: unum Deum hac manus figura subindicans, populo velut in imagine delineans ea, quæ et sentiebat, et dicere gestiebat.

Quæ cum primum renuntiata Constantino fuerunt, ille Meletio exulare jussu, Euzoium, qui cum Ario de gradu dejectus fuerat, in illius locum surrogavit.

CAP. XXII.

De Arianorum Domosianorum in Anomæanos et Exucontios, qui Christum ἐξ οὐκ ὄντων, assererent, subita mutatione.

Acaciani autem pœpitudine duoti, quod Filium Patri prorsus ὁμοιον, seu similem asseruisent, Antiochiam, quæ in Syria est, se contulerunt. Congressique cum Euzoio, ὁμοιον vocabulum ex Ariminensi confessione fidei delendum esse censuerunt cum Filius ἐξ οὐκ ὄντων hoc est ex nihilo, creatus sit, atque idcirco Patri ἕνόμοιος existat. Qua in re adjutores habuerunt eos qui ab Aetio stabant. Ex quo factum est, ut qui Ariani antea dicti fuerant, Anomæi quoque et Exucontii ab Antiochenis Homousiani dicerentur, a quibus etiam interrogati, qui tandem fieret, ut qui sua in fidei confessione Filium ex Deo processisse asseruisent, nunc eum ἕνόμοιον et ex nihilo creatum dicere audent, respondebant, Paulum quoque apostolum dixisse, omnia ex Deo processisse, Filium autem unum quidpiam ex omnium esse numero; quod in causa fuisse, ut fidei confessionibus hæc verba: secundum Scripturas, adjecta essent.

Hujusmodi ergo sophismatis illudere tentabant, graviter tamen et iniquo animo ferentes, quod hæc sententia improbaretur, denique fidei confessionem legerunt, quæ Constantinopoli confirmata fuerat. Atque ita singuli ad suos episcopatus redierunt.

Antiochiæ vero Catholicorum multitudo duas in factiones scissa est, quorum alii Meletium honore summo prosequerentur, alii communionem illius refugerent, hac ratione moti, quod Meletius Arianorum suffragio electus esset, et quod ejus asectæ ab Arianiis baptizati essent.

CAP. XXIII.

De exsulum episcoporum, imprimisque Athanasii, Eusebii, Luciferi, et Hilarii Pictaviensis sub Juliano Cæsare, reditu, Alexandrinaque synodo, et Nicænorum canonum confirmatione.

Cæterum mortuo Constantino Julianus imperii gubernacula suscepit, Constantique sævitia in

subditos non sine calumniis improbatam et damnatam, A omnes episcopos ab exilio revocari jussit. Revocati sunt ergo cum alii, tum Athanasius Alexandrinus, et ii qui propter eum in synodo Mediolanensi exsulare jussi fuerant, inter quos erat Eusebius Vercellarum, quæ in Liguria sunt, sive apud Ligules Italiæ populos. Item Lucifer Caralorum Sardinia, et Hilarius Pictavarum, qui secunda in Aquitania sunt.

Itaque Eusebius et Lucifer a superioribus Thebis redeuntes inter se pacti sunt, ut aliter Alexandriam, alter Antiochiam se conferret, ubi consilium de divinis dogmatis componendis iniretur. Atque Eusebius quidem, simul atque Alexandriam appulit, synodum una cum Athanasio convocavit.

Cum ergo variis ex urbibus episcopi convenissent, Nicæna synodi decreta confirmata sunt; Deique sermo, qui homo factus est, non solum incarnatus, sed et anima rationali præditus, et perfectus homo communi omnium calculo proclamatus est, atque adeo Spiritus sanctus ejusdem cum Patre et Filio substantiæ esse demonstratus est.

CAP. XXIV.

De Luciferianorum ab Alexandrina synodo dissidentium hæresi, turbisque in Antiochena Ecclesia obortis, et Meletii exilio.

Cum autem Lucifer Antiochiam ante Meletii ab exilio reditum adventasset, Catholicosque inter se divisos deprehendisset, facinus haudquaquam pius designavit: electo diversarum partium Paulino episcopo, cujus facinoris Eusebius certior factus aperte quidem non improbavit: Luciferum enim reverebatur: cæterum neutri parti communicavit. Quibus auditis Lucifer indignatus est, atque Alexandrinæ synodi Acta improbare tentavit, vetuitque ne quis Eusebio communicaret. quæ res in causa fuit hæreseos eorum qui ab ejus nomine Luciferiani dicti sunt. Qui enim hæc iniquo animo una cum illo tulerunt, seorsum ab Ecclesia ierunt. Cum autem Meletius Ecclesiam suam revisisset, eosque a quibus amabatur privatim congregatos invenisset, iis præfuit. Ecclesiam autem Euzoii religionis Arianae antistes occupavit. Paulinus autem interiorum Ecclesiarum uni præfectus est, Euzoii permissu, qui Paulinum revereretur.

Cæterum Meletius extra portæ civitatis synagogas seu conventicula habuit, usque ad impii Valentis imperatoris tempora. Is enim cum Antiochiam venisset, Paulino quidem, viri vitam moresque reveritus, pepercit, Meletium autem exsulare jussit.

CAP. XXV.

Iterum qui sub Valente ob religionem exularant sub Gratiano et Valentiniano Juniore revocati sunt. Iterumque turbæ ob Meletium apud Antiochiam exortæ, tandem vix conquieverunt.

Porro cum Valens ipse violenta morte vitam in Mysia abruptis: et, Gratianus Valentiniani filius una

cum fratre Valentiniano Juniore totius imperii Romani gubernacula suscepit, atque omnes qui religionis nomine a Valente in exilium missi fuerant, lege data revocavit. Ea igitur lege simul atque Meletius Antiochiam remeavit, gravi quadam contentione populus defferri cœpit. Nam sine ulla mora quotquot ei favebant, nullum non moverunt lapidem, ut Paulino jam decrepito consors et collega corrogaretur. Paulino autem refragante, dicenteque præter canones hoc esse, ut consertem assumat, qui ab Arianis electus fuerit; qui Meletio favebant, plures certe numero, in ecclesiarum suburbanarum una in episcopali cathedra Meletium collocant. Cum autem populus utrinque exasperaretur, resque jamjam ad seditionem ventura videretur, his tandem legibus inter se pacti convenerunt. Congregatis enim episcopatus suffraganeis, iisque numero sex inter quos et Flavianus erat, jurejurando eos obstrinxerunt, neminem prius episcopum creatum iri, quam Paulinus et Meletius e vivis excessissent. Quibus jurejurando confirmatis, mutua inter eos dissenso simultasque conquievit.

CAP. XXVI.

De Constantinopolitana synodo Theodosii Magni jussu coacta omniumque maximis turbis Antiochiæ a Meletii morte ob Flavianum ejus successorem exortis: postremo de Isidoro hieromonacho, quem Damasus Constantinopolitanum creavit episcopum

His ita transactis Meletium rogarunt, ut Constantinopolim veniret, siquidem plerique et alii episcopi eodem in loco congregati ea in sententia erant, ut Gregorius Nazianzo translatus, episcopatu Constantinopolitano præficeretur. Nec ita multo post cum Theodosius Magnus imperator Ecclesiam perturbatam comperisset, synodum Constantinopoli congregavit, ut Nicæna fides observaretur. Quæ congregata et finita Meletius ad Deum inigravit: cujus corpore Antiochiam translato, Flavianus ejus loco electus est, vivo etiamnum Paulino, præter pacta jurejurando firmata. Ex quo evenit, ut Antiochenorum plerique communionem Flaviani defugerent, privatimque a Paulino convocarentur. Quin ipse quoque antistites inter se dissentiebant. Quandoquidem Ægyptii, Arabes, et Cyprii injuriam Paulino illatam ægre ferebant. Syri autem, Palestini, Pœnices, Armenii, Cappadoces, Galatæ, et plerique Ponticorum a Flaviano stabant, Nec vero mediocriter infensi erant Romæ episcopus et cæteri Occidentales, atque ad Paulinum quidem, ut Antiochenum episcopum scribebant, Flaviani autem mentionem nullam faciebant: infensique adeo orant Diodoro Tarsæ, et Acasio Berrhœæ, qui eum elegissent, nec eos ad communionem admittebant.

Quin et ipsi et Gratianus imperator litteris Orientales episcopos ad Occidentem convocarunt qui ea de re decernerent; at nullus eis morem gessit.

Cæterum patriarcha Photius hujusmodi scholion huic capiti obiter inseruit. Nota Romanæ Alexandrinæque sedis vehementem adversus Flavianum concitationem, quæ nihili tamen facta est, quod præter rationem facta videretur. Quia enim Flavianus a nullo damnatus intra suos fines a suis excolebatur, eo fiebat, ut alienas expostulationes, tanquam septa sua transcendentis, irritas manere facile pateret.

Mortuo autem Paulino, Flavianum populus iterum aversatus est, operaque et studio effecit, ut Evagrius propriæ parti præficeretur. Qui cum paucis et ipse tempore supervixisset, nullus in ejus locum suffectus est, idque Flaviani opera. Verum enim vero refractarii quidam Flaviano adversari pergentes, privatis conventiculis congregabantur; at ille nullum non rationis funem movit, ut hos quoque sibi subiceret: quod paulo postea perfecit.

Cum enim Theophilum Alexandrinum sibi obsequio suo amicum parasset, ejus opera cum Damaso Romano in gratiam rediit, profecto ad eum Isidoro monacho et presbytero, qui cum Scetensium philosophorum unus esset, Damaso gratus usque adeo fuit, ut sine ulla mora et festim illum Constantino poleos episcopum crearet. Porro Theodoritus auctor est Flavianum non cum Damaso Romano, sed cum Innocentio in gratiam rediisse, idque opera et studio Theodosii imperatoris, missis ad Flavianum Berthænsi aliisque episcopis. Non desunt, quibus is qui inter Patres Chrysologus dictus est, una cum Theophilo Alexandrino, Acacii Berthænsis, et Isidori presbyteri studio, gratiam Flaviano conciliasse videatur.

CAP XXVI.

Invectiva digresso Nicetæ in analphabetos sui temporis episcopos, quorum imprimis opera Andronicus et Alexius Comneni in sacra templorum clindia invaserunt: cujus sacrilegii Alexius aurea bulla penitere se protestatus est.

Verum enim vero impii Arii refutationes interim in alium locum rejiciantur. Quia enim Aetius et Eunomius Arii consortes fuerunt, operæ pretium facturus videor, si quæ ab illis designata sunt, huic historiæ prius inseram: tum deinde ad communem trium confutationem aggrediar. Quod enim jaculum quis in eorum unum paraverit, id vero non absurde in cæteros quoque detorsit. Illa porro in præsentiarum mihi perpendenda videntur, quæcunque illi, quibus cleri administratio sorte obtigit, adversus eum effutiverunt, a quo ad pastorale munus evecti sunt: et quibus oves suas damnis attriverunt. Imo vero liber quo res ab illis gestæ continentur dilucideque tractantur, cuius legem-

³⁸ Jerem. XIII, 1; Ezech, xxxiv, 2.

(63) Alludit ad Horat.: *Fragili quærens illidere dentem.
Offendet solido.*

(64) Ovid. *Si quoties peccant homines sua fulmina mittat.
Jupiter, exiguo tempore inermis erit.*

audendusve patet, quo quidem impietas et abominatio detegitur, qua profani illi episcopi ultro sese involverunt, qui pecunias in usus pauperum destinatas ad privatum fastum, et eorum obsequium, qui consortes imperatorum id temporis erant, tanquam palearum acervos eventilantes, ex iis alios quidem sermonum piorum et simplicitate gaudentium conversionibus, dialecticisque compendiis in perditionis barathrum præcipites dederunt, aliis autem impingentes retusi sunt, non secus atque si in murum Scimitarium dentes infregissent (63), quippe qui divitiis eorum prudentiores essent, nec ullis logicorum epicherematum machinis percellerentur. Hos vero synædorum sibi consentaneorum convocacione, necnon eorum consensu et favore qui multa possent apud imperatores atterere prorsus conabantur, nec solum suis eos sedibus et ovilibus deturbabant, sed etiam quo jure quaque injuria semper e medio tollere meditabantur, nonnullos etiam commentis dolis et synæphantis impetebant, et hujusmodi artibus optata consequentur; cum justitia subsannet eos, iudiciis ei soli cognitis, cui quoties peccant homines in iram excandescere non placet (64), at in plerisque vel in diuturnum tempus de iniquis facinoribus pœnas repetere differt. Hunc in modum pastores despiciebant, nec eorum pauci vineam Dei corrumpabant. Quocirca Dominus graviter id molesteque ferens per prophetam exclamat: *Væ qui pasunt seipsos*³⁶. Imo si quis penitus exploret, ea quæ hujusmodi temere designarunt, et adversus Deum innumeris modis prolocuti sunt, eos ne seipsos quidem pasceret, nec ovile tantum negligere, sed et seipsos et suum gregem a Deo distraxisse, gregemque nullo non herbæ lethalis et mortiferæ genere pavisse, nullo non denique turbido nec feculento flumine adaquasse comperiet, ex quo ipsi quoque poculum porrigant, tanquam duces gregis arietes, quibus sonora sacerdotii crepitacula incassum appensa sint. Cæterum quamvis omnia ita tractarent, ut unde nil præter privatam accusationem, et animæ plerorumque perditionem consequerentur, nonnulla tamen utilia amplexi quoque sunt. Ita ut ex eis tanquam spinis rosas decerpere, et tanquam serpentum carnibus panaceam salutarem conficere liceat, tunc, inquam, cum et pastores et pastorum mercenarios deposuerunt, quotquot fidei rudes et ignaros deprehenderunt, nec idoneos qui fidei catholicæ præcepta subditiis suis ex eorum præscripto explicarent.

Verum enim vero a nonnullis quoque accusati sunt, quod percussores et rapaces essent, quod eos qui de gradu dejecti fuerant ad communionem admisissent, quod seditiones concitassent, quod

denique in opibus, elementis et principiis ea quæ A in vita facturi essent præmunissent: quæ quidem si cum cæteris Ecclesiæ cæremoniis, quæ communi utilitati consulunt, non evanuisissent, imo si nullus in hodiernum usque diem ea transgressus esset, quæ recta ratio præscribit, et quæ recte a piis Patribus jam olim sancita sunt, haudquaquam nescio quibus glebarum occatoribus, vectigalium redemptoribus, ferarum venatoribus, publicis procerum aulicorum consortibus, dogmatum fidei prorsus ignaris, incantatoribus denique et raptoribus episcopales sedes committerentur (65-66): nec iis qui ut hoc quoque dicam, subditos suos, quibus pascendis præfecti sunt, multo violentius expilant, quam publici vectigalium exactores, dum tributarium debitum non superficiali lana, mulgendoque lacte tenuis definiunt, sed etiam:

Tergora diripiunt costis, et viscera nudant.

Ex quo evenit, ut pristina illa regum objurgandorum dicendique citra pudorem quilibet coram eis libertas prorsus illis perierit, paucique adeo illos jam reverentur: atque ex consequentia maximum illud pontificiæ dignitatis decus evulserit, ejusque loco ea introducta sint, quæ veros pontifices omnino dedecant: cujusmodi sunt imperatoribus assentari, et servili more quæcunque ab illis dicuntur aut fiunt approbare, quamlibet illa flagitiosis omnibus flagitiosiora sint.

Ut taceam, quod nobis quoque, qui magistratibus fungimur, libertatem omnem dicendi abstulerint, atque nos ex sublimi dignitatis gradu deturbaverint, et humi prostraverint, eo denique adegerint, ut una cum illis Melitæorum catellorum more imperatoribus blandiri coacti fuerimus. Nam quid aliud, quæso, fecissemus, cum primariæ sedis pontificem et cæteros, ut ordine subsequuntur, episcopos, unico nutu et verbo permisisse videremus, ut sacra clinodia avellerentur (67), gentibusque tanquam canibus ad epulas parandas exponerentur: cum sua cuique privato, imo reipublicæ quoque ipsi, ut ita dicam, sarta tecta et integra manerent, et in futuros usus a suis possessoribus reconderentur?

Omnino si temere restitsemus, obtorto haud dubie collo de tribunali dejecti fuisset. Illud enim exemplum impudentiæ, qui nobis id temporis assidebat imperator nihil non eorum quæ petebantur, ultro concedebat. Quare si quis affectu omni semoto, rem penitus perspicere velit, ecclesiasticos haud dubie plura designasse flagitia comperiet, quam imperatoris (68) aulicos et satellites. Hi enim quæcumque imperii magnitudo, potestatis præcellentia, et voluntas tulit, ea per fas et nefas designaverunt; hi autem et coadjutoribus (65-66) De hujusmodi *phorologis* Chrysost. in comparatione regis ad monachum.

(67) Sacrorum vasorum distractionem intelligit

PATROL. GR. CXXXIX.

suis domesticis, illis quidem hostibus, et aulicorum plerisque perniciæ auctores exitiique fuerunt; quippe qui tanquam Deo succenturiati opitulatores, jus persuadendi haberent, quique nihil absque divino instinctu aut dicere aut agere censerentur. Pauci enim sunt, qui per fenestram pectoris introspicere, cordiumque cogitationes perspectas habere queant. Sed hæc hactenus; ne quibus forte propria peccata in tergum rejicere, aliena vero anteriore manticiæ parte gestare, eaque curiosioribus oculis inspectare videar.

CAP. XXVIII.

De Semiarianorum episcoporum hypocrisi, præcipuisque hæreseos eorum capitibus.

Ut ergo unde digressa est, eo se referat oratio, videamus quæ et qualia fuerint illa verba, quæ Arianæ luis propugnatores adversus Christum conceperunt, et pepererunt, frequentibusque synodis convocatis, omnium auribus exposuerunt, denique tanquam orthodoxa confirmare ausi sunt, quamvis interim nihil nisi meram impietatem spirarent, tanquam adulterina et ab Ecclesiæ apostolicæ placitis aliena. Ac primum quidem quis Theognin Nicææ, Eusebium Nicomediæ, atque Eusebium Cæsareæ, quæ est in Palæstina, non accuset? qui illiberali et pontificibus indigno sensu præditi fuerint. Cum enim hæreticæ factionis essent, vererenturque ne propriis Ecclesiis exciderent, aut infamia notarentur, Arium simulate abjurarunt: pauloque post, more canum ad proprium vomitum reversi, Arii depositioni non consenserunt, sed resilientes nullum exinde fidei catholicæ impugnandæ, piorumque oppugnandorum finem fecerunt. Hinc fraudulenta illa contra Eustathium consilia, hinc frequentes illæ synodi, quibus ὁμοούσιον dictio tanquam a Scripturis aliena censebatur apud illos et explodebatur, ejusque loco nunc ὁμοιούσιον, nunc ὁμοιον, alias etiam ἑνόμοιον, obtrudebatur: quæ omnia Filium a substantia Patris alienum faciunt. In ea enim sententia erant, ut Pater prima ei propria substantia diceretur, Filius autem secunda. Atque Patrem quidem Deum proprie dicebant, Filium autem per homonymiam, hoc est, æquivoce, nominis substantiæ et deitatis participem esse. Verbi gratia Deum Patrem dogmatis suis animato animali, Filium autem inanimato et picto similem esse fingebant.

Quocirca Patrem Deum proprie, ut diximus, Filium vero, quamdam Deitatis imaginem nominabant: ita ut incassum Filio et divinitatis et substantiæ nomen affingerent. Quia enim Filium a Patris substantia sejungebant, Patremque Deum proprie nominantes, Filium ab ejus essentia profitebantur alienum, eo fiebat, ut eum frustra et cujus Alexius Comnenus in Aurea Bulla meminit. (68) Andronicum intelligit, de quo Michael Choniates in Monodia.

sine hypostasi Deum dicerent, atque adeo ejus duntaxat homonymiæ ratione, qua inter se vivus homo et pictus conferuntur, hominisque vocabulo æquivoce designantur. Eo erga vana perversorum hominum cogitata, ὁμοιον et ὁμοιοῦσιον spectabant. Qua de causa Semiariani quoque dicti sunt. Quia enim Patrem et Filium ad inæqualitatem redigebant, Patrique hoc tribuebant, ut supra omnem essentiam, ut ingenuus, ut æternus esset; Filioque contra, ut creatus, ut postea esse cœpisset, fuisse denique tempus, quo non fuisset, idcirco ferre non poterant, ut ὁμοουσιον dictio, fidei symbolo insereretur, qua quidem Filium unius et ejusdem cum Patre substantiæ esse profitemur, hac arte salagentes, ut suam in hæresin opinionemque perversam episcopos omnes latenter pellicerent, qui quamvis pietate cohonestarentur, morumque simplicitate gauderent, verborum tamen strophis seu inversionibus et sophisticis compendiis haudquaquam invigilarent, dicentesque nihil esse discriminis inter ὁμοουσιον, ὁμοιοῦσιον et ὁμοιον, cavendumque nobis esse, ne dictionum novitate scandala Ecclesiis suborirentur et coalescerent: quarum quidem dictionum lenocinio impietatis escam obducebant, multosque exitii cassibus implicabant.

CAP. XXIX.

De Semiarianorum proceribus: falsa que dictionum ὁμοουσιον et ὁμοιοῦσιον interpretatione.

Jam vero qui talia confingebant, proceres impietatis primariique auctores erant, ut qui cæteros id temporis hæreticos religione doctrinaque præcellerent. Eusebius, inquam, Nicomediæ, et Eusebius Cæsareæ, quæ in Palæstina est, is qui ecclesiasticam conscripsit historiam; Theognis item Nicææ, et cæteri, qui horum sententiis et placitis subscribebant. Magna enim cum impudentia ὁμοιοῦσιον de corporibus proprie intelligi et dei profitebantur, ut de homine et cæteris animalibus, de arboribus item et plantis omne genus, quibus communicatio et ortus ex similibus est: ὁμοιοῦσιον autem rebus incorporeis ineptum esse, et de ipsis proprie dici, ut de Deo et angelo, item de utroque propria in essentia intellecto.

Et quamvis sibi satis conscii essent veritatem se alio modo habere, falsis tamen ratiocinationibus abutebantur, ut eos dictis euis irretirent, qui verborum suorum sensum assequi non poterant. Quandoquidem ea quæ obtrudunt puerilia, et ab Ecclesiæ sensu aliena sunt. Nec enim rerum apparentium nomina seipsis solis circumscribenda sunt; sed ad ea quoque traducenda, quæ intellectu percipiuntur. Quod enim inde subveremur, periculum nullum prorsus est, nisi qua in parte intellectum ipsum mutilemus. Si quis enim de angelis ὁμοουσιον τας, hoc est, consubstantialitatem, imo vero de plantis etiam et animalibus

A dixerit, haud quaquam a vero aberraverit: quemadmodum de Filio et Patre quoque dici potest. Hæc enim est quarumvis rerum essentia natura, ut quod genitum est ei a quo genitum est simile fiat, et prout eadem utriusque essentia est, eodem quoque honore afficiatur; nec illius quidem potior, hujus vero deterior, aut illius quidem antiquior, hujus vero recentior essentia dicatur. Nam formæ generis æqualiter ab eo procedunt, eodemque naturæ communis honore condecorantur: ut omnes homines communionem definitionis conveniunt, quamlibet in plurima individua divisi sint. Quæcumque ergo ad unum aliquem terminum reducuntur, ejusque capacia sunt, ea etiam proprie homines, vel equi, vel boves, et, ut ita dicam, plantæ et arbores dicuntur, omninoque ὁμοιοῦσιον, hoc est essentia communionem constantia dici poterunt. Quæcumque vero termini capacia non sunt, puta hominis vel animalis alicujus, nomine autem solo homines vel aliquod aliud animal appellantur, ita nec homines proprie nec animalia dici a quoquam poterunt: atque ita nec ὁμοιοῦσιον vocabuntur, qualis est pictus equus et homo; quia nimirum ne ad formam quidem suam referuntur, nec proprii termini capacia sunt, puta ratione præditi, et morti obnoxii, atque mentis scientiaque capaces: vel etiam hinnibilis, rationeque carentis. Quidquid enim ad hominis alicujus vel equi similitudinem statuarius efformaverit, depinxeritve pictor, hominem quidem dicere poterit, quia figura formam imitata sit; at minus proprie, sed abusive et æquivoce; nec enim ejusdem cum forma definitionis particeps est: quia statua non est animal ratione præditum, morti obnoxium, mentis et scientia capax; nec etiam hinnibilis et quadrupes, qualis est vivus equus, nec

Quadrupedante pulrem sonitu quatit ungula campum.

Hinc ergo consequitur, ut quemadmodum nobis hominibus, itemque singulis animalibus, ipsisque adeo animalibus, una quæpiam specifica essentia insita est: ita etiam in tribus personis, Patre, inquam, Filio, et Spiritu sancto, una essentia, divinitas, et natura insit. At impii, illi Eusebii, hæreticorum primitiæ, dum vocabulum Deus primæ patris essentia tribuunt, eumque alterius essentia, atque alterius item Filium quasi quibusdam gradibus esse statuunt, ὁμοιοῦσιον quidem abrogant, eoque pro virili parte adnituntur, ne qua illius mentio supersit: at loco illius ὁμοιον et ὁμοιοῦσιον obtrudunt, et si non reipsa, saltem verbo Filium essentia Patri similem profitentur. Sed de his tunc apertius tractabimus, cum ad Arii ejusque consortium et asseclarum opiniones refutandas aggrediemur. Hic autem locus postulat, ut ea commemoremus, quæ de Aetio et Eunomio circumferuntur.

CAP. XXX.

De Aetianus et Anomæis, quibus Eunomiant quoque accensentur. Aetii vita et moribus. Stephani et Onagri lendiculis in episcopos aliquot ortholoxos. Leontio evirato. Antiphonarum ecclesiasticarum origine.

Quæ de Aetio et Eunomio circumferuntur, ea Gregorius quidem Nyssenus, Theodorusque Mopsuestenus pluribus, Epiphanius autem Cypri, Theodoritus Cyri, et ecclesiasticarum Historiarum scriptores succinctioribus verbis prosecuti sunt, ex quibus omnibus ea mutuati sumus, quæ nobis utiliora et accommodatiora visa sunt.

Sciendum itaque est, Aetium Antiochiæ, quæ in Syria est, ortum fuisse, atque, ut Nysæenus auctor est, mulieri cuidam Ampelidi nomine serviisse, cum fabrilem artem exercebat, parvoque malleo et parva incude vasa ærea detrita resarciret, tum foramina obturans, tum liquefactum stannum eis infundens, lebetum denique ventribus infuso plumbo mederetur. Ut autem Mopsuestiensis auctor est, patre ille libero quidem, at aurifice papilionario, hoc est, ædibus carente, sed papilionem seu tabernaculum pilis et setis contextum, ideoque vile, circumferente, atque adeo circumforaneo, et minutis quibusdam frivolisque operibus victum in diem sibi comparante, natus est. Quem cum filius sequeretur, eum in artificulo hoc suo instruxit, imo vero primis quoque litterarum rudimentis illum instituere conatus est, eatenusque promovit, ut contractuum verba describere posset. Quod autem Aetius aurifex fuerit, ejus quoque consors Philostorgius tertio Historiæ suæ libro auctor est: « Cum itaque, inquit, animum Aetius ad aurificium appulisset, summus evasit aurifex. Cum autem operum sibi commissorum quodpiam adulterasset, acribus, ut par est, flagris dissectus est. Postea cum se hac arte tenuiter juxta et sordide vivere, christianos autem summa cum humanitate quosvis, maxime autem suæ religionis homines excipere videret, arte relicta, mutatoque habitu, philosophicam atque adeo christianam vitam ementitus, multos assecras invenit. Tum vero Alexandriam profectus, cum paucos aliquot dies Aristotelicis argutiis ediscendis transegisset atque aliquis esse videretur, quæ hominis indoles, dicacitas et impudentia erat, non paucos laudum suarum buccinatores habuit. Cum autem eximius Arij dogmatum propugnator esset, illis quidem subscripsit, ab Arianis vero secessit, quod Arium ad communionem admississent, qui in fidei confessione ad imperatorem Constantinum scripta pejerasset, atque alia cogitans, alia prolocutus esset. Postea vero Alexandria discedens Antiochiam natale solum rediit, atque a Leontio Antiochenorum id temporis episcopo exceptus est. A discessu enim magni illius Eusthathii, Euphronius Arianus, Eusebii Nicomediensis opera ei subrogatus est. Euphronioque Phlacitus, sive Placitus, ejusdem cum illo hæreseos, successit. Placito itaque impiissimus

A ille Stephanus, qui non hæreseos solum antistitem se præbuit, verum innumera quoque alia mala designavit, nullam non nequitiae sæditatisque speciem persecutus: qui lectorem quemdam scelerum suorum administrum et tanquam emissarium haberet, qui ea de causa Onager perapposito nomine dicebatur, cujus opera ille fabulam hujusmodi adorsus est.

Finita Sardicensi synodo Constans pius ille Romanorum imperator ad germanum fratrem suum Constantium super Athanasio et Paulo scripserat. Litteras Euphratas et Vincentius episcopi una cum Salino militum ductore pertulerant. Qui cum Antiochiam appulissent, ubi Constantius id temporis esset, in hospitium diverterunt. Detestandus autem Stephanus Onagri opera meretricem conduxit, noctuque in episcoporum diversorium introduci jussit: atque quosdam subornavit, qui meretricem cum episcopis esse clamarent. Cum autem fortiores essent episcopi, eorumque contubernales, et meretricem et ejus administratos vi detinuerunt.

Quæ fabula simul atque ad Constantii aures perlata est calumniatore Stephano deposito, non minus malum eviratus Leontius in ejus locum suffectus est, qui jam presbyterii honore excocterat, quia cum puella quadam Eustolia nomine quotidie conversabatur, hujusque turpitudinis suspicionem a se amoliturus virilia sibi præsecuerat, tum deinceps liberius ad illam commeabat, iis nimirum membris privatus, quæ calumniæ causam præbuerant. Hic ergo Constantii imperatoris opera et studio ad Antiochenum episcopatum evectus fuerat. Cæterum per id tempus Antiochiæ florebat, et virtute scientiaque celebres habebantur Flavianus et Diodorus, quorum ille Antiocheno episcopatu, hic Tarsensi postea præfectus est. Atque ut Theodorus Mopsuestenus scribit, illam psalmodiæ speciem, quas antiphonas dicimus, illi ex Syrorum lingua in Græcam transtulerunt, et omnium prope soli admirandi hujus operis omnibus orbis christiani hominibus Auctores apparuerunt. Heterouasiastæ quidem certe, hoc est, Ariani, diversa Filium a Patre substantia esse dicentes, ita canere solebant: Gloria Patri per Filium in Spiritu sancto. Flavianus autem primus cecinisse fertur, Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto.

CAP. XXXI.

Iterum de Aetii et Eunomii vita et moribus pauca.

Exceptum ergo, ut jam dictum est, Aetium Leontius diaconum ordinavit: cui cum multi contradicerent, seque ab Ecclesia secessuros minitarentur, et Flavianus in primis Diodorusque id facere tentarent, Aetiisque hæresin arguerent, Leontius partim id veritus, partim eum ad ea quæ subsequuta sunt præparaturus, eum a diaconatu quidem removit, cæterum majorem ei honorem detulit.

Jam vero Aetius temerarius et facetus erat,

atque mimicis thymelicisque sermonibus, gestibus, et cultibus indecoris oblectabatur. Nam veste ad nates usque sublata manibus nuda femora feriebat: alteroque pede sublato et ventre percusso, pedebat. In conviviis autem inter cætera ludicra his convivas alloquebatur verbis: Si vultis, docebo vos, quid sibi velit dogma; tum tribus ventris crepitibus similibus magno cum anhelitu emissis, sic exclamabat: Ecce, Orthocyllorum, hoc est Recti Claudorum, dogma, sic orthodoxos per transmutationem vocans. Deinde tribus aliis dissimilibus efflatis: Ecce, inquebat, et nostrum. Quoad ergo vixit Leontius Actium hujusmodi ludicris ridiculum apud se habuit. Mortuo autem Leontio Antiochenam sedem Eudoxius Germaniciensis arripuit, nec minore in pretio, si non majore, Actium quoque habere cœpit.

Impius porro Aetius tunc temporis Eunomium blasphemiarum suarum assertorem habuit, a quo etiam impietate superatus est. Cæterum Eunomii parentes liberti majorum magni illius Basilii fuerunt; qui primis litterarum rudimentis imbutum ad scribarum amanuensiumque exercitium deduxerunt. Parentibus autem mortuis, Constantinopolim profectus, maximi nominis familiæ cuidam se addixit: eique mox dominus liberorum suorum curam demandavit. Quos pædagogi ritu in gymnasia deducens, litterarum studia cum illis communia habuit, atque exinde grammaticis et rhetoricis artibus imbutus est. Cum autem eum aliquando paterfamilias in liberos nescio quid delinquentem deprehendisset, injuriam, si divulgaretur, filii suis dedecori cessuram arbitratus, cum verberibus conscissum tota urbe excedere jussit, pœnas ab eo se publice repetiturum comminatus, si eum de cætero apud aliquem concivium suorum commorari rescisceret. Erro itaque Antiochiam venit; ubi Arianam hæresin amplexus, eo nomine cum Aetio et Eudoxio familiaritatem sibi contraxit, a quo etiam diaconi, moxque presbyteri dignitate cohonestatus est.

CAP. XXXII.

De blasphemis Aetii hæresibus, quarum nomine ἄθεος, hoc est impius, dictus est.

Hujusmodi ergo vita, educatio et institutio Aetii et Eunomii fuit. Cæterum miser Aetius publice blasphemans Dei Filium *χριστόν, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ ἀνόμοιον τῷ Πατρὶ*, hoc est creatum, et ex iis quæ non erant, seu ex nihilo, denique Patri dissimilem profiteri cœpit. Quapropter ἄθεος etiam dictus est. Adhæc, si B. Epiphano credimus, his verbis uti solebat: Ita Deum novi, ut ipse se ipsum; atque ita eum novi, ut ne me ipsum quidem. Objicientibus autem nonnullis: Dico nobis primum, quæ sint abyssi vestigia, quibusque

³⁷ Joan. xvii, 3.

(69) Hoc pie et diserte confutat S. Athan. in Epist. ad Ἀρμυῶν.

venti contineantur oculis, et cætera, de quibus dubitatur, cum de rerum natura quæstio incidit: et ita tibi de Deo verba facienti credemus, ipse talia sibi tanquam corporea et singula, incognita esse, Deum autem eorum creatorem sibi perspectum et exploratum, quis, cujus, et qualis esset, respondebat. Quod si Scripturæ testimoniis convinceretur, tum vero blasphemus et prophetis et apostolis maledicebat, aliquando his verbis: Quid mihi Veteris Instrumenti verba citas? aliquando et his: Apostolus sic, ut homo locutus est. Cum autem discipulos suos doceret, his ut plurimum verbis utebatur: Nihil ab homine Deus requirit, nisi ut eum cognoscat, quemadmodum ego cognosco. Idcirco Christus dicere solebat: *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum*

*Deum: et quem misisti Jesum Christum*³⁷. Utebatur his verbis: Fornicatio peccatum nullum est. Quemadmodum enim cum prurimus, nescio quid naturale facimus, ita etiam fornicatio corporis usus adimpletio est (69). Hæc itaque et hujusmodi blasphemia sunt, quæ ἄθεος Aetius publice docebat, idque nullius ecclesiastici gradus particeps. Diaconatu enim a Leontio ejectus manebat laicus, et in Acacianorum hæreticorum episcoporum synodo Constantinopolim Constantio imperante convocata, in quoddam Phrygiæ oppidum relegatus est, ibique tamdiu commoratus est, donec eum impius Julius ab exsilio revocavit.

CAP. XXXIII.

De Aetianorum in Eunomianos mutatione, atque Eunomii hæresibus et exsilio.

Cæterum ab eo tempore Aetianorum quidem appellatio cessavit, Eunomianorum autem invaluit: cum doctore improbo discipulus improbius successisset. Cum enim ad Constantinopolitanam sedem Eudoxius impius evector est, Eunomium secum habuit. Jam Eleuzius Cyzicenus, cum Macedonianus et Semiarianus esset, Filium Patri *ἁμοιωτόν* esse dicebat: et quamvis persæpe ab ipso Eudoxio et Valente imperatore monitus, adduci tamen non poterat, ut *ἁμοιον* citra τῆς οὐσίας, hoc est, similem sine essentiæ cjectione, adjunctum esse diceret. Tum vero exsilio honorumque publicationis metu perterritus succubuit. Reversus autem Cyzicum pristina in sententia perseveravit. Quod cum rescivisset Eudoxius, illo deposito, in ejus sedem Eunomium subrogavit. Qui assumptis ejus loci Ecclesiis, quiescere non potuit, at in concionibus ad populum sophismatis verborumque lenocinio utens Aetianam hæresim rursus in medium proposuit.

Quod cum Cyziceni ferre non possent, urbe illum exegerunt. Postea vero Constantii etiam imperatoris jussu depositus est. Constantius enim do-

gma illud amplectebatur, quod Filium Patri duntaxat *δμοιον* esse dicendum astruebat: *ἀνόμοιον* autem vel *δμοῦσιον* nullo modo. Eunomius ergo Constantinopolim se recepit, et apud Eudoxium otiosus episcopus desedit: deinde ab eo secessit, privatimque plebem convocavit, quia cum sæpe rogasset, ut præceptor Aetius admitteretur, cum Eudoxius non exaudierat, non quod Aetii hæresim eandem prorsus cum sua improbaret, sed veritus ne ipse quoque deponeretur. Omnes enim unanimes ab Aetio, tanquam diversæ sententiæ, degeneraverant.

CAP. XXXIV.

De Arianorum in orthodoxos sævitiis, quorum octoginta supplicatum missos Valentis imperatoris jussu cum navigio succenderunt.

Porro post Eudoxii mortem Homousiani Evangelium tanquam pium sibi præsulem delegerunt: quem Eustathius Antiochiæ magnæ antea episcopus ordinavit, a Philippis, ubi exsulabat, revocatus Joviani juseu, idque temporis Constantinopoli manens, et eadem secum sentientes confirmans.

At Ariani Demophilum Berrhæ, quæ in Thracia est, obtruserant. Cum autem ea de causa seditionem diversæ partis homines concitassent, Valens imperator, tunc agens Nicomediæ, certior de his rebus factus, milites eo misit, et Eustathio in Thraciæ Bizyan, Evagrioque aliud in oppidum relegato, cunctas ecclesias Demophilo committi jussit.

Hæc occasione Ariani orthodoxi insultantes, mille illos contumeliis lacessere cœperunt. Itaque ab orthodoxis ecclesiastici viri octoginta, Theodoro, Urbaso, et Menedemo ducibus ad imperatorem missi sunt, qui pro ipsis supplicarent. At hic ira succensus præfecto urbis mandavit, ut comprehensos illos interimeret. Præfectus autem veritus ne inter plebem seditio coariretur, sinxit se illos in exsilium relegare.

Itaque in navigium coniecti sunt, cumque navigando medium sinus Astaceni penetrassent, nautæ prout sibi mandatum fuerat, incenso navigio, ipsi quidem in scapham desilierunt, navis autem nutu venti huc et illuc agitata usque ad Dacidizen (is maritimæ Bithyniæ locus est) pervenit, ibique una cum viris quos vehebat prorsus absumpta est.

CAP. XXXV.

Laus Placillæ imperatricis (70), quæ Theodosium Magnum conjugem suum ab Eunomii Ariani colloquio revocavit.

Eunomius interea privatis in ædibus agebat in Bithynia e regione Constantinopoleos, ad eumque populus trajecto freto confluebat. Alii etiam aliunde conveniebant. Cujus rei fama cum ad Theodosii Magni aures pervenisset, gostiebat ille

³⁵ Matth. xxiv, 36.

(70) De Placillæ hujus funere oratio Nysseni exstat.

A cum viro congregi, nisi Placillæ Augustæ providentia, et preces obstitissent. Cum enim synodi Nicænæ dogma fidelissima conservaret, eo fiebat, ut vereretur ne, ut fere sit, maritus ex eo colloquio perverteretur, diversæque parti adhæreret. Eunomius enim in colloquiis disertissimus facillime quidvis persuadebat, theologiamque ad nescio quas syllogismorum argutias redigebat. Quia vero postea non conquiescebat Eunomius, sed quos edebat libellos subinde ostentabat, atque ita multos suam in sententiam transversos rapiebat, ea de causa eum imperator exulare jussit. Ille vero non ita multo postquam in exsilium missus est e vivis excessit, in patriaque sepultus est. Vicus autem is est Cappadocum, nomine Dacora, non procul ab Argæo Cæsariensi.

CAP. XXXVI.

De privatis Theophronii Cappadocis et Eutychiei Constantinopolitani discipulum Eunomii hæresibus.

Cæterum Theophronius quidam Cappadox ab ipso hæresim edoctus, Isagogen seu instructionem in eam posteritati consecravit, cui *De exercitiis mentis* titulum indidit; qui, cum præceptoris placitis insistere non ei placeret, recentiora quædam excogitavit, atque ita scripsit. Cum Divinitas non prænoscat id quod non est, sed cognoscat id quod est, præteritque recordetur, eo sit, ut non semper eodem se modo habeat, cum cognitionem ad futurum et ad præteritum convertat. His itaque de causis odio habitus est, atque ab Eunomianis eorumque Ecclesia ejectus, propriam hæresim constituit. Atque Eutychieus quidam Constantinopolitanus civis Eunomii discipulus propriam et ipse postea hujusmodi de causa hæresim constituit. Eunomiani Constantinopoli degentes extremi iudicii horam Filio Dei incognitam esse dicebant, male locum intelligentes: *Nemo novit nisi Pater* ³⁶. At Eutychieus Filio quoque horam illam Patris creatorisque sui beneficio cognitam esse astruebat. Itaque profecto Eutychieo ad Eunomium eo ubi exsulabat, nonnullisque aliis Eunomianis una cum illo omissis, qui dubii solutionem ab Eunomio acciperent, Eunomius Eutychiei sententiam magis approbavit. Verumenimvero cum non ita multo post Eunomius obiisset, is qui Constantinopoli hæreticis præerat, Eutychieum eo nomine exosus, quod ab Eunomio approbatus esset, admittere noluit, atque ita ille ad propriam hæresim astruendam secessit. Sed de his hactenus.

CAP. XXXVII.

Quid Eunomius ad præceptoris Aetii hæreses addiderit. Mirus ejusdem anabaptismus.

Sciendum porro est cæteros omnes scriptores, inter quos est Theodcritus, in ea esse sententia, ut Eunomius præceptoris sui Aetii dogmatis non

acquiescens, rectiores et moderatiore quosdam blasphemias insuper excogitaverit, Deique Filium primam Patris et præcipuam creaturam, atque adeo in omnibus ἀνόμοιον τρεπτόν, καὶ θεῶλον, hoc est dissimilem, mutabilem et servum esse dixerit. Sanctissimum autem Spiritum a Filio contrariam legi Domini Christi de baptismate tulisse, cum dixit, non esse tribus immersionibus baptizandum neque Trinitatem esse invocandam, sed semel baptizandum esse in Christi mortem; cæterum cum qui baptizatur pectore tantum tenus esse baptizandum aquave intingendum. Cæteris vero corporis membris, tanquam impuris et exsecrandis, aquam inspergi prohibebat: nefas esse ratus, si quis genitalibus membris charisma incorruptionis applicandum esse contendat.

Aliud vero quiddam a B. Epiphania additur in iis libris, quos *Panaria* inscripsit: Eunomius enim, ait ille, eos iterum baptizabat, qui jam baptizati fuerant: cum quicumque ad eum venirent, non solum ab orthodoxis, sed etiam ab hæreticis, atque ipsis adeo Arianis, rebaptisaret inverso baptizandorum capite pedibusque in altum sublatis; et quicumque baptizari vellent, eos sacramento obstringebat, se nunquam ab ipsius hæresi defectores: atque his adeo verbis utebatur: In nomine Patris increati, et Filii creati, et Spiritus sanctificantis, qui a Filio creatus est. Hujus rei gratia cum in labro baptizarent, exterius collocato homine, caput ejus semel in aquam pectore tenus immergebant: cum autem aliquando evenisset, ut quidam capite ad labrum alliso vulnus acciperet, aliam baptismatis formam excogitarunt. Nam homine prono in fossa quapiam distento, ejusque capite educto, et sublato, aquam ita infundebant, ut nullum aliud membrum attingeret. Nec defuerunt inter eos, qui alium baptismi ritum adinvenirent. Longissima enim fascia eum in usum parata, consecrataque hominem a pectore usque ad extremos pedum articulos involvebant, tum deinde superiores corporis partes aqua proluebant.

CAP. XXXVIII.

Apollinarii, Basilii, Gregorii, et Eunomii scriptorum inter se collatio ex Philostorgio Ariano.

Impius porro ille Philostorgius octavo Historiæ suæ libro impiissimum hunc Eunomium laudans ita scribit: Apollinarius commentariis quidem conscribendis, Basilium autem concionibus ad populum habendis clarissimus fuit; Gregorius vero utraque hæc ab utroque mutuatus majore cum verborum elegantia scripsit: atque dicendo quidem se longe Apollinario maturiorem, Basilioque firmiorem, et vehementiorem præstitit. Itaque Apollinarius et Basilium adversus Apologiam illam scripserunt, quam Eunomius ediderat. Gregorius autem (ne quis tamen hoc ad prudentiam viri demonstrandam sibi assumat) cum cogno-

sceret, quanto bene dicendi intervallo ab illo differret, tacereque quam scribere mallet, eo factum est, ut nonnulla duntaxat Eunomii capita in oratione *De Filio* refutaverit, hocque tanquam specimen Confutationis Anomæorum ediderit. Eunomius autem Apollinarium ne confutatione quidem dignatus est. Stylo enim revera flaccido et imbecilli, atque pugione (ut ita dicam) plumbeo illum aggressus est. At Basilium quinque libris confutavit, quorum duos, qui primi editi fuerant, simul atque Basilium accepit, præ animi angustia diem extremum clausit. Atque de Eunomio hactenus.

CAP. XXXIX.

Aetii opusculum, de genito et ingenito triginta sex paralogismis hypotheticis constans, ex sancti Epiphania scriptis.

Sanctissimus porro Epiphanius Cyri episcopus Panariis suis impium nescio quod impii Aetii opusculum inserit in 36 capita divisum, cum Proæmio hujusmodi.

Quandoquidem persecutionis tempore, qua quidem a Temporariis impetiti sumus, quidam prædictorum una cum plerisque aliis a nobis divisi, opusculum quoddam a nobis privatim editum, de ingenito Deo et genito, additionibus et detractationibus corruptum ediderunt, vivendique regulam rationi consentaneam immutarunt, idque postea in manus nostras a quodam nostri studioso delatum incidit, coactus sum tanquam pater, opusculum denuo repurgatum ad vos mittere, o pii athletæ et athleticæ omnes, ut cognoscatis responsum a nobis a sanctarum Scripturarum præscripto editum esse, quo quidem omnis hominis qui de ingenito Deo et genito disserentibus vobis contradicere ausus fuerit, impudentiam succinctis confutationibus retundere possitis: in primis autem prædictos Temporarios. Porro dubium a dubio, et solutionem a solutione quibusdam quasi versibus diduxi, ut epicherematum structura facilius et apertius comprehenderetur initiumque ab ingenito Deo sumpsi.

An fieri possit ut ingenitus Deus ex genito ingenitum faciat.

1. Si Deus ingenitus omni causa præstantior est, certe generatione quoque præstantior erit. Neque enim quod ipse est, id ab ulla alia natura cepit, neque ipse sibi, ut sit, auctor fuit. Jam si sibi, ut sit, auctor ipse non fuit, non eo quidem, quia natura sit imbecilli, sed quia omnem causam exsuperet, qui fieri poterit, ut quis naturam subsistentem, in ejus naturæ a qua ut subsisteret accepit, essentiam transire concedat præsertim cum hypostasis hujusmodi generationem non desideret?

2. Si Deus sine fine in ingenita natura maneat, et genitura sine fine genitura est, certe perversum de homousio et homousio dogma evanesceat. Jam quidquid substantia constat, ita consistit, ut neutra in natura inter se conferri unquam possit, cum nimirum propria in naturæ dignitate sine perdetur.

3. Si Deus substantia sua ingenuus est, in quod A genitum est haudquaquam genitum est essentiae divisione, sed ex essentia, vi cuius id subsistit. Unam enim et eandem essentiam genitam et ingenuam esse, nulla pia ratione cuiquam persuaderi queat.

4. Si id genitum, quod est ingenuum, quid obstat, quominus id quod genitum est, ingenuum quoque sit? Omnis enim natura prior est ad id quod sibi proprium, quam ad id quod improprium est.

5. Si Deus totus ingenuus non est, nihil obstat quominus essentiae suae vi genuerit. At si totus ingenuus est, haudquaquam essentiae vi ad generationem distractus est, sed ex substantia genitaram produxit.

6. Si Deus ingenuus generandi vi praeditus omnino est, id quod est genitum haudquaquam essentiae suae vi genitum est, cum ea substantiae suae vis omnino insita sit, generet, non ut generetur.

7. Si transfigurata Dei substantia Filius dicitur, non ea certe substantia ejus est, ut mutari non possit, cum ex huiusmodi mutatione species Filii producta sit. At si Dei substantia mutationi obnoxia non est, nec generationi subjicitur: natura Filii ad nudam et simplicem appellationem prorsus redigetur.

8. Si genitura spermaticae ingenuo Deo inerat, ea post generationem extrinsecus assumpta in hominem, ut ita dicam, evasit: certe perfectus est Filius non iis ex quibus genitus est, sed iis quae assumpsit. Quae enim ex iis quae sunt sui generis assumunt, ea tanquam ex propriis constantia perfecti nomen multifariam adipiscuntur.

9. Si perfecta esset genitura, certe in eo quod genitum est genitura consisteret, non iis ex quibus ingenuus ipse genuit. Nec enim fieri potest, ut genita natura ingenuo essentialiter insit. Nam hoc idem fuerit, atque si quidpiam esse et non esse dicatur; siquidem genitura ingenua non est, et quod ingenuum est, genitura non fuit. Partium enim dissimilitudo in Deo speciem blasphemiae et contumeliae praese fert.

10. Si Deus omnipotens: cum sit ingenuae naturae, genita se natura esse ignorat; et si Filius, cum sit genitae naturae, seipsum id esse quod est cognoscit, qui fieri potest, quin homousion falsum sit, cum ille ingenuum, hic genitum esse sciat?

11. Si dictio *ingenuum* hypostasim Dei non denotet, sed nomen illud incomparabile ad humanam opinionem referatur, eo fit, ut iis qui opinione aliquid assequuntur, gratias Deus agat, ratione opinionis ingenuae: cum nominis huius dignitatem in essentia non ferat.

12. Si extrinsecus ingenuum in Deo consideretur, ii qui consideraverint eo quod consideratum fuerit praestantiores erunt, cum nomen, quod Deo praestantissimum omnium est, sibi comparaverint.

13. Si natura ingenua generationi non cedit, id ipsum est, quod et dicitur: at si generationi cedit, eo fit, ut generationis affectiones sint hypostasi divina praestantiores.

14. Si geniturae natura immutabilis est, propter eum qui genuit, ingenuum haud dubie substantia immutabilis est, non ratione voluntatis, at dignitatis, quae substantiae inest.

15. Si nomen ingenui substantiam significet, merito substantiae genitura opponitur: at si nihil significet ingenuum, multo magis genitura nihil significat. Jam qui fieri potest, ut nihilo nihilum opponatur?

16. Si pronuntiatio ingenua genitae pronuntiationi opponitur, silentio pronuntiationem excipiente contingit, ut fiat et evanescat christianorum spes in diversa pronuntiatione sita, non autem in naturis, quae ita se habent, ut nominum significatio requirit.

17. Si ad substantiae praestantiam ingenuum nihil amplius ipsa genitura tribuit, eo fit, ut Filius pronuntiatione sola praestans eos seipso meliores deprehendat, qui invocant, non eum, qui et Deus et Pater ejus invocatur.

18. Si natura ingenua praestantior est generatione, quippe quae jure quasi haereditario sortita sit id quod praestantius est, eo fit, ut per se substantia ingenua sit. Qui enim vult, non quia vult, idcirco generatione praestantior est, sed quia ita natura comparatus est. Itaque substantia per se subsistens, ingenuus Deus, ulla ratione permittit, ut contra seipsam generatio intelligatur, feraturque pro arbitrio et sententia eorum quae genita sunt.

19. Si ingenuum in Deo privationem denotet, qui fieri poterit, ut nihilum ab eo discernatur, quod nusquam est? Quod si τὸ ἕν, seu id quod est, significet, quis, quaeso, Deum, qui est, ab eo ipso quod ipse est separabit?

20. Si privationes nihil aliud sint, quam habituum ablationes, certe ingenuum illud, quod in Deo est, aut habitus privatio, aut privationis habitus est. Jam si habitus privatio sit, qui fieri poterit, ut quod non adest, tanquam adsit, Deo adnumeretur? Sin autem ingenuum est habitus, necesse est genitam substantiam praesupponamus, ut habitu hunc in modum assumpto, ingenua nominetur.

21. Si genita ingenuae substantiae particeps est, habitus adjectionem passa, haud dubie ingenui facultate privatur, ita ut genita quidem substantia sit, ingenuum autem habitus. Quod si genitura transitum significat, quippe quae habitum denotet, vel ex essentia quapiam constat, vel hoc ipsum est, quod genitura dicitur.

22. Si ingenuum habitus, et genitum habitus est, praecul dubio essentiae sunt habitibus priores, habitus autem essentiis posteriores, utrum ergo honoratior? Jam si geniti causa sit ingenuum

colophones : hi sunt, qui primi sanotæ Trinitatis varæ in opiniones et essentias dissectionem in-
 reverunt ; hi donique sunt, qui zizania purissimo pietatis tritico superseminarunt et excoluerunt, quæ quidem Arius plantavit, Aelius rigavit, Eunomius adauxit : quorum fructus est, ut creaturis Creator accenseatur, et Filius quidem a substantia Patris alienetur, ab eoque Spiritus quibusdam quasi gradibus differat. Cæterum hi quidem frustra et temere contra Christum fremuerunt, et opiniones impias in cælum, hoc est divinitatis ejus altitudinem contra quam par erat ejaculati sunt, lingua instar nervi arcus intenta : ille vero extra teli jactum manens (quandoquidem divinitatis ejus excellentia cælos transcendit) majore juxta et augustiore gloria resplendit, eorum arcus contrens, et confringens arma, et scuta comburens ignitæ³⁹ Patrum theologiæ adminiculo ; atque, ut ita dicam, sæculenta eorum verba exsiccans.

Quid enim Arii, Aetii, et Eunomii dogmatis fæculentius est, quæ quidem tum in historia de iis elucubrata comprehendimus, tum dilucidius oratione sequenti explanabimus, eis contraria subjungentes, ut inanem eorum loquacitatem refellamus, et ne quis in ea impingat, quæ isti sine ratione et sapientia contra Verbum et sapientiam effutiverunt?

CAP. XLI.

Capitibus hæreseon Arii, Eunomii et Aetii expositis jam ad seriam eorumdem confutationem aggreditur.

Objiciebat Arius, ut et ejus assecclæ Aetius et Eunomius : Non semper Deus Pater fuit, sed fuit tempus, quo Pater non fuit. Quod si Pater semper et ab initio non fuerit, neque Filius ab initio contemporaneus cœternusque Patri, sed tum demum postea, cum Deo per Filium angelos, et nos, et omnia quæ sunt in mundo, creare placuit : certe creatura fuit, atque paternæ substantiæ expers. Porro Verbum dictus est, ratione creaturarum, quæ sunt rationis participes, nimirum angelorum et nostri ; Sapientia vero, eorum ratione, quos divinarum et humanarum rerum cognitione informavit ; Filius denique propter eos, quos adoptavit.

Et quia Verbum aliud est, quod Patri inest ; quod insitum quoque dicitur, ejusque substantiæ proprium : itemque aliud, quod in terram descendit, carnemque assumpsit, quod et participatione Verbum Dei, Deusque dicitur (quemadmodum justique quoque tum Dei filii, tum dii vocantur), quippe quod mutabile natura sit, nec Patrem videat, nec eum norit qui principio caret, quippe quod sub principium cadat.

Perspicuum autem est eos et Christo ipsi adversari, et iis qui ipsum viderunt, eique mini-

strarunt. Ait enim ille : *Qui videt me, videt et Patrem*⁴⁰. Item : *Ego in Patre, et Pater in me*⁴¹, quibus verbis eadem utriusque substantia perspicue subindicatur. Et evangelista Joannes exclamat : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum*⁴² : moxque dicta confirmans subinfert : *Hic erat in principio apud Deum*⁴³, sive in Deo. Ulteriusque progressus docet, quod *Unigenitus illius, qui est in sinu Patris ipse enarravit*⁴⁴. Itaque si vere dicit Christus, cum ait : *Ego in Patre, et Pater in me*, et germanus ejus discipulus, cum docet, in principio fuisse Verbum et semper fuisse apud Deum, Ariana ora obmutescant, quæ injustitiam contra Deum loquuntur : atque in primis Aetius, qui laboris sui vanitatem non paucis capitibus quæ supra huic historiæ interseruimus, patefecit, dum confirmare conatur Filium ab ingenito Patre genitum non esse, quia ingenitum quoque a generatione alienum sit. Jam si Filius unigenitus semper in sinu Patris est, Pater utique semper est Pater, et Filius ei cœternus, ut qui ejusdem cum illo sit naturæ, nec ab eo separari possit.

Relata enim ex eorum numero sunt, quæ semper simul una sunt, seque mutuo introducunt. Ubi ergo Pater, ibi et Filius. Item quod principio caret, neque creatura est, neque propter nos factum est. Qui enim ab æterno est, quonam modo sub ortum cadet, principiumque habentibus accenseatur?

Insuper et Verbum, et Sapientia, et Filius erat natura, et semper ipsa hæc omnia erat Verbum quidem, quia generationis affectioni non obnoxius, quia conjunctus, et enuntiativus, unde ait : *Verbu quæ ego loquor vobis, a meipso non loquor*⁴⁵, et alio loco ait ad Patrem : *Manifestavi nomen tuum hominibus*⁴⁶, nimirum nomen paternitatis. Isaias quoque Magni consilii angelum vocat⁴⁷, nimirum Patris. Sapientia vero erat, tanquam divinarum et humanarum rerum dator. Jam qui fieri potest, ut epifex rationes ignoret eorum quæ fecit ? Filius denique, quia Patri æqualis est, secundum substantiam cum eo est, nec ab ejus sinu avelli potest.

At vero locus ille : *Novi Patrem, et sermonem ejus servo*⁴⁸, eum ab essentia paterna sejungit, aliumque a Verbo præterdit : quod ipsi insitum et germanum Dei Verbum esse volunt. At sermonem Christus hoc loco voluntatem appellat Patris. Nec atsimili ratione locus ille : *Ante luciferum genui te*⁴⁹, non temporalem generationem introducit, sed hoc innuit, quemadmodum venter Dei, si pie intelligatur, id genuinum et consubstantiale esse ostendit, quod cognitione concepit : ita et sermo, quo Deus Filium, angelos, et homines alloquitur, dialecticum sermonem denotat : qui

³⁹ Psal. lxxv, 10. ⁴⁰ Joan. xiv, 9. ⁴¹ Ibid. 10. ⁴² Joan. i, 1. ⁴³ Ibid. 2. ⁴⁴ Ibid. 18. ⁴⁵ Joan. xiv, 10. ⁴⁶ Joan. xvii, 6. ⁴⁷ Isa. ix, 6. ⁴⁸ Joan. viii, 55. ⁴⁹ Psal. cix, 3.

CAP. XLIII.

De Deo et materia, Deum nec definiri, nec comprehendere posse.

Adhæc objicit Eunomius : Dicite nobis, quæso, si ingenitum essentia Dei non est, quidnam aliud essentia Dei sit ? Adversus quam quæstionem hæc sunt opponenda. An vero tuam, bone vir, essentiam et naturam nosti ? an formicæ, an culicis ? Cæterum hoc tibi vicissim dicam : Duo sunt eorum quæ sunt extrema, Deus et materia, ille quidem ascendendo, hæc vero descendendo : postque materiam nihil omnino superest. Quænam ergo materiæ essentia sit ? An vero ea est idipsum quod est, an id quod non est ? Nam si sit id quod est, quomodo forma caret ? Forma enim notitia est eorum quæ sunt. Sin autem sit id quod non est, qui sit, ut a philosophis definiatur tanquam id quod est ? Illam enim ἀζώτην, hoc est vita carentem, vocant, et incorpoream, atque adeo hypostasos imaginatiōnis, eam denique, quæ cum nihil sit, omnia tamen esse fingitur, essentiæ ludicrum, idolum et umbra semper fugiens, atque in id quod non est recurrens. Ediscere mihi quænam sit ratio materiæ, tuncque vicissim tibi edisseram quænam sit essentiæ divinæ definitio. Quod si eorum quæ sunt extremum ignoscas, quomodo primum adipisci et comprehendere conaris ? Age vero, si in cælum volare tentares, an statim ad ejus circumferentiam nullo intermedio propius accederes ? nonne tibi primum secandus esset aer, ut sic ad eum, quem vocamus ætherem venires tumque deinde trajectis omnibus sphaeris ad ipsum cæli ambitum pertingeres ?

Dei definitionem postulas, tanquam ignores eam esse definitionis naturam, ut definitum definiat. At definiens ad definiti scilicet fastigium ascendit : ita ut Deus definitibus inferior sit. Quid ? Aristotelem non audis, cum ait simile per simile comprehendere : oportereque ut cognoscens ad cognitum quamdam ideam et similitudinem habeat ? Et recte quidem hactenus ariolatur philosophus, siquidem ut canit Empedocles : Terra terram videmus, ut aqua aquam, æthere ætherem, anima animam, eo quod est id quod est, mente mentem, natura naturam, materia materiam, forma formam, et unum uno. Hæc enim omnia nobis insunt, materia, forma, corpus, natura, anima, mens, unum. Unum enim nos quoque sumus : non tamen proprie : nam unitatis seu conjunctionis ratione unidicimur.

CAP. XLIV.

Ingenitum esse Deum, quamvis unigenitum genuerit, Filium autem ingenitum non esse, quamvis ejusdem cum Patre substantiæ sit.

Ingenitum porro non id esse dicimus, quod minime generat, sed quod minime genitum est : quemadmodum, verbi gratia, incausatum, non id

⁵¹ Psal. cix, 3.

A quod cujuscumque alius causa non est, sed id quod antiquiorem seipso causam non habet. Si quidem ἀνάτορα quoque, hoc est, Patre carentem non dicimus eum qui Filii Pater non audiat, sed qui nullo a Patre processerit : et ἀναρχον, hoc est, principio carentem, non qui aliarum essentialium principium haudquaquam fuerit, sed cujus essentia omnem essentiam exsuperet. Non enim communia sunt hæc nomina, ita ut ingenita et genita, item principio carentia et non carentia, pro iisdem in specie accipiantur. Nam quemadmodum Adamus, etiamsi ex carnali copula decies millenos suscepisset liberos, haud tamen ipse hujusmodi ex copula genitus diceretur, neque nomen ejus qui genitus ex copula non est, cum iis qui geniti essent commune haberet : ita et supremus ille Deus (at propitius ille mihi sit, qui a me similitudinibus sub sensum cadentibus delineatur) non abalienavit a se ingenti nomen, etiam si unigenitum Filium ante Luciferum genuerit, ut sacra testatur Scriptura ⁵¹. Nec enim Pater eo quod genuit, idcirco ab ingeneratione excidit : sed quia non ex causa ingentis et generans constitutus est.

Eunomius autem, dum tenere censet genita cum iis in omnibus participare, quæ genuerunt, inde astruere videtur, genitum Filium, quia cum Patre ingenito participat, ingenitum quoque futurum : quibus verbis ostendit se in rebus theologice Græcorum versatum esse, iisque male abuti. Illi enim unitates vocant essentias illas, quæ ab uno procedunt. Item mentes, quæ a prima mente. C Item vitas, quæ a vita. Item ea quæ sunt, quæ ab eo quod est. Atque idcirco addit ingenitum quoque ab ingenito procedere.

Cui quidem respondere quivis queat, ea quæ a quibusvis generantur haudquaquam hæreditario jure proprietates eorum indipisci, sed substantiss : quandoquidem Sethus homo quidem fuit, quippe qui ab hujusmodi essentia originem traxerit, cæterum hujusce particeps non fuit, ut citra copulam carnalem natus fuerit. Hujusmodi enim proprietates Adæ creatio fuit ; et Evæ filia, femina quidem erat, verum non costa e latere subducta. Hæc enim proprietas Evæ fuit : quemadmodum Adami proprium fuit genitum non esse, sed formatum. Genita enim essentias hæreditario jure obtinent, non autem proprietates essentiis inhærentes. Quare supremus ille Deus ab ingeneratione non excidit, quamvis Filium genuerit : neque genitus Filius in ingenitum degeneravit, quia ab ingenito processit.

CAP. XLV.

Alia Eunomii objectio, Patrem nomen esse quo essentia vel actio significetur.

Hujusmodi problema malitiosissime confictum subinferre solet Eunomius. Cum enim Filium non ad eandem cum Patre substantiam adducere velit,

et hoc multis, ut sibi videtur, rationibus probat, imo vero quæstionibus quibusdam obsoletis utatur, atque ita proprium dogma proponat, quasi ei contradici non possit, eo fit, ut ne nunc quidem recta nominum significatione utatur. Hæc enim duo domina, essentia et actio, nullo valut intermedio usurpat; censet, nescio quo doctore usus, omne nomen vel essentiæ significativum esse, vel actionis. Quia vero huiusmodi nominum insinuatō ab illo solo cognita, vel potius efficta, quodammodo ad hæresim astruendam conferre videtur, idcirco interrogat: Patris nomine essentiane ac actio significetur? ut si essentiam significari dicamus, ille inde inferat, si quid præter Patrem sit, essentiæ id non esse: cum essentiam Pater sibi præsumpserit. Itaque si Pater, quatenus Pater, essentia sit, Filius, quatenus Filius, essentia non est: sin veriti, ne Filium essentia carentem introducamus, Patris nomine actionem significari profiteamur, tum nos acrius urgebit ille, atque ad dogma suum comprobandum alliciet. Nam si nihil aliud præter actionem, nomine Patris denotetur, necesse est aliquid esse, quod actum fuerit. Actio enim alicuius est quod agitur. Jam quid aliud ab hoc nomine paterno actum est, præter Filium? Si enim Pater Filii Pater, et Pater actio est, certe Filii id erit, quod agitur. Si ergo alter agit, et alter agitur, quæ verba diversæ sunt essentiæ, ut in artibus apparet, certe diversæ quoque a Patre substantiæ Filius est: quemadmodum et statua diversam habet a statuario naturam.

Magnus porro Pater ille Gregorius ambiguum Eunomii quæstionem subvertit: et utramque objectionis partem ut absurdam, destruxit his verbis: Neque vero essentiæ Pater, neque actionis nomen est, sed habitus, et modi quod se habet Filius ad eum, a quo denominatur. Deinde quemadmodum strenuus aliquis miles armis quibus instructus erat subactum hostem denuo aggreditur, et gladio e manibus abjecto, hastam adversarii arripit, qua illum transfodiat, quemadmodum, verbi gratia, fecisse fertur rufus ille David et pulcher aspectu, hoc est agendi et contemplandi solertia clarus. Quod enim rufo colore suffusus fuerit, certissimum assiduæ illius in agendo industriæ symbolum fuit: quod vero pulcher aspectu, perspicacis animi ejusdem argumentum manifestissimum exstitit. Hic enim simul atque funda Goliathum dejecit, gladio ejus vagina educto, tyrannicum illud ei caput abscidit.

Sed hæc studiosioribus discutienda relinquo. Quæ porro ex rhetorum fontibus depromere possumus, ea in medium proferantur. Cum enim divinus ille vir hæc duo instrumenta rhetorices ad objectiones adversariorum confutandas præcipua esse sciret, nimirum ἔνστασις et ἀντιπράστασις, id est instantiam seu contentionem, et resistentiam

seu replicationem, ea de causa nunc altero nunc utrisque tempestiviter et apposite abulitur. Utrumque autem utrique nullis exigentibus negotiis præponit. Exempli gratia hic præpositæ instantiæ seu contentioni resistentiam seu replicationem statim subjunxit. Nam si utraque refutentur, quibus metuendus ille vir certamen elato supercilio ingressus est, hoc instantiæ ascribi merito possit: at si utraque sumantur, et more peritorum pugilum supra stans adversarius dejiciatur, quibus dejici posse visus est, hoc vero ad ἀντιπράστασιν seu resistentiam pertinet.

Eunomius ergo alienare volens a Patre Filium, eosque diversarum essentiarum esse putans, quia nomina iis diversa sunt, aliam quidem essentiam nomini Patris affinxit, imo vero diversis essentis diversa quoque nomina tribuit: ea male accipiens, quæ a philosophis dicuntur; ait enim: Cælum et terra diversis et appellationibus et essentis differunt; eodem ergo modo Pater et Filius; quorum enim nomina diversa sunt, eorum et essentiæ diversæ.

Pater autem Gregorius ita respondet: Quia in magnis luminibus cæcutis, Eunomi, aspice ad minima; communibus hominum opinionibus fidem adhibe, nimirum: Quidquid gignitur, Patri consubstantiale est; hominem enim homo, equus equum, delphinus delphinum generat: et hæc omnia inter se consubstantialia sunt. Quemadmodum ergo genitura in his a parente diversa non evadit, sed ei potius cohæret, ejusque naturam induit, ita et, si Patris nomine essentiam significari concedas, Filium Patri conglutinabis, et consubstantiabis: quandoquidem substantialis Patris genitura est. Quocirca si communium notionum, et vis horum vocabulorum ratio habeatur, cohæret Patri Filius, nec ab eo diversus est. Ut enim genitor homo genito prior est, ita Pater et Filius simul ambo sunt: sed nos ab eo quod patres non eramus, id tandem evasimus; quapropter ut homines generis prærogativam in filios habemus, at ut patres consubstantiales illis et contemporanei sumus: supremus autem omnium Deus, cum ab æterno sit Pater, Filium tempori non obnoxium, sibi que cœternum habet. Ex quo consequitur, ei vim horum vocabulorum spectes, ut Filius a Patre diversus nunquam fuerit nec essentia nec συνοπράξει, hoc est, consubstantia, liceat certe actionem quoque dicere, si ita videtur. At fieri potest, ut his subscrībatis, ultro pedibus nostram in sententiam ituri: nos eutem hoc quoque modo tela vestra retundimus.

CAP. XLVI.

Ipsa ex actione δημοσίον elucescere, hoc est, simul atque Pater fuit, genitum et Filium esse.

At vero interrogatis, quemnam Pater egerit, qui quidem sit actio, ei non absimilis, quam in archi-

⁵¹ I Reg. xvi, 51.

tecto, fatomo, et statuario videmus. Hoc illud est, quod ὁμοίσιον voco. Nam si Pater est Filii Pater et hic quidem causa, ille vero causatum vel effectus, ejusdem tamen naturæ ambo et ejusdem substantiæ sunt, hoc ipsum Pater egit, nimirum consubstantialem; quamvis alioqui actionis opinio hac in re perabsurda sit. Quia enim periculosus nominibus et in theologia inusitatis usus est, idcirco videtur utile in parte futurum, si consideremus quinam sit eorum sensus. Hæc enim tria se mutuo subsequi videntur οὐσία, ἐνέργεια, καὶ ἐπεργούμενον, hoc est essentia, actio, et opus. Est autem actio alia essentiæ concurrens, alia postmodum acquisita. Quibus ergo essentiis actio concurrat, earum actiones quoque indivisæ sunt, quibus autem postmodum accidit, earum actiones quoque posteriores: ut homo essentia quidem est, agit autem respirationem, et ædificium. Horum alterum, nimirum respiratio, concurrat, alterum vero, scilicet ædificatio, posterior et ascititia est. Quo fit, ut quod ab actione agitur, quæ quidem essentiæ concurrat, concurrat et ipsum nimirum, ut respiratio cor refrigeretur. Nam simul atque respirat aliquis, hausto exteriori aere, laxatoque molli jecoris corpore, quod puriore spiritu plenum est, circumfovet cor, nec exsiccari calore sinat. Ædificatio autem, quia postea contingit, eo fit, ut dividatur quoque quod agitur. Quocirca Pater Gregorius ita infert. Consentio tibi, Eunomi, qui Patri nomen actionis imposueris. Consubstantialem porro egit, quamvis alioqui actionis hac in re opinio perabsurda sit. Nam in illa actione posterius id est quod agitur. Ædificandi enim ars ædificium præcedat oportet, atque a se ipsis separentur architectus et ædificium. In hac vero, qua de nunc agimus actione, non ita se habet id quod agitur. Non enim prius fuit Pater, tum deinde consubstantialem absolvit, nec eo absoluto diversus evasit, sed simul atque Pater fuit, genitus est Filius, amboque consubstantiales fuerunt.

CAP. XLVII.

Alia Eunomii sophistica objectio, adversus Patris et Filii consubstantialitatem. Hoc Aristotelis in Categoriis loco male intellecto, nimirum: « Quæcumque de aliquo dicuntur, ea de eo quoque dici poterunt, quod ei subjectum est, » Eunomius Patrem Filio natura majorem esse dixit.

Cum Dominus noster Jesus Christus in Evangeliiis dixerit, *Pater meus major me est*⁵³, Ecclesia dictionem *major* ob Filium solum prolatam intellexit. Quamvis enim honoris æqualitatem in tribus personis, eandemque gloriam et claritatem prædicemus, alia tamen ratione Patrem majorem et Filio et Spiritu sancto esse dicimus, quia nimirum ad aliud ille principium non refertur, sed ipse primum omnium principium est; hi vero ab illo tanquam causa procedunt, apud illum manent,

⁵³ Joan. xi, 28.

et ad illum referuntur. Itaque major Pater est, quia causa est, ambobus, Filio quidem generationis, Spiritui autem processionis. Ecclesia ergo, ut dictum est, eo sensu dictionem *major* accepit.

At Eunomius, cum cætera turbet, atque confundat, tum poculentæ huic aquæ ralsuginosos sermones suos immiscet. Huic enim propositioni: Pater major Filio est, quia causa; statim alia subjungit: Causa naturalis est, moxque ita ratiocinatur. Pater major est, quia causa, causa autem naturalis; tum concludit: Ergo Pater natura Filio major est, majus inde attribuens, non causæ ut recta suadet ratio. Hoc etenim sibi vult ejus dogma, ut Patrem primam essentiam faciat, Filium secundam, Spiritum tertiam: Nescio vero, inquit magnus ille Gregorius, utrum sibi ipsis hoc imponant sophismate, an iis ad quos verba faciunt. Nam quæ de aliquo dicuntur, ea non simpliciter dici quoque poterunt de eo quod ei subjectum est, sed perspicuum est, quidnam de quoque dicatur. Quomodo ergo præfatus est Eunomius quæ sophismatum speciem suam contexit captionem, progressu orationis dicetur, ubi nimirum sophisma refellitur. Ad orationis porro continuationem statim quoque nostra subjungetur a nobis ratio. Auditis Eunomius iis quæ ab Aristotele in Categoriis scripta sunt: Quæcumque de aliquo dicuntur, ea de eo quoque dici poterunt, quod ei subjectum est; hæc verba nullo judicio adhibito excepit, atque dictionem *quæcumque* ad omnia retulit: quo factum est, ut, cum Aristoteles vocabulum hoc usurpaverit in iis quæ ratione substantiæ prædicantur, hic indistincte de iis quæ ratione accidentis prædicantur, enuntiet, et ut semel dicam, de iis quæ quomodocumque prædicantur. At hoc non ita se habet. Quamvis enim animal de specie prædicetur, genus tamen ejus haudquaquam etiam prædicatur. Atqui recta propositionum compositio fuerit. Genus enim omni animali, et animi omni speciei convenit: species tamen non est genus.

Non ergo quæcumque de aliquo dicuntur, ea de eo quoque dicentur, quod ei subjectum est. Animal enim homo subjicitur; at non quæcumque de animali prædicamus, ea de subjecto etiam prædicaverimus; imo perspicuum est de quonam ea dici possint, et quænam sint ea quæ prædicantur.

Animatum enim et sensibile tracto animali etiam ad hominem pertingunt. Siquidem essentielles illæ seu specificæ differentiæ sunt, quibus animal constituitur: genus autem, quod est nomen rationale, nec animalis essentiæ convenit, idcirco ad hominem trajicitur.

Tria enim nomina ponit Eunomius, majus, causam, et naturam. Itaque majus de causa, et causam de natura prædicat: atque hinc existimat ma-

majus de natura quoque prædicari ex consecutione ad primæ figuræ prescriptum facta. Cæterum non omnia quæcumque de aliquo dicuntur, ea de eo quoque dicuntur, quod ei subjectum est, at si essentialia seu specifica fuerint, ea certe prædicari et trajici possunt, si vero ascititia et alio sensu dicta, nihil eis commune cum sibi subjectis erit. Quia ergo majus quoque nihil ad causam confert, ut sit, sed dictio quæpiam est, quæ ei ex opinione adaptatur, eo fit, ut ad dictionem natura non transeat. Nam quid obstat, ut Pater Gregorius inquit, quominus ego quoque hujusmodi propositione facta, nimirum quod natura est, non omnino majus est, neque Pater, inde colligam majus non omnino majus esse? vel Patrem non omnino Patrem? Quod si ita velis, Deus substantia est, substantia vero non omnino Deus, tu quod sequitur ipse colligito. Ergo Deus omnino est Deus.

CAP. XLVIII.

Erroris Eunomii origo, altius repetita ex Aristotele in libris De reprehensione sophistarum: nimirum ab eo quod cum loci adjectione et simpliciter dicitur.

At vero captiosa hæc argumentatio ex eo ducta est, quod cum loci adjectione et simpliciter dicitur. Cum enim majus causæ natura dederimus, isti natura majus inferunt, ac si dicentibus nobis aliquem hominem mortuum esse, isti simpliciter hominem inferrent. Nam cum Eunomius insolentius, ut par est, se efferret, ob tanti sophismatis inventionem, putaretque se cassibus suis catholicos hominibus professores irretiisse, multa hujusmodi ex promptu in eum retorquet argumenta Pater ille Gregorius, ejusque ludicra ludificat.

Ego enim quoque, inquit, o Eunomi, hujusmodi sophismata tibi obtrudam. Quemadmodum Pater natura majus est, ut tua fert opinio, et quod natura est non omnino majus est, inde consequitur, majus non omnino majus esse, vel hoc pacto. Pater natura major est, ut dixisti: majus autem non omnino Pater. Unde colligitur Patrem non omnino Patrem esse. Item hoc modo: Deus essentia est, at essentia non omnino Deus est, ergo Deus non omnino Deus est. Nam si hanc tuam propositionem: Pater natura major est, veram esse concesserimus, vera erit et hæc; quod autem natura est, non omnino majus est. Non enim quidquid natura est, hoc majus etiam est.

Natura enim et filius ad patrem, et nepos ad avum, et consobrini filius ad patruum, referuntur; iis tamen ad quos referuntur majores non sunt. Si ergo Pater natura major est, ut ais, et quod natura est non omnino majus est, continget, majus non omnino majus esse, atque ita cæterorum sophistarum modus dissolvetur. Cæterum arbitror hanc captionem ex eo ductam esse, quod cum loci adjectione et simpliciter dicitur.

CAP. XLIX.

Captiosæ argumentatis, ab eo ductæ quod cum loci adjectione et simpliciter dicitur explanatio, una cum variis sortitæ modis.

Sciendum porro est tredecim fallaces argumentationes nobis in libris De reprehensionibus sophistarum a Philosopho tradi: quarum sex sunt quæ præter dictionis significationem sunt, nimirum quæ ab homonymia seu vocabuli multiplicitate, quæ ab amphibolia, seu ambigua dictionis significatione, quæ a conjunctione, quæ a divisione, quæ ab accentu, et quæ a forma dictionis eruntur. Præterea septem, quæ præter rerum sententiam proferuntur, quarum ne cæteras enumerem, una ex eo dicitur, quod cum loci adjectione et simpliciter dicitur, hoc est ex particulari; nam id est, quod cum loci adjectione dicitur, et ex universali; nam id est quod simpliciter dicitur. Ex quo fit, ut ea quæ cum loci adjectione dicuntur, conjunctim enuntientur; quæ enim componuntur particularia sunt, quæ autem simpliciter dicuntur, disjunctim proferuntur. Si quis ergo quæ cum loci aut temporis adjectione dicuntur, ea simpliciter et disjunctim proferat, is tota aberrat via, ut si quis hinc colligat id esse quod non est.

Quia enim Plato dixit, quod non est, id opinabile esse (siquidem de eo opinamur, non quasi sit, sed quasi non sit), inde quidam opinati sunt, id esse quod non est.

Nam si verbum, Est, inquit, de eo prædicatur, quod in opinione est (dicimus enim: In opinione est), quod autem in opinione est, de eo quod non est prædicatur; ergo verbum, Est, prædicatur de eo quod non est, ita ut inde consequatur, id esse quod non est. Tu vero adverte, quomodo aberrant in eo quod cum loci adjectione et simpliciter dicitur. Hæc enim propositio: Id quod non est, in opinione esse, ex eo ducitur, quod cum loci adjectione dicitur. Id autem quod est, simpliciter est. Fieri ergo non potest, ut id sit quod non est, quia in opinione est. Cæterum quod dico apertius ita explanabitur.

Æthiops albus dentibus est, hoc cum loci adjectione dicitur: nam in parte albescit. Jam si quis hinc simpliciter eum album esse inferat, in eo aberrat, quod cum loci adjectione et simpliciter dicitur.

Age vero, commonstremus id uno aliquo sophismate, quale hoc est: Deus essentia est, vera oratio est, quia cum loci adjectione dicitur; at essentia non omnino Deus est, et hoc modo vera oratio est, quia simpliciter dicitur, non enim omnia substantia Deus est. Totum autem si componatur, captiosa erit argumentatio, ex iis composita, quæ cum loco adjectione et simpliciter dicuntur.

Hujusmodi ergo Eunomii argumentum esse Pater Gregorius ait. Cum enim orthodoxi dicant Patrem Filio majorem esse, naturæ causæ, quod quidem id est quod cum loci adjectione dicitur, conjunctum

enim est et particulare : illi causa distracta, ma-
 jus natura colligunt, ex eo quod cum loci adjec-
 tione dicitur, id efficientes quod simpliciter enun-
 tiatur, quemadmodum si, ait ille, dicentibus nobis
 quemdam hominem mortuum esse, illi simplici-
 ter hominem mortuum esse inferrent. Item hæc
 oratio : Mortuus homo non respirat, ex eo ducitur,
 quod cum loci adjectione dicitur, estque particu-
 laris.

Si ergo ita dixerit, mortuumque aliquis distra-
 hat, et hominem non respirare dicat, ex eo quod
 cum loci adjectione dicitur, id efficit quod sim-
 pliciter enuntiatur.

Quemadmodum si dicente aliquo : Ærea navis non
 navigat, aliud inde navem non navigare colligat,
 quæ oratio ex eo ducitur quod cum loci adjectione
 et simpliciter dicitur. Item si dixerò adulterinam
 drachmam non permutari, tu drachmam simplici-
 ter non permutari concludas, me deludis ex eo
 quod cum loci adjectione et simpliciter dicitur.

Hujusmodi sunt captiosæ Stoicorum argumen-
 tationes, sorites, cornutus syllogismus, domi-
 nans, et aliæ permultæ, quibus illi propria impo-
 suere nomina.

Quia enim cornuum mentionem in propositioni-
 bus suis sophista fecerat, ut : Si cornua habes,
 pulchra quoque cornua habes : item : Si dominabi-
 tur Dion, certe dominabitur Dion : inde factum est,
 ut cornutus a cornibus denominatus sit, et domi-
 nans, quia ea propositionum figura fuerit. Sorites
 autem peculiari quodam jure id nominis indeptus
 est, quandoquidem multis aliis designatur nomi-
 nitus : κομῆτις enim et φαλακρίτης, et δρομίτης,
 et νεωκίτης, et πρωριστής, et πενιστής, et aliis hu-
 jusmodi designatur appellationibus ; quia vero
 plura illa in unum velut cumulum rediguntur, id-
 circo usus obtinuit, ut argumentatio hujusmodi
 σωρείτης, hoc est coacervatio, diceretur. Soritæ
 porro compositio hæc est. Interrogat sophista,
 utrum modius uno grano complebitur ? utrum co-
 matus erit quispiam uno capillo ? aut ditescet una
 drachma ? utrum trahetur navis ad portum ab uno
 helciario ? an quis proprius metam accedet uno
 gradu ? an decalvabitur unius capilli ablatione ?
 Si ergo capillus unus calvaria nudæ innatus fue-
 rit, comam aut cæsariem non facit, neque calvus
 alio modo capillatus evadet unius accessione ca-
 pilli, sed si unus capillus in infinitum multiplicetur,
 ex capillis qui præcesserint conflabitur coma :
 nec uno item grano complebitur modius, sed illo
 semper accedente subindeque multiplicato tandem
 modium compleri continget, nec unius capilli
 ablatione decalvabitur calvaria : sed si subinde id
 sæpiusque facias, calvitium tandem fiet. Quia
 ergo plura in σωρείαν, hoc est unum velut cumu-
 lum coacervantur, ut in villa cumulus æræ, inde
 soritæ seu coacervationis paralogismo inditum no-
 men est.

CAP. L.

Quot modis dictio idem accipiat ex Aristotele, unde patet identitatem non citra discrimen passim usurpandum esse.

Alia est Eunomii objectio, et eorum qui in Filio
 ἀνόμοιον, hoc est dissimilitudinem Patris introdu-
 cunt, adversus ea quæ catholici responderant, ni-
 mirum illos male argumentari cum dicant Patrem
 Filio majorem esse ratione causæ, causam porro
 ratione naturæ, unde fiat, ut Pater Filio sit natu-
 ræ ratione major.

Cæterum Eunomiana quæstio sic habet : At
 vero si Filius essentiæ ratione idem cum Patre sit,
 ingenitus autem Pater est, idem quoque Filius erit.

Hæc sunt quæ ab Eunomio objiciuntur, et a tur-
 ba blasphemiarum ejus hærede : cæterum eandem
 in Patre et Filio essentiam admittit, non dogmaticè
 sed hypotheticè, hoc est, non ut inde certum
 dogma, sed fidei (ut vocant) articulum constituat,
 sed sub conditione : ut hoc astu absurdi quidpiam
 ratiocinetur, et identitate de medio sublata διὰφορον
 hoc est diversitatem, vel, ut ipse loquitur ἀνόμοιον,
 hoc est dissimilitudinem, introducat. Cum enim Fi-
 lium ejusdem esse cum Patre substantiæ dicimus,
 at numero differre, sic perverse denuo interrogat :
 Num si Filius substantia idem cum Patre sit, omnia
 quæ Pater habet habiturus est ? Hoc enim sibi vult
 identitus. Quod si omnia ei cum Patre communia
 fuerint, certo et ingeneratio ut identitas Filio in
 omnibus integra conservetur. Ingenitus ergo Filius
 etiam erit, siquidem Pater ingenitus est. Idem au-
 tem ut summam dicam, est vel numero, vel spe-
 cie, vel genere, vel, ut alibi Philosophus ait, etiam
 analogia, seu proportione. Itaque numero eadem
 sunt, quæcumque de uno subjecto dicuntur, qua-
 lia sunt, ut ita dicam, polyonyma seu æquivoca.
 Ensis enim, gladius et mucro eadem sunt numero,
 quia unum eis subjectum est, quod ipsum a sei-
 pso non differt : quamlibet diversis nominibus ex-
 ornatur. Eadem specie sunt, quæcumque uni qui-
 dem speciei subjiciuntur, numero tamen inter se
 differunt, et quamlibet personis a se distinguan-
 tur, specie tamen haudquaquam differunt.

E contrario quæ numero specieque diversa sunt,
 ea mutuam quidem a seipsis sortita sunt differen-
 tiam, communis tamen eis generis ratio inest.
 Quam porro analogiæ identitatem dicimus, ea hoc
 elucescet exemplo. Corpus et animam dicimus,
 deinde quasdam corporum partes, quasdam et ani-
 morum subjicimus, alias quidem majores, alias
 vero minores. Cum ergo analogiam utrisque in par-
 tibus esse ostendero, identitatem quodammodo
 introducam. Quia enim pulcherrimum totius cor-
 poris membrum est oculus, idcirco mens idem
 ipsum est in animo, videri ut cætera quidem diversa
 sint, corpus et anima, oculus et mens, identitas
 autem in sola invenitur analogia. Quia ergo tot
 modis hoc nomen enuntiatur, non est quod quis
 identitatem passim nulla adhibita differentia sub-

audiat, si saltem ex logicæ philosophiæ fontibus se quidpiam hausisse prædicet, imo vero ne absolute quidem ponat, sed vel numerum, vel speciem, vel genus, vel analogiam addat.

Anomæus autem, vel quia prorsus in hujusmodi argumentis cæcutit, vel quia logices artis imperitus est, idcirco nobis objicit: Si Filius essentia idem est cum Patre, ingenitus etiam erit, quia ille ingenitus est, vel etiam Pater genitus est, quia Filius genitus; ita ut Pater sit ingenitogenitus, et Filius genitoingenitus.

CAP. LI.

Patri et Filio eandem et incommutabilem essentiam esse, diversa vero essentia adjacentia, ex B. Nazianzeno.

Verumenimvero Theologus astruente: Si Filius idem essentia cum Patre sit, ingenitus autem Pater est, eundem quoque Filium esse futurum, sic occurrit: Si quidem ingenitum sit Patris essentia, Filius, quia idem essentia cum Patre sit, ingenitus etiam erit; sin ingeneratio aliud quidpiam ab essentia sit, qui fit, ut cum de alio interrogaveris, concludas? Nam si naturæ ratione Pater ipsa ingeneratio esset, cæteraque sub ingeneratione comprehenderentur, par esset ut Filius quoque ingeneratio diceretur. Quia vero Patris essentia diversum quidpiam est ab ingeneratione, nam in ipsa natura ingenerationem quoque consideramus, eo fit, ut essentia ratione Filius idem cum Patre sit, ratione autem ingenerationis, non item, cum non sit essentia. Itaque Patri et Filio eadem est, et incommutabilis essentia, diversa vero essentia adjacentia sunt. Si ergo in essentia adjacentium aliquo Filius a Patre differat, quid novi? Nec enim identitatis vires, ut tuæ qui talia definis, quantum ad essentiam pertinet, infringuntur, aut debilitantur: alioqui tu quoque patris tui pater dici possis, ne quid omittam, quia idem cum illo essentia es. Hujusmodi porro opinio illudentis est et sophistæ: Si enim, inquit ille, quibus essentia identitas inest, in iis essentia quoque adjacentia indifferentia sunt, tuque idem es essentia cum patre tuo, diciturque in illo paternitas, in te autem filiatio, trahisque identitatem ad omnia: non solum, inquam, ad essentiam, sed essentia quoque ad adjacentia, inde certe consequatur, ut tu patris tui pater, ille vero tuus, hoc est filii sui filius sit: quo quid magis ridiculum?

An videlicet cum immobilis maneat proprietas, quæremus, ait ille, quænam sit essentia Dei, si quæramus? Posteaquam enim nugator Anomæus velut alea pro libidine nomina lusit, rebus in divinis sophistam agens, et in iis quæ non intelligit, atque nunc, quidem ingenitum genitum, nunc vero ingenitum genitum esse ostendit, in iis ludens quæ ludicra non sunt: magnus ille Pater immobilis conservans hæc nomina, tanquam proprietates

⁵⁴ Psal. XLIX, 1.

A personarum: Quæramus, inquit, quænam in utroque sit essentia, quasi dicat: Si identitatem, o heterodoxe, seu diversum a catholicis sentiens in essentia ponas, deprehensumque sit ingenitum non esse Dei essentiam, sed proprietatem, quæ in essentia consideretur, aut hanc proprietatem inducto quocumque vis transfer et transpone: an videlicet hac immobili manente, ut proprietas quoque vim sui nominis conservet, quæramus essentiam Dei, ne cum identitatem in ea invenerimus, proprietates transponamus, nec enim vaniloquiis nugari volumus, quasi nos accingamus, ut vanum in cælos iter ingrediamur.

CAP. LII.

Quæ differentia sit inter Deum et ingenitum. Oppositorum generibus quatuor propositis, ingenitum genito privative opponi.

Quia vero Eunomius, cum ingenitum Patrem statueret, huic quoque Deum proprie locutus addebat, eundemque ingenitum et Deum Patrem a se dici putabat, Filium autem ratione gratiæ et participationis, idcirco Pater Gregorius sic ait: Si Deus et ingenitum nihil inter se differant, eundemque habitum circa exteriora habeant, vide num aliud cum habitu, aliud sine habitu sit. Si quidem Deus aliorum Deus dicitur. Ait enim Scriptura: *Deus deorum*⁵⁴. Ingenitum autem nullorum dicitur ingenitum. Hoc enim neque angelorum, neque hominum, neque ullius omnino creaturæ est. Quia ergo ingenitum nullius est, neque Deus ullorum erit. Atqui Deus aliquorum est, ergo idem non sunt Deus et ingenitum. Nam quæ in omnibus eadem sunt, ea similem prolationem habent: ut cum dicimus: Mortalis, homo, horum nominum utrumque absolutum est: cum vero: Providentia, cura *σχετικὰ* seu relata sunt. Si vero ingenitum etiam *κατὰ σχετικόν*, hoc est relative, profertur, ostende quorumnam sit ingenitum.

Tu si vicissim a me petis, quorumnam Deus habitu seu relatione dicatur: omnium, inquam. Qui ergo fieri potest, ut idem sit Deus et ingenitum, si horum nominum alterum, nempe Deus, in alio; alterum vero, scilicet ingenitum, in seipso circumscribatur?

Adhæc cum ingenitum et genitum inter se contraria sint, ut habitus et privatio, Aristoteles autem oppositionem in quatuor dividat, in contrarium, in id quod habitu et privatione, in id quod relative, et in id quod negative opponitur, atque negationis quidem exemplum est, si quid esse et non esse dicatur: relatorum autem duplum, et dimidium; eorum vero quæ privative opponuntur, auditus et surditas; contrariorum denique album et nigrum; jam videndum cuinam oppositorum generi subjiciuntur ingenitum et genitum. Utrum contrariis? at illa a se mutuo, vel, ut verius dicam, post se nascuntur, siquidem ab albo nigrum, vel potius

post album. Hæc porro non a se nascuntur, nec enim ex ingeneratione generatio. nec ex generatione ingeneratio. At vero relatis accensenda sunt? At illa referuntur ad alia, ut duplum ad dimidium, et e diverso. Age vero negatione ascribentur? At hæc quoque nomina sunt, quibus neque affirmatio neque negatio demonstratur. Itaque superest ut habitu et privatione inter se opponantur, ita ut genitum quidem sit habitus quemadmodum visus: ingentum autem privatio, non secus atque cæcitas.

Si ergo hæc opposita sunt, ut demonstravi, tu autem ea, o Anomœ, substantias esse dicis, ex tua consequetur oratione, ut substantiæ aliæ aliis opponantur, quod non conceditur. Quod si genitum quidem habitui, ingentum vero privationi simile sit, tu autem genitum quidem essentiam Filii, ingentum vero Patris essentiam nominas, certe Filius Patre prior erit, ut habitus privatione. Filiusque de medio tolletur, tanquam habitus, a Patre, tanquam privatione. Quandoquidem privationibus habituum de medio tollendorum vis inest, ut cæcitas visum, surditasque auditum perimit.

CAP. LIII.

Plura ejusdem Choniatæ, adversus hoc Anomæorum problema: Fuit tempus quo non fuit Pater.

Arius quidem. Aetius, et Eunomius Trinitatem honore substantiaque comparem tres in personas diversas dividebant, ingentumque et ἀναρχον, principio carentem, solum Patrem vocabant, post eum vero πρωτόκτιστον ποιημα, hoc est creaturam primo creatam, Filium: quippe qui loco instrumenti ad rerum omnium productionem Patri futurus esset. Post Filium vero, Spiritum sanctum statuebant. Quod autem adoramus μοναρχία est, seu divinitas una, non unam in hypostasin coacta, sed tribus distincta personis, et unius quidem appellatione divinitas, essentia, natura, principium, et forma: trium vero, personæ, characteres, et individua intelliguntur. Proprietates enim hypostasibus affectæ sunt, at non sunt hypostases. Hoc vero Trinitatis principium, si quatenus unum est, consideretur, principio caret, æternumque est, et omnino perpetuum. Si vero quatenus in personas dividitur, una ejus persona principio caret: aliæ vero et sine principio, et non sine principio sunt. Nam si eas ad primam causam reducas, non sunt sine principio. Ex illa enim procedunt, at non post illam. Sin eas cum temporibus et sæculis nostris conferas, atque adeo cum omni proprietate intellectuali, sine principio et ingenita sunt Itaque trium harum hypostaseon una omnino ἀναρχος, hoc est sine principio dicitur, nimirum Pater, reliquarum duarum altera Filius, altera Spiritus, ambæ a Patre subsistentes, non tamen eodem modo. Filius enim genitus est, Spiritus autem processit, vel potius ille gignitur, hic procedit.

Non enim quemadmodum a Patre Filius proces-

PATROL. GR. CXXXIX.

sit genitive, ita et Spiritus a Filio processit: ita ut aliud primum, aliud secundum, aliud tertium statuamus. Absit a nobis hujusmodi blasphemia ethnicæ deorum multitudinis Ethnicis enim dii sunt Cælum et Saturnus, a quibus patres, filii, et nepotes. Unum enim apud nos ambarum personarum vinculum est, Pater: ad quem reducuntur ea quæ ab illo procedunt. Et nos ita credimus et sentimus,

CAP. LIV.

Sanctorum Patrum assertiones adversus Eunomii hæresin, qua Deum Patrem non semper fuisse blasphemant.

Eunomiani porro cæteris blasphemis suis hanc quoque addebant, Deum et Patrem non semper fuisse, sed essentiæ principium habuisse: temporalem inde Filii generationem introducentes, talemque adeo, qualem in creaturis animadvertimus.

Eis porro hunc in modum Patres hac in re adversantur.

S. Basilii adversus hoc: Deum Patrem non semper fuisse.

1. Si Dei beatitudini pulchrum hoc et decorum est, ut sit Pater, quid obstitit quisminus ab initio decorum ei adfuerit? Nam vel ad ejus, quod præstantius est, ignorantiam, vel ad impotentiam defectum referunt: ignorantiam quidem, si postea quod melius est adinvenerit, impotentiam vero, si cum sciret, ultro tamen ab eo quod pulcherrimum est exciderit. Qued si ei pulchrum non sit esse Patrem, quamnam de causa post mutationem, elegit quod deterius est?

Theologi, ex lib. 1 De Filio.

2. Quonam tempore Pater non erat? Eo nimirum quo Filius non erat. Idem certe de Filio et Spiritu sancto dixeris. Iterum interrogato me, vicissimque tibi respondebo. Quonam tempore Filius genitus est? Eo nimirum quo Pater genitus non est. Quo denique tempore Spiritus processit? Eo nimirum quo Filius non processit: sed genitus est sine tempore, et supra tempus. Etsi nequimus hoc verbi. Supra tempus, exprimere, volumus enim temporalem significationem effugere (nam dictiones, Quando, Antea, Posthac, et Ab initio, non sunt sine tempore, quantamlibet vim verbis afferamus), nisi dicamus (si saltem intervallum illud, quod in rebus protenditur æternis, sæculum vocemus), id quod neque ullo motu, neque solis cursu dividimus aut metimur, quod certe tempus est.

Qui ergo fieri possit, ut [Filius et Spiritus] συνἀναρχα non sint, hoc est principio carentia, si coæterna sunt? Quoniam ab illo procedunt, quamvis post illum non fuerunt. Quod enim principio caret, æternum etiam est: quod autem æternum est, non omnino principio caret, si saltem ad principium, hoc est Patrem, referatur. Itaque principio non carent ratione causæ. Constat porro

45

vanum et futile est quod dicitis : Fuit tempus, quod A [Filius] non fuit.

Ejusdem Basilii.

12. Isti quidem aiunt : Si erat, genitus non est. Nos autem dicimus quod erat et genitus est. Hæc enim verba. *Ex utero ante Luciferum genui te*⁵⁸, et hæc, *Ante omnes colles genui me*⁵⁹, et cætera id genus, Filium genitum, et alium a Patre, quantum ad hypostasim, esse demonstrant. Hæc autem, *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum et Deus erat Verbum.* Item : *Hoc erat in principio apud Deum.* Insuper quod semel atque iterum verbum *erat* in sequentibus adjicitur, argumento est Filium ab æterno esse, Patrique semper adhærere : quorum confirmatio his ex verbis peti debet : Qui est in sinu Patris, qui B semper est, nec ab eo separatur unquam.

B. Gregor. Nysseni ex oratione ad Simplicium de Filio.

13 Deus per Prophetam vetat⁶⁰ ne Deum recentem, Deum esse reputemus, neve alienum Deum colamus aut adoremus. Unde constat eum recentem dici, qui ab æterno non est, viceque versa æternum appellari, qui recens non sit. Quocirca quisquis Unigenitum ab æterno Deum ex Patre esse non credit, is eum recentem esse non inficiatur. Siquidem quod non est æternum, id omnino recens est. Cæterum, quidquid recens est, Deus non est : prout attestatur Scriptura, cum ait : *Non erit in te Deus recens.* Quisquis ergo eum aliquando non fuisse ait, is ejus divinitatem negat. C Adhæc qui ait : *Non adorabis Deum alienum*⁶¹, is Deum alienum adorare vetat. Alienus porro est, qui a proprio Deo nostro sejunctus consideratur. Jam proprius Deus noster, quis est ? Verus nimirum Deus. Quis porro alienus ? Is nempe, qui diversam a vero Deo naturam habet. Quare cum proprius noster sit verus Deus, inde fit ut unigenitus Deus, si veri Dei naturam, ut volunt hæretici, non habeat, alienus Deus sit, non autem noster. Cæterum, *oves*, ut in Evangelio legitur⁶², *alienum non audiunt.*

Qui creatum ipsum esse ait, is a natura veri Dei alienum statuit. Jam quid agunt [qui creatum profitentur] ? adorant ne illum, annon ? Si non adorant, Judæos imitantur qui Christum adorandum esse negant. At si adorant, idololatræ sunt, qui alienum a vero Deo adorent. Jam æque impium est, et verum Deum non adorare, et alienum a vero Deo adorare. Proinde verus veri Patris Filius Deus nobis dicendus est ut eum adoremus neque condemnemur, ut alieni Dei adoratores.

Ejusdem Nysseni in oratione de Filii et Spiritus divinitate.

14. Dicunt Eunomiani, Filium aliquando non

fuisse. At si Filius non fuerit, ne Pater quidem omnino fuit. Si splendor non fuerit, ne qui splenderet quidem fuit. Si character seu figura non fuerit, ne hypostasis quidem fuit. Si potentia non fuerit, si Sapiencia non fuerit (citra quas Deus non est), ne Deus quidem fuit. Nec enim fieri potest, ut gloriam sive lumen sine splendore, vel figuram sine hypostasi, vel sapientem sine sapientia, vel potentem sine potentia, vel Patrem sine Filio cogitemus. Itaque patet ex supradictis eum qui Filium tollit una et eadem opera Patrem quoque tollere. Jam ubi neque Filius glorificatur, neque Pater esse creditur, divinitas prorsus de medio tollitur, Divinitatem porro de medio tollere, nullius est, præterquam Epicuri. Constat ergo tam impiæ hæreseos assertores Epicuri de grege porcos esse. Sciendum autem est vocibus his splendore, caractere, potentia et sapientia inconcussam quamdam constitutionem et conjunctionem seu conglutinationem potissimum designari.

Sancti Cyrilli.

15. Filius est ex Patre et in Patre : quemadmodum ex sole splendor ejus : vel quemadmodum ex igne ignitus ejus calor. In hujusmodi enim exemplis unum quidem ex uno natum videre est, ei tamen semper inhærens nec unquam ab eo sejunctum, ita ut sine altero, per se alterum esse non possit, neque veram propriæ naturæ conservare rationem.

Ejusdem Cyrilli.

16. Si Filius non fuerit cum Patre, præsertim eum ex eo naturaliter procedat eique coæternus sit, contigit haud dubie ei quoque qui eum genuit, ut Pater evaserit : atque adeo mutationi et alterationi cuiuspiam obnoxius esse videatur. Siquidem quod non erat, ut vultis, id postmodum evasit. At vero natura divina mutationis omnis et alterationis expers est. Non ergo Deo Patrem fieri contigit, sed Verbum quod ab ipso processit, coæternum ei erat, quemadmodum in igne calor qui ab ipso procedit, semperque cum ipso est et ex lumine splendor extrinsecus elucescens.

B. Joan. Damasceni.

17. Quemadmodum, simul atque ignis est, simul lumen quoque procedit ex eo, nec primum ignis est, tum vero post eum lumen, sed simul una sunt : ita etiam Pater et Filius simul una sunt ; eique quemadmodum lumen quod ex igne semper nascitur, semper in eo est, nulloque prorsus modo ab illo sejungitur, ita et Filius ex Patre nascitur, nec ullo prorsus modo ab eo segregatur, sed ei semper inest. At vero lumen quidem quod ex igne ita procedit ut ab illo non recedat, et in eo semper maneat, propriam hypostasim ab igneque sejunctam non habet, naturalis enim qua-

⁵⁸ Psal. cix, 3. ⁵⁹ Prov. viii, 25. ⁶⁰ Psal. lxxx, 9. ⁶¹ Exod. xx, 2. ⁶² Joan. x, 5.

litas est ipsius ignis. Unigenitus autem Dei Filius, qui ex Patre ita genitus est, ut ab eo separari divi-
dique non possit, et in eo semper manet, propriam
et a Patre sejunctam hypostasin habet.

*Aliæ assertiones adversus hanc Arianorum hæresin,
quod Christus a Patre creatus sit.*

CAP. LVI.

*Magni Basilii, Quod Filius neque creatura, neque
figmentum sit.*

18. Si Filius creatura sit, ergo et servus. Omnia enim, ait ille, tibi subjecta sunt. Jam si servus, tanquam creatura sit, quomodo servi formam accepit? Dominus ergo cum esset eam accepit: non autem servus, neque creatura, sed omnino Deus.

Ejusdem Basilii.

19. Si nostra in Filium fides opus Dei est, ait enim ille: *Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem ille misit*⁶³; Filius esse non potest opus Dei. Nam fides in Filium et Filius ipse idem non sunt.

Theologi ex oratione 2, de Filio.

20. Illum quoque Scripturæ locum valde promptum et expeditum habent: *Dominus creavit me initium viarum suarum ad opera sua*⁶⁴. Ad quem quidem locum quonam, quæso, modo respondebimus? An vero Salomonem accusabimus? prioraque ejus scripta, propter lapsam qui subsecutus est, improbamus? Dicemusne sermonem hunc sapientiæ attribui, quæ nihil aliud sit, quam scientia et artificiosa quæpiam ratio, qua euncta constituta sunt? Siquidem Scriptura per prosopopœiam mutis etiam rebus loquentium personas non raro accommodare solet, ut, verbi gratia: Mare dixit hæc et hæc; et abyssus dixit: *In me non est*⁶⁵. Item: *Cæti enarrant gloriam Dei*⁶⁶. Item alio quodam loco framææ nescio quid injungitur⁶⁷. Item, montes et colles interrogantur, cui exultaverint⁶⁸. Horum porro nihil in medium producimus, quamlibet a majoram nostrorum nonnullis, tanquam firma argumenta proposita sint. Sit ergo sane Servatoris ipsius, qui vera sapientia est, oratio. Parumper tamen dispiciamus. Quænam res est, cui nulla sub-
sit causa? Divinitas. Nullus enim est, qui causam afferre queat, cur sit Deus: aut si ullam afferat, ea Deo antiquior sit oportet. At humanitatis, quam propterea assumpsit Deus causa quænam fuit? Ea prorsus, ut nos servaret: nam quæ possit alia proferri? Quia ergo hoc in Scripturæ loco verba *creavit et generat me* perspicua invenimus, simplex ratio est. Quidquid causam habere deprehenderimus, id vero ad humanitatem revocemus: quidquid autem simplex causaque carens, divinitati ascribamus. Itaque verbo *creavit* sua inest causa. Inquit enim: *Creavit me initium viarum suarum ad opera*

*sua*⁶⁹. Cæterum *opera manuum ejus veritas et iudicium*⁷⁰; quibus de causis divinitate unctus est: hæc enim unctio humanitatis est. At illud *generat me*, causa caret: vel si qua illi adjuncta sit, eam ostendas mihi velim. Quænam igitur obstabit ratio, quominus sapientia, vel humana generatio creatura vocetur? et genitura, si primæ illius multoque magis incomprehensæ generationis ratio habeatur? Eodem referendum est, quod ille servus audiat, quippe qui multis bene serviat. Item quod sit magnus, quod Filius Dei vocetur. Nam procul dubio carne assumpta et nativitate serviit: atque affectibus etiam nostris, ut nos in libertatem vindicaret: et cæteris omnibus, quorum intermedio eos qui peccato erant obnoxii liberavit. Cæterum quid hominis vilitati majus accidere potuit, quam ut Deo conjungeretur, et ea ex conjunctione Deus evaderet, atque ab Oriente alto ita visitaretur, ut quod nasceretur sanctum, Altissimi Filius diceretur: illique nomen inderetur, quod est super omne nomen, quod quidem aliud nihil est, præterquam Deus, illique adeo pro nobis exinanito, quippe qui divinam imaginem cum servili forma conjunxisset, omne genu flecteretur, omnique domui Israelis, eum a Deo Dominum et Deum factum esse innotesceret? Siquidem hæc omnia tum geniti opera, tum genitoris voluntate perfecta sunt.

Sancti Cyrilli.

21. His porro verbis: *Et Dominus eum et Christum Deus fecit, dominatio in omnia regnumque designatur: quod quidem Pater Filio tanquam homini commisit: at non ejus ipsius naturæ factio.*

Ejusdem Cyrilli.

22. Si tanquam Deus dixisset: *Dominus creavit me*, potius dixisset: *Pater creavit me*. Nusquam enim eum Dominum suum, sed Patrem vocat.

Ejusdem Cyrilli.

23. Si quia primogenitus creaturæ dictus est⁷¹, inde colligendum sit, primum eum creatum esse, qui factum est ut non dixerit Apostolus eum factum esse ante omnia, sed potius esse ante omnia? Eo enim quod esse dixit, hunc quidem semper esse, creaturam vero factam esse ostendit. Itaque primogenitus omnis creaturæ dictus est, seu primitiæ novæ creaturæ, ratione humanitatis ejus habita, quippe qui sit corporis Ecclesiæ fidelium caput.

Ejusdem Cyrilli.

24. Filius primogenitus omnis genituræ vocatur, non tanquam primus eis tempore fuerit, neque quod eadem cum creaturis substantia constet, sed quia se ad creaturas demiserit, similemque nobis se fecerit. Illud tamen observatione dignum est,

⁶³ Joan. vi, 29. ⁶⁴ Prov. viii, 22. ⁶⁵ Job. xxviii, 11. ⁶⁶ Psal. xxiii, 2. ⁶⁷ Zachar. xiii, 7. ⁶⁸ Psal. cxiii, 4. ⁶⁹ Prov. viii, 29. ⁷⁰ Psal. cx, 7. ⁷¹ Coloss. i, 15.

eum unigenitum et primogenitum vocari. Quoties ergo unigenitus vocatur, nulla ei annexa causa qua sit unigenitus, præterquam quod absolute dicitur Deus unigenitus, qui est in sinu Patris. Quoties vero eundem sacræ Scripturæ primogenitum vocant, statim quoque inferunt quorumnam sit primogenitus, causamque afferunt, propter quam hoc quoque cognomine donetur. Inquiunt enim, *Primogenitus in multis fratribus* ⁷², et *primogenitus ex mortuis* ⁷⁴. Atqui primogenitus quidem in multis fratribus vocatur, quatenus nobis similis effectus est dempto peccato, assumptaque carne nostra fratrem se nostrum fecit. Primogenitus autem ex mortuis, quia primus ipse carnem suam exsuscitavit ad incorruptionem, eandemque primus in cælos induxit. Unde ait, *Ego sum via* ⁷⁴. Item, *Ego sum ostium* ⁷⁵. Per eum enim natura humana novam resurrectionis insistere viam docetur, et quemadmodum per ostium quoddam in ipsum cælum ingreditur.

Ejusdem Cyrilli.

55. Verbum $\gamma\lambda\upsilon\sigma\theta\eta\iota$, hoc est fieri vel esse, de Deo etiam Patre dictum invenimus, ut apud Davidem *Esto mihi in Deum protectorem* ⁷⁶. Item: *Factus es mihi in salutem* ⁷⁷. Apud Apostolum vero, *Sit porro Deus verax* ⁷⁸, *omnis autem homo mendax* ⁷⁹. Si ergo Pater, quamvis protector fiat et verax, creatura tamen non est, certe neque Filius, quamvis a Patre nobis sapientia, sanctificatio et redemptio factus sit, creatura erit.

Ejusdem Cyrilli.

26. Cum Patrem Filio essentiæ causam factum esse dicatis, quam causam id dicatis? an causam creationis? Atqui Pater ipse dixit ei: *Ex utero ante Luciferum genui te* ⁸⁰; superest ergo ut causam qua Pater est id dicatis. Unde sequitur Filium non creaturam, sed naturalem Filium esse.

Theologi ex oratione coram CL episcopis habita.

27. Creatura quidem Dei dicatur, siquidem magnum nobis et hoc est. Deus autem nullo modo: certe tunc admittam creaturam esse Deum, cum ergo quoque proprie fuero Deus. Sic enim se res habet. Si quidem Deus est, creatura non est, nobiscum enim, qui dii non sumus, creatura est. Quod si creatura est, Deus non est. Cæpit enim in tempore: quod porro cæpit, est quando non fuit. Cæterum id quo illud non fuit, antiquius est, cum proprie non sit, qui fieri potest ut sit Deus? Trium ergo [sanctæ Trinitatis personarum] nulla creatura est, neque quod eo deterius est, propter me facta, ne solum creatura sit, verum etiam nobis abjectior. Nam si ego in honorem Dei factus sum, illa vero propter me, certe orbita propter curium, et sera propter ostium facta est. Vinco causa.

⁷² Rom. viii, 29. ⁷³ Coloss. i, 18. ⁷⁴ Joan. xiv, 6. ⁷⁵ Joan. x, 9. ⁷⁶ Psal. lxx, 3. ⁷⁷ Psal. c, vii, 14. ⁷⁸ Rom. iii, 4. ⁷⁹ Psal. cxv, 11. ⁸⁰ Psal. cix, 3. ⁸¹ Philipp, ii, 6. ⁸² Joan. x, 30. ⁸³ Gen. i, 26.

Quanto enim creaturis excellentior est Deus, tanto id me ipso, qui propter Deum subsisto, ignobilius sit oportet, quod propter me factum est.

Damasceni.

28. Quemadmodum ignem lumine quod ab ipso procedit lucere dicimus, nec lumen ab igne procedens instrumentum esse statuimus quod igni deserviat, sed potius naturalem esse facultatem profitemur, ita et Patrem quemcumque agit, ea per unigenitum Filium suum agere dicimus, non tanquam organi adminiculo, sed naturali et per se subsistente potentia. Et quemadmodum ignem lucere dicimus, viceque versa lumen ignis lucere astruimus, ita etiam quemcumque Pater agit eadem Filius quoque agit.

Assertiones aliæ adversus Eunomianorum ὁμοούσιον, hoc est dictionem, qua Filius similis quidem, et non ejusdem cum Patre substantiæ esse dicitur.

CAP. LVII.

Magni Athanasii adversus eos, qui homœusium introducunt.

29. Similia non de substantiis, at figuris et qualitatibus dicuntur. Homo itaque homini ratione quidem essentiæ ὁμοούσιος dicitur: ratione autem figuræ aut ideæ, ὁμοιος, id est similis. Idea porro qualitas quæpiam est. Item homo bovi, si essentiæ ratio habeatur, non ἀνόμοιος seu dissimilis est, at ἑτεροούσιος, hoc est essentia diversa præditus: ratione vero ideæ corporeæ, ἀνόμοιος seu dissimilis. Fit autem Deo quispiam similis, non essentia, sed virtutibus, quæ qualitatibus accensentur.

Basilii Magni.

30. Splendore quidem conjunctionem, hypostaseos vero caractere seu figura substantiæ, ὁμοούσιον, hoc est identitatem substantiæ docemur.

Sancti Cyrilli.

31. Undenam Filius Patri consubstantialis esse dictus sit, Apostolus dicat his verbis: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo* ⁸¹. Itaque cum per Dei formam natura intelligatur, adjungaturque æqualitas, merito consubstantialis dictus est. Qui enim æqualem cum Patre naturam habet, æqualem certe substantiam quoque habet. Quin ipse quoque Christus cum ait: *Ego et Pater unum sumus* ⁸², naturæ sive essentiæ identitatem demonstrat.

Ejusdem Cyrilli.

32. Quorum actiones eandem, eorum essentia quoque una est. Actio porro Patris et Filii una est, ut hinc patet: *Faciamus hominem ad imaginem nostram* ⁸³. Item: *Quæcumque Pater agit, eadem et*

tuo natus es, an ex nolente? Si nolente, tyrannice nimirum coactus est. quis porro eum coegit? Nec enim naturam dixeris, quæ castitatem quoque amplecti potest. Sin volente, paucis tibi syllabis pater excidit? nam voluntatis te, non patris filium prædicas. At vero tunc ad Deum resque creatas transis? ergo sapientiæ tuæ tuam accommodo quæstionem. Volensne Deus omnia condidit, an coactus? si coactus, hæc tyrannis est, et vis ab aliquo illata: sin volens, res etiam creatæ Deo privantur, tuque in primis, qui argutias hujusmodi nobis confingis. Siquidem voluntas nos a Creatore tanquam murus intermedius sejungit. Verum enimvero alium puto eum esse qui vult, et aliam voluntatem; alium qui generat, et aliam generationem; alium qui dicit, et alium sermonem, nisi forte sumus ebrii. Illa enim sunt quæ moventur, hæc vero motui similia. Non ergo voluntatis est, quod quis vult, nulla enim hoc ratione consequitur neque generationis, quod generatur, neque prolationis, quod auditum est, sed volentis, generantis, et loquentis. Quæ porro Deo insunt, his omnibus excellentiora sunt: cui quidem generatio fortasse nihil aliud est, quam ipsa generandi voluntas; quod si omnino admittamus, medium nihil relinquitur. Atqui generatio vel ipsa voluntate præstantior est.

Visne ut ludicrum ego quoque de Patre aliquod in medium proferam? siquidem te auctore argutias hujusmodi comminisci audeo. Volensne Deus Pater est, an nolens? Jam quomodo te ab ambidextro tuo hoc sophismate expedies? Si enim volens, quando tandem velle cœpit? certe non antequam esset; nihil enim erat prius: aut aliud in eo voluit, ut ita dicam, volitum est; unde consequitur ut partitionem admittat. Quid vero obstat, quominus ille voluntatis quoque tuæ promptuarium sit? Quod si nolens, quid eum coegit ut esset? item quomodo Deus erit, si coactus est? quamvis Deus nihil aliud sit quam ipsum esse.

CAP. LIX.

Unam Dei essentiam, naturam et appellationem esse, S. Gregorii Theologi adversus eos qui dicunt homonymum Deum Filium Dei Verbum. Ex prima oratione de Filio.

40. Nostra porro sic habet ratio. Quemadmodum equi, bovis, hominis, singulorumque sub eadem cadentium speciem ratio una est, atque adeo quidquid ratione præditum est, id etiam proprie; quidquid vero ea caret, id vel non dicitur, vel non proprie dicitur: sic Dei quoque una essentia, et natura, et appellatio est, etsi diversa essentiæ naturæque habita ratione, varia quoque nomina excogitentur: ita ut quod proprie Deus dicitur, id Deus quoque sit: quodque natura sit, id etiam vere nominetur, siquidem non in nominibus, sed rebus veritatem inesse arbitramur. Isti autem veriti ne non omnem lapidem adversus veritatem

movisse videantur, Deum quidem Filium esse factentur, quoties eo et ratione et testimoniis adiguntur: at homonymum soloque nomine communi. Cum vero contra insistimus hic verbis: Age vero, an Deus non proprie Deus est, quemadmodum neque animal quod pictum est? Qui fit ergo, ut Deus sit, si proprie Deus non est?

At quid obstat, inquit, quominus et homonyma utraque et proprie dicantur? Atque nobis in medium proferent canem terrestrem et marinum: ut quæ sint homonyma et proprie dicantur. Homonymis enim hujusmodi quoque species accensentur, et si quid aliud eodem significetur nomine, ejus quidem ex æquo particeps, natura vero diversum. At vero ibi, heus tu, vir optime, cum duas naturas eadem sub appellatione comprehendis, aliam alia nihil meliorem introducis, ita ut neque aliam alia priorem aut posteriorem, neque aliam magis aut minus alia esse id quod dicitur asserere possis. Nihil enim conjungitur, quod hujusmodi eis necessitatem afferat. Hic enim non magis canis est, neque ille minus alio, nimirum marinus terrestri, aut terrestri marino. Nam cur id quæ ratione fiat? sed rebus æqualibus atque diversis eadem appellatio tribuitur. Nunc autem cum adorationem Deo adjudices, eumque esse dicas, qui naturam omnem exsuperet, quod unum Dei proprium, velutique natura divinitatis est, deinde Patri quidem id tribuas quo Filium privas, imo Patri subicias, eique velut secundarium ab illo ascribas honorem et adorationem; tamen syllabis ipsis τὸ θεῖον, seu similitudinem ei tribuas, re tamen ipsa divinitatem conscindis, malitioseque ab homonymia æqualitatem designans, ad eam transis, quæ inæqualia cooptet, ita ut te iudice pictus vivensque homo atque canes illi quos exempli gratia in medium protulisti, ad divinitatem propius accedant: vel ambobus ut appellationis homonymiam, ita naturarum quoque æqualitatem concedito, quamlibet eas differentes introducas, et canes illos dissolvisti, quos ad inæqualitatem probandam commentus es. Nam quid homonymia seu nominis similitudo prosit, nisi ea quæ dividis parem honoris gradum obtineant, siquidem non ut æqualia ostenderes, sed ut inæqualia, ad hujusmodi homonymiam canesque confugisti.

CAP. LX.

Filium vere Deum esse, ex eadem B. Gregorii Theologi oratione.

41. Quandoquidem nos ex magnis et excelsis vocibus divinitatem Filii deprehendimus et prædicamus, his nimirum: Deus Verbum in principio, cum principio principium: *In principio erat Verbum, Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum*⁹⁰. Et *Tecum principium*⁹¹. Et vocans ipsum [principium] a generationibus antiquis. Quoniam Filius unigenitus, *unigenitus Filius, qui est in sinu*

⁹⁰ Joan. 1, 1. ⁹¹ Psal. cix, 3.

Patris, ipse enarravit ⁹². *Via, Veritas, Vita* ⁹³ **A**
Lux ⁹⁴, *Sapientia, Virtus* : *Christus, Dei Virtus, et*
Dei sapientia ⁹⁵.

Splendor, Character seu Figura, Imago, Sigillum : *Qui cum sit splendor gloriæ et figura substantiæ ejus* ⁹⁶. Et : *Imago bonitatis ejus* ⁹⁷. Et : *Hunc enim signavit Deus* ⁹⁸.

Dominus, Rex, Qui est omnipotens : *Pluit Dominus ignem a Domino* ⁹⁹. Et : *Virga directionis, virga regni tui* ¹. Et : *Qui est, qui erat, et qui venturus est* ², et omnipotens, perspicue de Filio dicta, et cætera quæ sunt ejusdem significationis : quorum nullum ascititium est, neque posterius adjunctum Filio aut Spiritui, ut nec ipsi Patri. Quod enim perfectum est, id accessione non constat. Nunquam enim fuit sine Verbo, nunquam non fuit **B** Pater, nunquam non verus, non sapiens, non potens, nunquam vita, aut splendore aut bonitate egens.

Jam vero tu mihi vicissim, verba imperitiæ tuæ recenseto, nempe, *Deus meus, et Deus vester. Major, Creavit, Fecit, Sanctificavit*. Adde, si velis, et hæc : *Servus, Subjectus, Dedit, Didicit. Mandatum accepit, Missus est*. Quod etiam nihil a seipso facere, aut dicere, aut judicare, aut donare, aut velle possit. Quibus et hæc adjice : *Ignorantiam, Subjectionem, Precationem, Interrogationem, Profectionem, Perfectionem*. Imo vero si placet, iis quoque abjectiora accense : *Dormire, Eurire, Defatigari, Flere, Angi, Succumbere*. Fortassis objicies et crucem et mortem. Nam resurrectionem et ascensum in cælos prætermisurus mihi videris ; quandoquidem **C** nonnihil in iis reperitur, quod nobis suffragetur. Plura his etiam deblaterabis, si homonymum Deum tuum et ascriptitium constituere velis, qui nobis et verus et ejusdem cum Patre dignitatis habetur.

Horum enim unumquodque facile tibi fuerit repetendo ad pietatis regulam examinare, scrupulumque tollere, si quem tibi verba injecerint, si saltem revera impegeris, nec ultro id flagitii commiseris.

Ut autem rempaucis concludam, quæ sublimiora sunt, ea ad divinitatem refer, eamque naturam, quæ ab omnibus corporeis perturbationibus immunis est. Quæ vero sunt humiliora, ea composito ascribe, eique qui propter te exinanitus est, carnemque assumpsit, et, ne quid abjectius dicam, homo factus est. Deinde vero exaltatus etiam est, ut carnalibus istis humique repentibus dogmatis tuis longum valedicens, sublimior esse discas, atque ad divinitatem ascendere, non autem rebus iis quæ sub aspectum cadunt immoreis, sed una cum iis quæ mente percipiuntur subveharis : atque adeo cognoscas, quænam lex naturæ, quæque carnis a Christo assumptæ ratio sit.

⁹² Joan. i, 18. ⁹³ Joan. xiv, 6. ⁹⁴ Joan. viii, 12. ⁹⁵ I Cor. i, 31. ⁹⁶ Hebr. i, 3. ⁹⁷ Sap. vii, 26. ⁹⁸ Joan. vi, 27. ⁹⁹ Gen. xix, 24. ¹ Psal. xlv, 7. ² Apoc. i, 8. ³ Joan. v, 26. ⁴ Joan. vi, 56.

CAP. LXI.

Explicatio hujus Scripturæ loci : « *Quemadmodum Pater vitam habet in seipso, ita dedit et Filio vitam habere in seipso* ³. » *Theologi e.e. secunda de Filio oratione*.

42. Quintum dicatur, quod ipse vitam aut iudicium accipiat, vel hæreditatem gentium, vel potestatem omnis carnis, vel gloriam, vel discipulos, vel quacunque dicuntur, eaque de humanitate. Quod si de Deo quoque dicta esse concedas, nihil absurditatis inest. Neque enim tanquam ascititia concedes, sed tanquam ea quæ ab initio inessent, atque adeo naturæ, non autem gratiæ ratione.

Sancti Cyrilli.

43. Verba illa : *Ego vivo propter Patrem* ⁴, haudquaquam diversæ substantiæ Filium constituunt, sed potius consubstantialiæ Quemadmodum enim si quis filius hominis dicat : *Sum rationis participes propter patrem, sive quia pater meus ratione præditus est, ita etiam Filius et Deus* : Vivo, inquit, ego, quia vivit Pater. Cæterum hujusmodi oratione paternam causam Filius et Verbum perspicuam fecit, atque ipsarum etiam hypostaseon discrimen : ne quis ratione mutæ illorum in omnibus æqualitatis et identitatis unam esse personam existimet.

S. Joannis Damasceni.

44. Quæcunque Filius et Spiritus habent a Patre habent, atque ipsum etiam quod sunt. Nam si nihil quidquam Pater habeat, nec Filius quidem quidquam habet, nec Spiritus sanctus ; et propter Patrem, id est, quia Pater est, Filius quoque Spiritusque sanctus sunt ; juxta illud : *Vivo ego propter Patrem*. sive quia vivit Pater, et propter Patrem Filius et Spiritus sanctus habent ; id est qui illa quæ Pater habet mea sunt, præter characteristicas seu figurativas proprietates itaque Pater Filio dat ratione causæ paternæ. Accipere autem Filius et Spiritus sanctus dicuntur, propter naturæ identitatem.

CAP. LXII.

Magni Gregorii Theologi : De Filii a Patre missione.

D 45. Missus quidem est, at ut homo. Duplex enim erat : quandoquidem defessus fuit, esuriit, sitiit, anxius fuit, flevit lege corporis ; quod si etiam ut Deus, quid hoc ? Beneplacitum Patris, missionem esse reputa : ad quem sua ipsius accepta refert, tum ut principio quod nullo tempore cæpit honorem deferat, tum ne Deo adversari videatur, quandoquidem proditus quoque dicitur, imo vero seipsum prodidit, ut scriptum est ; item a Patre suscitatus et assumptus est ; imo seipsum

quoque suscitavit et assumpsit. Illa sunt beneplaciti; hæc potentiæ. Tu porro ea quidem recenses quæ minorem faciunt, quæ vero sublimiorem, ea prætermittis: eumque passum esse consideras, quod autem sponte passus sit non adjicis.

Ejusdem in illum Apostoli locum, quo ait: «Oportet enim eum regnare usque ad tempora.» Ex oratione 2 de Filio.

46. Quod secundo loco nobis objiciunt adversarii, id vero maximis et invictis argumentis accensent, nimirum: *Oportet enim ipsum regnare* ² usque adhuc: et a cælo suscipi usque ad temporum restitutionem ⁶, et habere solium a dextris Dei, donec inimicos superet. Quid tum postea? Regnumne deseret, aut cælis ejicietur? Quis eum coget? aut qua de causa? Quam audacem interpretem agis! **B** quamque a regno seu subjectione alienum! Atqui audis: *Regni ejus non erit finis*. Verumenimvero in eum errorem impigisti, quod his vocibus donec et usque præteritum a futuro non dividi prorsus ignores: imo hactenus significari, nulla oratione habita ejus quod subsequatur: alioqui quo sensu accipias, ne cætera dicam. locum illum: *Ero vobiscum usque ad consummationem sæculi*? An postea futurum non esse dices? At quænam hujus ratio fuerit? Nec vero ea tantum de causa lapsus es, sed etiam quia dictionum significata non distinguis. Siquidem regnare dicitur uno quidem significato, tanquam omnium, velint, nolint, Rex omnipotens; alia autem, tanquam is qui nos ditioni suæ subjecerit, suoque ipsius regno ita mancipaverit, ut **C** libenter ejus jugum suscipiamus. Regni ergo eo sensu accepti non erit finis. Secundi autem munus quodnam est? nimirum ut nos manu protegat et salvos faciat. Nec enim est quod eos subjiciat, qui jam subjecti sunt. Postea enim consurget judicatorius terribilis, ut salvos a perditis segreget. Postea, inquam, surget Deus in medio deorum, salvorum, dijudicatorius et distincturus quo quisque præmio et mansionem dignus sit. Hoc sensu accipito eam quoque subjectionem, qua Filium Patri subjicis.

Quid ais? quasi nunc ei subjectus non sit? An vero Deo subjiciendus est omnino, qui Deus quoque sit? certe tu de latrone aut hoste quopiam verba mihi facere videris.

Quin potius rem ipsam ita expendito. Quemadmodum execratio dictus est ille, qui meam solutus **D** execrationem venit: item et peccatum, qui mundi peccatum tollit, denique novus Adamus pro vetere sit, ita et inobedientiam meam suam facit, quippe qui totius corporis caput existat. Itaque quandiu rebellis ego seditiosusque sum, dum Christi jugum respuo, affectibusque meis inservio, Christus quoque non subjectus habita mei ratione dicitur.

Postquam vero cuncta sibi subjecerit, subjiciet autem cognitione et commutatione, tunc ipse

A quoque subjectionem compleverit, me servatum adducens. Ilæc enim est, ut arbitror. Christi subjectionem, nimirum paternæ voluntatis adimpletio. Subjicitur porro et Filius Patri, et Pater Filio: ille quidem agens hic vero approbans: quod antea quoque diximus. Atque ita qui subjecit quod subjectum est, Deo exhibet, sibi quod nostrum est accommodans.

Eodem sensu mihi accipiendus locus ille quoque videtur: *Deus, Deus meus, intende mihi, quare me dereliquisti*? Nec enim ipse derelictus est, neque a Deo, neque a sua ipsius divinitate, quod quibusdam videtur tanquam timente passionem, et idcirco contracta a patiente. Quis eum vel primitus hoc in mundo nasci, vel in crucem ascendere coegit? Cæterum in seipso, ut jam dixi, quod nostrum est, exprimit. Nos enim derelicti antea et contempti eramus: nunc vero assumpti et servati passionibus ejus qui passioni neulquam obnoxius est. Quemadmodum nostram quoque insipientiam assumens, et peccatum assumens, quæ subsequuntur eo in psalmo ait; quandoquidem vicesimus primus ille psalmus ad Christum laud dubie refertur.

Ejusdem quoque considerationis et illa sunt, quod ille obedientiam ex iis quæ passus est didicerit; item *clamor, lacrymæ, supplicare, exaudiri, reverentia*: quæ ille pro nobis mirum in modum tanquam in prosenio representat. Quatenus enim Verbum neque obediens erat, neque non obediens: siquidem hæc ad eos spectant, qui sub **C**jecti quasique secundarii sunt, illud quidem certe spectat ad viros bonos, rectique amantes, hoc vero ad reprobos supplicioque dignos: quatenus autem servi forma se conservis accommodat alienamque formam induit, me totum meaque in seipso ferens, ut sua ipsius vi quod deterius est consumat, non secus atque ceram ignis, aut sol vaporem terræ: atque ego commissionis hujus gratia eorum quæ habet ille particeps efficiar. Ea de causa obedientiam reipsa præstat, ejusque periculum passionis facit. Siquidem affectio seu animi dispositio non sufficit, quemadmodum neque nobis, nisi rebus quoque ipsis animi sensa declaremus. Opus enim affectionem animi probat. Nec minus forte probandus ille quoque sensus est, quod obedientiam nostram explorat, omniaque suis passionibus metitur arte humanitalis, ut suis nostra cognoscere possit, quantumque sit a nobis exigendum, quantumque nobis concedendum, habita imbecillitatis una cum passionis ratione. Nam si lux, propter emissionem quæ in tenebris, hoc est hacce vita, apparuit, persecutionem passa est a tenebris, a malo, inquam, et tentatore, tenebræ quantæ quamque debiles fuerunt? Quid autem mirum, si coalescentibus illis omnino, nos quoque quodammodo assumpti fuerimus? **Majus enim illi**

² Cor. xv, 23; Psal. cix, 2. ⁶ Ast. iii, 21. ⁷ Matth. xxviii, 20. ⁸ Psal. xxi, 2.

et imperioso, vel ut magis proprie loquar, paterne perficit? Eo enim sensu locum illum accipio, quo quæ a Patre sunt, ea similiter a Filie fieri dicuntur, ita ut non eorum quæ sunt similitudo, sed eadem potestas et dignitas significetur. Quo sensu etiam hoc accipiendum est, ad hoc usque tempus et Patrem et Filium operari: nec hoc solum, sed eorum etiam quæ fecerunt moderationem et conservationem, ut verbis illis indicatur: *Facere angelos suos spiritus* ²². Item, *fundare terram super stabilitatem ejus* ²³, cum semel et hæc fundata, et illi facti sint. Item: *Formari tonitrum, et creari Spiritum* ²⁴; quorum ratio cum semel exstiterit, continua tamen etiamnum operatio manet.

CAP. LXV.

In illud: « *Descendi e caelo, non ut faciam voluntatem meam* ²⁵. » *Ex eadem sancti Gregorii oratione.*

49. Septimum proponatur: Descendisse de caelo Filium non ut voluntatem suam faciat, verum ejus a quo missus est. Certe nisi hæc proferrentur ab eo qui descendit, dicere possemus sermonem hunc formari tanquam ab homine. non eo qui Servator intelligatur, cujus voluntas Deo neutiquam contraria sit, quippe quæ tota divina evaserit, sed eo qui nobis similis sit; quippe cum humana voluntas non omnino Deo subserviat, sed persæpe repugnet, atque in contrarium nitatur. Hoc enim sensu locum illum accepimus: *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste; verumtamen non quod ego volo, sed tua voluntas prævaleat* ²⁶. Nec enim consentaneum est, ut ignorarit ille an id fieri posset necne, nec voluntatem voluntati opposuerit. Quia vero ea verba ejus sunt, qui carnem assumpsit, quod enim descendit caro assumpta non est: ita quæstioni occuaremus hoc intelligendum esse, non tanquam propria Filio voluntas aliaque a Patris voluntate sit, sed tanquam non sit, ut hæc inde consequantur: Non ut faciam voluntatem meam, mea enim a tua sejuncta non est; sed eam quæ tibi et mihi communis est, quorum ut una est divinitas, ita et voluntas.

Siquidem praeque communiter hoc pacto dicuntur, non affirmative, at negative, ut illud: *Non enim ad mensuram Deus Spiritum dat* ²⁷, nec enim dat, nec ad mensuram. Nam Deum Deus non metitur. Item illud: Neque peccatum meum, neque iniquitas mea, sic enim intelligendum, non ut insit, sed ut non insit. Item: Non propter justitias nostras, quas fecimus; nec enim fecimus. Porro perspicuum hoc est ex sequentibus. Quam enim esse inquit voluntatem Patris? Ut omnis qui credit in Filium servetur, particepsque fiat extremæ resurrectionis, sive restitutionis. An ergo hæc Patris est voluntas, Filii vero non item? aut præter animi voluntatem annuntiatur et creditur? Quis autem

A hoc credat? præsertim cum horum quoque verborum sermonem qui auditur, non esse Filii, sed Patris, idem sit sensus. Qui fiat enim, ut quod commune est, ullius soliusve peculiare sit. Hoc plerumque considerans intelligere non possum, nec alius, mea quidem sententia, intelligere queat. Si hoc sensu voluntatem intelligas, recte admodumque pie intelliges: prout mea, et cujusque orthodoxi, sententia fert.

CAP. LXVI.

De eadem beati Nazianzeni oratione, in illud: « Ut cognoscant te solum verum Deum. »

